BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 A
15

Digitized by Google

Digitized by Google

IVLIANI ANTE
CESSORIS CONSTAN
TINOPOLITANI NO
VELLARVM IVSTINIANI
IMP. EPITOME.

Additis Latinis quibuſdam Nouellis
conſtitutionibus eiuſdem Imp.
cum paratitlis, ſiue ſcholijs.

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Cardinalis Antoniani

Digitized by Google

CVM duo lectorum genera sint, quorum alteri discendi causa legant; alteri solum, vt reprehendi captent occasionem: illorum mihi habendam esse rationem, horum contemnendam esse calumniandi cupiditatem semper existimaui. Siue enim scribas, siue nihil scribas; siue hoc, aut illo modo scribas: semper hi habent, quod reprehendant. At studioso viro nullus liber est inutilis. Ab alijs enim dicendi, ab alijs viuendi rationem, ab alijs artes, ac disciplinas, ab alijs historiam temporum, ab alijs alia, atque alia discit. Illi se omnia scire iactant; habere que se, in quo Platones, Aristoteles, Demosthenes, Ciceropes, Papinianos, Iulianos, Vlpianos, & ceteros quoscumq. magnos viros saepius erraſſe facile ostendant. His igitur, qui nihil ignorant, nihil scribendum esse

censemus: quando ad eos, qui vitam Epicureorum deorum in terris degunt, nulla beatitatis accessio fiet; medicis hos tantum commitendos esse putamus. Studiosorum vero, hoc est eorum, qui discendi cupiditate tenentur, duplex etiam genus est, iuris presertim ciuilis, qua de re nunc agitur; alteri enim nocere existimant linguarum peritiam, antiquitatis cognitionem, differendi, aut dicendi artem, et ceteras disciplinas, quibus tamen veteres iurisconsultos exornatos fuisse negare non possunt: alteri his omnib. libenter operam dant, et ceterorum ignauiam, quam etiam stupiditatem appellant, vehementer irrident. Vtroque admonendos esse potius, quam irritandos semper censui. Peccare enim quosdam ex vtroque genere hominum video, dum præter modum, aut hi

aut hi ſuauitate dictionis, atque ornamentorum capti, minus in hanc ipſam diſciplinam incumbunt; aut illi nec verbis, nec ſententijs ſibi ipſis conſtant, in vtriſque haerent, artis docendi rudes, atque imperiti. Vtriſque Iuliani librum proferimus, vt imitentur. Hic Anteceſſor Conſtantinopolitanus, hoc eſt iuris praeceptor, vtriuſque linguae peritus fuit, Graecas Nouellas conſtitutiones Latinas fecit et prooemijs, ac perorationibus ſublatis ſingulorum capitum ſententiam vnicis verbis dilucide explicat. Hunc Alciatus meus Conſularem virum, et Patricium appellat in parergis. Exiſtimo eum putaſſe eundem fuiſſe Iulianum illum, quem eiſdem titulis Priſcianus ornauit. A qua opinione diſcedo; propterea quod Priſciani libri extant Mauortio Conſule ſcripti a diſci

pulis Prisciani. Illius autem consulis annus collectionem Nouellarũ, quae post mortem Iustiniani facta est, quinquaginta amplius annos excedit. Alius eodem nomine fuit Praefectus Praetorio, ad quem extant aliquot Graecae constitutiones datae Lampadio, et Oreste consulibus. Sed hunc etiam alium esse existimamus, tum propter rationem temporum, tum propterea, quod hunc videmus in veteribus libris, nec Patricium se, nec Consularem, aut Praefectorium appellasse, aut, vt tunc vsurpabant, Ex consule, vel Ex praefecto; sed tantum Antecessorem C P. Neque illi audiendi sunt, qui Constantiensem fuisse dixerunt, et temporibus Irnerij conscripsisse: quos et veteres libri, et plurima antiquorum scriptorum testimonia, quae in Paratitlis retulimus, aliter

rem

rem se habere docebunt. Vsum fuisse hoc libro Irnerium, Bulgarum, Azonem, Ioannem, Accursium, et ceteros interpretes non Iuliani nomine, sed Nouellae, certissimum est. Sed cum eodem tempore haberent ineptam illam κατὰ πόδας interpretationem τῶν νεαρῶν, hoc est Nouellarum constitutionum, eam huic libro praeferentes, Authenticorum nomine exornarunt. Ex eo libro Irnerius constitutionibus Codicis Iustiniani capita quaedam adiecit; quas Authenticas constitutiones appellauit. Ita Nouellarum nomen, quod vetustissimum est, et a plurimis Imperatoribus post Theodosianum Codicem editum, vsurpatum; et quo Iustinianus ipse vtitur frequentius in his eisdem legibus appellandis; vsurpari desijt, et Authenticorum frequentari. Primus nostro tempore Grego-

rius Haloander Norica illa laudatissima editione iuris ciuilis, exemplo quodam vsus Bononiae Florentini libri Marcianae bibliothecae, Graece, et Latine, quasi postliminio restituendum eum librum Nouellarum curauit. Post hunc Henricus Scringerus Graece multis constitutionibus auctum eundem edidit, exemplum secutus Veneti libri Bessarionis Cardinalis. Scringerianae editionis interpretes fuerunt Antonius Contius, et Henricus Agylaeus, quorum alter Authenticorum volumini nimis deferens decimam quandam collationem addidit, in quam retulit eas constitutiones, quae in Authenticis deerant; alter nouam Latinam editionem Nouellarum addendo ea, quae in Norica editione ab Haloandro omissa sunt, satis diligenter conscripsit. Id vnum

in co-

in eorum libris, et in Duareni iuris ciuilis accurata editione desidero; quod nemo eorum Graeca verba Nouellarum retulerit, nec Latinam Iuliani interpretationem. Primus Nicolaus Boërius legibus Longobardorum Iuliani libellum coniunxit, scholijs ornauit, et in publicum proposuit. Hunc secuti sunt Lugdunenses librarij, qui minus mendosos libros habuerunt. Ad nostras manus venerunt praeter hos And. Alciati peruetus liber, et alter Pallantinae ecclesiae codex Hispaniensis minus vetustus. Ex his omnibus libris, et ex collatione verborum, quae tum ab alijs, tum ab Iuone Carnotensi referuntur, Iulianus noster magis limatus prodit, et plenior. quamuis quaedam adhuc mutila sint, et quae manus aliorum, atque auxilium exposcant. Ordinem libri aliquot locis mu-

tauimus, vt facilius Nouellarum libros subsequeretur. Latinas constitutiones suo quamque loco inseruimus: vt et magis Iuliani labor eluceret comparatione Latinarum Legum; et vt minus in Graecis laboraremus, quae de eadem re scriptae sunt. Dicet aliquis, quid mihi cum Iuliano? qui aut eadem dicit, quae ceteri interpretes, et superuacaneum laborem sustinebo; aut alia quae neque in Graecis, neq; in Latinis legibus continentur; et cum probationem res desideret; aliunde mihi quaerenda auctoritas, et probationis genus est? Hanc rationem cessatoris potius, et otium amantis, quam studiosi alicuius viri fuisse crediderim: qua sola posset maxima librorum, atque hominum pars negligi. Omnes enim aut nostra, aut aliena referimus: neque tamen omnes pari auctoritate censemur.

mur. Debetur more maiorum antiquitati, et senectuti honos: non minor eis qui morum sanctitate, et vitae innocentia excellunt: debetur regibus, pōtificibus, magistratibus, et ceteris, qui domi, militiaeque cum imperio, aut potestate sunt; suus quoque honos parentibus, ac praeceptoribus, atque ijs, qui bene de nobis, aut de republica meriti sunt, deferendus est. Eadem ratione post diuini, et humani iuris conditores, ij qui propius absunt ab illis, qui leges conscripserunt, vtpote qui verbis vtuntur communibus, et sensa norunt legum latorum; habere debent apud nos maiorem in eisdem legibus interpretandis auctoritatem. Illi quoque, qui in singulis artibus, aut disciplinis ita excellunt, vt principes dicantur, et duces aliorum, auctoresve familiae; in maximo hono-

re sunt:

re sunt: quales Cassianorum, et Proculeianorum Longinus, et Proculus; sic postea ex Papiniani domo: tamquam ex equo Troiano plurimos nostri iuris auctores ortos fuisse nouimus. Quae cum ita se habeant; ea Iuliani nostri vetustas est, vt vel sola eius auctoritas maximum apud omnes pondus habere debeat. Itaque cum eadem dicit, quae ceteri; possumus eadem pro certis ducere, neque aliqua ratione dubitare, cum tanto testimonio confirmentur. Cum vero solus est in sua sententia; verisimile est non sine causa motum esse, et nisi contrarium certa ratione, aut scripto legum constet, probabilius esse debet, id verum esse. Sed fingamus esse quaedam aut superuacanea, aut etiam falsa: quotus enim quisq. liber huiusmodi naeuis caret? at ea est vtilitas ceterorum, vt condo-

nari

nari debeant, si qua huiusmodi reperiantur. Erit fortasse, qui ordinem accuset rerum tractandarum; cum de eadem re diuersis constitutionibus agatur: et cum eadem constitutione de rebus varijs conscribatur. At id non Iuliani magis, quam Iustiniani erratum est, et libri Nouellarum constitutionum collectoris, in quo non solum non ea distincta sunt, quae tractãtur, sed ne ipsae quidem constitutiones secundum ordinem temporum collocatae sunt. Accedit, quod insertae sunt Iustini minoris, et Tiberij Constantini aliquot Nouellae constitutiones, et tres Praefectorum formae, vt ex paratitlis cognosci potest. Sed an eas habuerit Iulianus, incertum est; neque enim extat ea libri pars, quae ad eas constitutiones pertineat. Vt vero consuleremus lectorum vtilitati, et paratitla,

titla, et indices, et variae lectiones, et obscurum verborum Iuliani significationes adiectae sunt: quibus existimamus gratam rem ijs esse facturos, qui hoc fortassis auxilio indigebunt.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Incipit Nouellarum D N. Iustiniani Imperatoris pars prima per Julianum virum eloquentiſs. anteceſſorem ciuitatis Conſtantinopolitanæ.

NOVELLA PRIMA.

IN DIGESTIS ET cõſtitutionibus didicimus parentib. quidem & liberis, necnon fratribus & patronis certam quandam portionem ex noſtra deberi ſubſtantia; quam neceſſe eſt omnimodo eis relinquere, niſi forte ingrati circa nos apparuerint. alię autem perſonæ, quæ neque parentibus, neq. liberis, neq. fratribus, neq. patronis connumerantur, ſiue ingratæ ſint ſiue non; ex volun-

tate noſtra heredes nobis exiſtũt; vel lucrũ ex noſtro patrimonio capiunt.

His itaq. perſonis eo modo diſcretis videamus caput Cõſtitutionis propoſitũ. eius autẽ vis ac poteſtas talis eſt.

I. SI QVIS parentem, vel filium, vel fratrem, vel patronum heredem inſtituerit; & legatum ſiue fideicommiſſum ab eo legibus non incognitũ alicui reliquerit: ſiquidem voluntatẽ defuncti ſcriptus heres impleuerit; & ſine fruſtratione legatũ exſoluerit: habeat firmiter hereditatẽ defuncti; & iudicio potiatur eius, cuius euerti iudicium paſſus non eſt. Sin autem reluctandum eſſe volũtati teſtatoris exiſtimauerit; & legatario moras intantum fecerit; vt etiam legatarius iudicem adeat, & victricẽ ſentẽtiam capiat, & tamen nihilominus heres moras ſimiliter faciat; vt poſt iudicialem calculum annale prætereat ſpatiũ: tunc ſolam legitimam portionẽ ſibi debitã heres inſtitutus habeat; & reliquam partem amittat. Quę pars

ſi qui

si quidē substitutos habuerit; prius ad eos veniat. Sin autē substitutos nō habeat; ad coheredes ipsius. Sin autē nec coheredes habeat; tunc ad generalem fideicommissariū perueniat. Quod si plures sunt generales fideicōmissarij: tunc ei deferatur pars, qui maiori ex parte fideicōmisso honoratus est. Quod si nemo ex suprascriptis personis subsistit: tunc ad legatarios pars memorata perueniat. Quod si nec legatarij sint: tunc ad eos perducatur, quos testator libertate donauit. Quicumq. autē ex supradictis omnibus partē sibi delatam amplexus fuerit: is voluntatem testatoris omnimodo impleat. Ideoq. & cautionem præstare eum oportet, quod omnimodo impleturus est ea, quæ in testamēto defuncti continētur. Ordine scilicet hoc obseruādo, vt inter legatarios quidem & fideicommissarios, generales fideicommissarij ceteris legatarijs & fideicōmissarijs præferantur. Quod si nullus generalis fi-

deicõmiſſarius ſit : tunc illi veniant, qui maiorib. legatis vel fideicõmiſſis honorati ſunt. Quod ſi nemo ex his vel non potuerit, vel noluerit partẽ memoratam admittere : tunc illi vocentur, quibus teſtator libertatẽ reliquerit. Sed non paſsim, ſed ſecundũ ordinem ſcripturæ vocentur: vt quẽ primum libertate donauerit ; eius condicio præcellat. & ſi primus vel nõ potuerit, vel noluerit partem memoratã admittere : tunc ille veniat, qui ſecũdo loco libertatem accepit.

Hæc ſi vnus ex parẽtibus, vel liberis, vel fratribus, vel patronis heres ſcriptus eſt. SIN autẽ heres inſtitutus extraneus ſit ; & moras fecerit legatario per totũ annale ſpatiũ poſt iudicialem ſententiam numerandũ: tunc nullam partem, nullum emolumentum ſcriptus heres ſentiat : ſed omne, quod a teſtatore ei præſtitum eſt, auferatur ab eo, & veniat ad eos, quos ſupra expoſuimus ſecundum eundem ordinem, & eandem obſeruan-

uantiam. Ita tamen, vt eodem modo is, qui ad partem vocatur, cautionē præbeat: quod omnimodo impleturus sit ea, quæ in testamento defuncti continentur. Quod si nemo ex his, de quibus locuti sumus, appareat: tūc etiam adgnatis siue cognatis defuncti pateat aditus, quamuis in testamento nulla eorum mentio comprehendatur. Quod si nec tales personæ appareant: tūc extraneis quibuscūq. locus fiat, si velint hereditatem suscipere, & de implenda voluntate testatoris cauere. Quod si nec extraneo inueniatur, qui defuncti successionē cum supradicta cautione suscipiat: tunc fisco res vindicentur scilicet & ipso voluntatem testatoris impleturo. Illud autē certum est, quod si filius a patre in testamento exheredatus est: neq. ex ipso testamento, neq. ab intestato lucrari aliquid poterit occasione huius Constitutionis.

Omnes autem, qui ex hac lege ad rerum vindicationem vocātur; omnia

iura heredū habeant; ideſt ius aditionis,& pro herede gerendi, & conueniant, & conueniantur. Omnib. quę diximus obtinētibus & ſi non ab herede, ſed a legatario vel fideicommiſſario, & forte ab eo, qui mortis cauſa quid accepit, dari fieriue teſtator voluit. ideſt vt ordo vocationis incipiat quidem ab ſubſtitutis & legatarijs, deſinat autem in publicum.

II. SI QVIS ab aliquo ſcriptus heres in teſtamēto fuerit, in quo legata vel fideicōmiſſa ſcripta ſunt; timeat autē, ne forte legata vel fideicōmiſſa legatarijs vel fideicōmiſſarijs relicta totā ſubſtantiā defuncti exhauriant; ita vt ipſe nihil ab hereditate ſibi delata lucretur: ergo ſi velit Falcidię legis emolumentū integrum ſibi ſeruari: faciat inuentarium rerum, quas teſtator dereliquerit præſentib. legatarijs & fideicōmiſſarijs, qui ſcilicet in eadem ciuitate degunt. niſi forte propter ſexū quod feminæ ſunt, vel propter dignitatem, vel propter ętatem,

vel

vel morbū, vel vincula prẽsto esse impediũtur: tũc enim illos repræsentari oportet in conscriptione inuentarij, qui negotia eorum legitime administrãt. Quod si omnino prẽsto nõ sint legatarij vel fideicõmissarij: tũc tres testes adhibeãtur, quorũ & fides & opinio probata est. Testes autẽ ex ea ciuitate esse oportet, in qua cõficitur inuentariũ. & sub cõspectu eorũ atq. prẽsentia inuẽtarij procedat cõscriptio. solis etenim tabularijs & in ea causa nõ credim⁹. Quod si postea reuersi fuerint legatarij; & quasdã res ab herede subreptas esse putauerint, easq. cẽlatas & in inuẽtario nõ insertas: liceat eis per tormẽta seruorũ hereditariorũ veritatẽ requirere, et fraudẽ heredũ manifestare, scilicet & ipsis heredib. nihilominus cogẽdis iusiurã lũ prẽstare; quod nullo modo in cõscribẽdo inuẽtario dolose versati sunt: et testib. similiter cõpellendis sacramẽtũ prẽstare, quod de nulla fraude cõscij sunt scriptis heredib. Et si le

gatarij præsentes sint; hi veniant, vel homines eorum interueniant, aut absentibus eis tres bonæ opinionis testes repræsentari oportet. Quod si legatarij præsto quidem fuerint: ipsi autem venire, vel homines suos mittere ad conscribendum inuentariũ noluerint: tunc libera licẽtia pateat heredibus trium testium adhibito testimonio inuẽtarium facere nullo a legatarijs obiciendo postea obstaculo; si voluerint & in hoc casu per tormẽta seruorum hereditariorum, vel per sacramentum heredum siue testium veritatem manifestare. Et is quidem, qui hæc omnia obseruauerit; legis Falcidię beneficiũ obtinebit. Quod si nec fecerit inuentarium, nec supra dictam obseruationem custodierit: sciat se omnia legata, omnia fideicõmissa legatarijs vel fideicõmissarijs soluturum; quamuis non sufficiat testatoris substantia. vt interdum etiã de suo præstare legata vel fideicommissa cogatur. Tota autẽ ista discepta-

ptatio totiens locũ habebit; quotiẽs testator ignorans facultatum suarũ modum, legata vel fideicõmissa ampla reliquit. Alioquin si sciens quantum habeat patrimoniũ, specialiter expresserit vt non liceat heredi Falcidiæ legis beneficio vtî: necesse est voluntatem ipsius teneri. Et siquidẽ adire maluerit hereditatem eius is, quem heredem scripserit: omnimodo legata atq. fideicommissa persoluat sine quauis deminutione, nullũ habiturus lucrum, nisi pietatem solã, quod voluntati testatoris gratis obtẽperauit. Sin autẽ repudiauerit hereditatẽ: locus fiat substitutis; & post substitutos, coheredibus; & post coheredes, fideicommissarijs generalibus; & post fideicommissarios generales, legatarijs; & post legatarios, eis qui libertate donati sunt; & post eos qui libertate donati sunt; ab intestato venientib. adgnatis siue cognatis; & his non apparentibus, extraneis; & post extraneos publico.

NVL-

III. NVLLAM licentiam ſcriptus heres habeat quibuſdam legatarijs perfecta & ſolida legata perſoluere, quibuſdam ex parte; nec quibuſdam præſtare, quibuſdam non. ſed omnibus pro rata portione ſoluat ſiue in ſolidum, ſiue in partem æquitatis ratione conſeruanda. Vel enim cognoſcens ab initio modum ſubſtantiæ, deminuere legata non debet: vel ſi quibuſdam ſolida legata perſoluerit; alijs omnib. implere debet. niſi forte mirabile aliquid extiterit, quod deminuat teſtatoris ſubſtantiam.

IIII. INTRA annum modis omnib. relictum pręſtetur legatũ. Initium autem anni eſſe oportet illud tẽpus, ex quo iudiciali ſententia reus admonitus eſt propter legati ſolutionem.

Anno autẽ tranſacto heres qui legata non ſoluerit, hereditatem teſtatoris amittat; & locus fiat illis perſonis, quarũ ſupra fecimus mẽtionem. ſcilicet ab annali ſpatio impuberib. vel aduleſcentib. nullo prędiudicio generan

nerando. Hi enim duplici via muniti sunt. nam & restitui in integrum possunt; & cõpetẽtes actiones aduersus tutores vel curatores suos dirigere. Ea autem, quæ diximus teneãt, siue in scriptis, siue sine scriptis testamentũ siue volũtas proferatur. & in omni persona teneãt, ideſt siue priuata sit, siue militaris, siue religiosa sit, siue imperialis. D. K. APR. CP.*

NOVELLA. II.

NVLLA LICENTIA sit mulieri vel marito, qui quęque ad secundas nuptias migrauerit, in donatione propter nuptias vel dote, cuius solum vsumfructum habet, nõ etiam dominium; aliquem de liberis suis anteferre: sed sit proprietas rerũ omnibus debita, portionib. æquatis. I.

SI maritus vel mulier, qui quæue ad secundas nuptias migrauerit; res dotis, vel propter nuptias II.

dona

donationis alienauerit: quocumque tempore alienatio facta fuerit; neq. rata neque irrita sit. sed interea maneat in suspenso. Et siquidem parens qui alienauerit, ante liberos suos moriatur: omnimodo rerũ alienatio refutetur. Sin autẽ eo superstite ab hac luce liberi ipsius erepti fuerint: in tãtã portionẽ alienatio valebit, quantam superstiti parẽti mortis liberorũ casus detulerit. ideſt vt tantã portionem lucretur, quantam pepigerit in instrumento dotis vel donationis habiturũ se, si liberi, post quã editi sint, mortui fuerint. in reliquam autẽ portionem alienatio nõ valebit; nisi forte filius eundem parentem, qui alienauit, testamento heredem vel ab intestato reliquit.

III. SI filius intestatus mortuus fuerit: portio quæ competit ei ex dote vel ante nuptias donatione, non veniat ad parentem superstitem; sed soli fratres ipsius ad eam partem vocẽtur. scilicet si sine liberis ille mortuus

tuus est. Liberi enim defuncti & fratrib.eius & parentibus præferuntur.

In aliã autem substantiã,quã mortuus dereliquit: pariter cum fratrib. parentes vocentur. siue ad secundas nuptias peruenerint,siue non. Quod si testamento cõdito filius decesserit: illi veniant,qui scripti sunt.nisi forte inofficiosi querella testamentũ eius. euacuauerit.

SI mulier defuncto marito suo ad secundas peruenerit nuptias:res quæ ad eã peruenerint ex donatione propter nuptias priores, eo modo administrentur.si quidem immobiles sint: mulier eas habeat;& liberis suis si superuixerint,conseruet.Sin autẽ mortui fuerint: portionem quidem rerũ, quã mortis liberor.casus ei detulerit; modis omnib.habeat; residuam autẽ partẽ heredes eorum lucrentur. Sin autẽ donatio prpoter nuptias in reb. mobilib.sit:tunc res quidem apud liberos sint;vsuram autem matri depẽdant tertiam centesimæ cum competen *IIII.*

tenti cautela; quod prædictam vsurã sine frustratione in omni sequẽti tẽpore persoluãt. Sin autẽ propter nuptias donatio & aurũ habeat,& argẽtum,& vestes:tunc electionẽ habeat mater,vtrũ velit cautionem præstare,& res administrare;an tertiã centesimæ vsurã a suis liberis accipere. Sin autem res habeat tã mobiles quã immobiles propter nuptias donatio: tunc res quidẽ immobiles sint apud eam,vt ex fructu earum alatur;mobiles autem apud liberos secundũ prædictam distinctionem.

V. SI quis vxorẽ duxerit; & propter nuptias donationem non solum adscripserit,sed etiã re ipsa dederit;mulier autem adscripserit quidem dotem,re autem vera non dederit in toto tẽpore, quo maritus suus vixerit: mortuo eo nec donationem ante nuptias consequatur;vt pote cum nullã dotem ipsa dedisset. Sed si quidem nihilomnino dotis nomine dederit; nec mortuo marito ex donatione pro-

propter nuptias habeat vllum emolumentum. Sin autē partem præstiterit dotis: tantam partem lucri nomine capiat ex donatione propter nuptias mortuo suo marito. Hæc autem Cōstitutio locum habeat etiam in his matrimonijs, quæ nōdum soluta fuerint. (Sciēdum autē est quædam prę̄sentis Constitutionis capitula ex. XXII. Constitutione, quæ de nuptijs promulgata est, transformata fuisse.

NOV. III.

PRAESENS Constitutio vsque ad sua tempora numerum clericorum, qui est conseruat. Postea autem iubet clericos Constantinopolitanæ ciuitatis hoc numero definiri, vt sexaginta quidem presbyteros, centum autem diacones, quadraginta diaconissas, nonaginta subdiacones, centum & vndecim lectores, & viginti quinq. cātores, & centum ostiarios ecclesia habeat. I.

NON

II. NON liceat in minoribus ec[illegible] sijs clericatus honorem suscipi[illegible] bus, postea in maiorẽ ecclesiam [illegible] patrocinium quorumdam transire. Sed si quidẽ tale aliquid factũ fuerit: irritũ sit, & nullius momenti. Nec liceat vlli clericos quidem destinare, vel creare; nullas autẽ eis alimonias præstare. Sed duorum alterũ eligat, vel non faciat clericos, vel si fecerit, det eis, vnde viuere possint.

ca. 2. de prab.

NOVELLA. IIII.

I. SI QVIS crediderit pecuniam alicui; & fideiussorem vel mandatorem acceperit, vel eum qui pro eo pecuniam constituit: non prius cõtra tales personas actiones moueat suas; quã aduersus ipsum reum principalem egerit; eumq. inopem inuenerit vel in solidũ, vel pro parte. Postquã enim egẽtia laborare noscatur reus siue in solidum, siue pro parte: tunc contra fideiussores vel mãdatores in

tende

[illegible]dere creditorem oportet. Hoc [illegible]debitor pręſens ſit,& appareat.Sin [illegible]tem abſens fuerit reus;& fideiuſſo[illegible]es vel mandatores præſto ſint;vel hi qui pro eo pecuniam conſtituerunt: tunc pręfiniri eis diem oportet,intra quem diem debeant reum exhibere. Sin autem tempus præfinitum præterierit: ipſi quidem actiones pro reo ſuſcipiant,& debitam pecuniam per ſoluant. Cedat autem eis actionib. ſuis creditor,quas aduerſus reũ ptincipalẽ habet. Quod ſi tam reus, quã fideiuſſor vel mandator,vel qui pecuniam pro eo cõſtituit,in abſentia fuerint: tunc liceat creditori etiam aduerſus res principalis rei venire. Quod ſi nullæ res rei principalis appareant: tõc etiam in res fideiuſſoris vel mãdatoris manus creditoris porrigi poſſunt.vt& ſi debitores habeãt: etiã ab his creditori ſatisfiat. Hæc autem ſic intelligẽda ſunt: vt nullam facultatem habeant creditores ſibi res vindicare prius, quam perſona-

les actiones exerceant tam contra ipsum reum principalem, quam contra fideiussores eius & mandatores; eosq. non soluendo esse appareat. eodem iure scilicet obseruando, si personæ eorum non appareant. Hæc autem omnia, quæ de creditore & fideiussore diximus; etiã ad venditionis confirmatorem trahenda sunt. vt non prius emptori licentia sit aduersus confirmatorẽ cõsistere; nisi prius venditorem conuenerit, vel indubitate soluendo non sit. Sed nec hypothecarijs in rem actionibus iudiciũ pateat ante, quam personales actiones defecerint. Et in summa quę dicta sunt de mutua pecunia, & in venditione custodiẽda sunt, & in omnib. contractibus, qui aliquam satisdationem recipiunt. Sin autem argenti distractores pecuniam cõstituerint, secundũ veteres leges conueniãtur.

II. SI quis pecuniã mutauit; debitor autem pecuniam non habuit, quã dare debet: rem mobilem creditori præ

stet,

ſtet, ſi habeat. Sin autem rem mobilem non habuerit: tunc immobilem rem ſuam, ſi habet, vendere debet; & pecuniã debitam ex pretio rei ſoluere. Sin autem emptorẽ nõ inueniat: tũc prędium, quod optimũ habet, creditori ſuo præſtet; & actione qua obſtrictus eſt, liberetur. Vbi autẽ emptorem ſui prædij inuenit, caueat creditori pecuniã debitam ſoluturũ ſe: & poſt cautionẽ liceat ei conſtituere venditionis contractũ. Creditoris autem appellatione ſignificatur non ſolum is, qui mutuã dedit alicui pecuniam: ſed etiam omnes, qui aliquam actionem contra aliquem habent.

NOVELLA. V.

QVIVVLT ædificare monaſterium; prius Epiſcopũ inuocet, & illũ exoret, vt ſanctã crucẽ faciat, & imponatur poſtea ædificium. I.

SI quis monachus fieri vult, ſiue liber ſit, ſiue ſeruus: non ſtatim II.

monachus fiat; sed per triennium tõ-sura quidem careat; & veste laicorũ vtatur; & diuinas scripturas discat: & confiteatur suam conditionem, id est vtrum ingenuus sit, an seruus, vel alterius cuiuscumq. status; & narret causas propter quas ad solitariam vitam migrare desiderauerit; ne forte malus sit, & deo displiceat. Oportet autem & monachos verba ei adferre, quæ mores eius & vitam corrigere poterunt. Et si per triennium talis appareat, vt videatur dignus tõsura & veste religiosa: tunc & tõdeatur, & stolam monachicam vestiat, siue liber sit, siue seruus. & nulla ei molestia inferatur neq. de seruili, neque de libertina cõdicione. Sin autem aliquis intra trienniũ retrahere eum vt seruũ suum voluerit: & dicat quod res suas furatus ad monasterium cucurrerit: non statim eum abstrahat. sed prius probet quod & seruus est; & in furto, vel vita mala, & peccatis atrocibus timuit, & fugit. Et si hæc vera

vera sint: reddatur seruus domino suo cum reb. subreptis, si etiam ipsæ quoq. in monasterio fuerint. Dominus autem eum recipiens fidē ei præstet; quod nullo eum malo propter hæc, quæ iam peccauit, affecturus sit.

Quod si nulli delicto seruum supposítum esse dominus probare potuerit; & ipse seruus ex castitate morum suorum bona testimonia habeat: & si nondum triennium præterierit; tamē maneat in eodem venerabili monasterio. Triennio autem semel trā facto, & inter monachos seruo dei numerato, nulla sit post ea licentia qualemcumq. molestiam ei inferre, siue reuera famulus sit, siue ingenuus: sed omnimodo solitariæ vitæ permaneat; & si peccatum in priore vita admissum sit. Ea autē, quæ furto subrepta sunt, proculdubio si inueniantur, domino reddi oportet.

SIN autem seruitutem effugiēs veniat quis ad monasterium; postea autem reliquerit venerabilē locum,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& in aliam vitæ figuram transierit: liceat domino extrahere eum; & probanti quod seruus est, vt seruum eum habere.

III. IN omnib. monasterijs siue paucos, siue complures monachos habeant, nulla licentia monachis sit separatim conuersandi; nec vnusquisque monachus suum proprium cubiculum habeat. Sed communiter ad excolendum deum congregẽtur; & in communi loco dormiant, singulis quidem in culcitris suis humo videlicet constratis iacentibus, omnib. autem in vna domo dormientib. Quod si tantus sit monachorum numerus, vt vna domus eis non sufficiat: tunc & in duabus pluribusue habitationib. dormiant, non autem separatim per se, sed in communi loco sicut iam prædiximus. nisi forte quidam ex his tales sint, vt iuste debeant segregari ab alia monachor. multitudine; quos summæ vitæ constitutos Græci Anachoritas & He

& Hesychastas dicunt.

SI quis in monasterio se conse- IIII.
crauerit, & post quã veste religiosa
vestitus est, a monasterio recesserit:
omnia bona ipsius, quæ in monaste-
rio introduxerit, ad ipsum monaste-
rium pertineant. (IDEM est ex
alia Constitutione & si non introdu
xit. omnes enim res eius dominij mo
nasterij sint.)

SI vir vel mulier liberos habens V.
ad solitariam vitam peruenerit; si
quidem iam donauerat filio vel filijs
suis tantum, quantum lex Falcidia
facit siue occasione propter nuptias
donationis, quam pro filio suo de-
dit, siue dotis causa, quam pro filia
sua præstitit. Si igitur habeant le-
gis Falcidiæ quantitatem; cetera
bona eius ab omni inquietudine li-
berentur siue pater sit, siue mater,
qui quæue in monasterium intro-
ierit. Vt in reliquis rebus eorum
nullam habeant liberi communio-
nem; vt pote cum lege Falcidia

satis eis factum sit. Quod si nihil eis, vel minus Falcidia pater vel mater præstiterit: tunc etiam monacho facto patre, vel matre consecrata, libera facultas filijs sit vel totam Falcidiam, vel quod deest eis, a monasterio vindicare. Inter virum autem & vxorem talis obseruatio teneat: vt siue maritus siue vxor intrauerit in monasterium; hoc cõsequatur laica persona, quod ex casu mortis ei competisset secundum dotalium pactionum tenorem.

VI. SI quis introierit in monasteriũ, & post religiosam vestem recesserit; & militauerit, vel simpliciter laicus factus fuerit: spolietur cingulo militari, & vita libera non potiatur, sed officio Præsidis prouincię seruire cogatur; substantia autem eius in monasterio maneat.

VII. SI quis in monasterio consecratus fuerit, posteaq. in aliud monasterium transire maluerit: substãtia quidem eius a priore monasterio vindicetur.

cetur. Aliorum autem monasteriorum primates prohibeant eum transire; vt in alio monasterio nõ recipiatur. Et de hoc curare debent non solum religiosissimi Episcopi, sed etiã reuerentissimi Archimandritæ.

VIII. SI quis monachus cõstitutus clericatus honorem acceperit, nullam habeat facultatem vxorem ducendi: quamuis eius gradus sit, cuius clericus non prohibetur vxorem habere. qualis est gradus cantorum & lectorum. Non solum autem vxorem ducere prohibetur; sed etiam concubinam habere. Si quis autem monachus ante constitutus clericatus occasione vel duxerit vxorem, vel concubinam habuerit: eiciatur de clero, & sit priuatus, & ad nullam militiam vel professionem aliam audens venire. nisi forte velit in antefatas pœnas incidere.

IX. PRIMI monachi creatio nõ secundum ordinem temporis fiat: nec qui tẽpore prior est, primi loci creationem

tionem sibi præsumat: nec qui secundus forte, vel tertius est; sed qui & vitæ castitate, & diuinarum rerum, humanarumq. scientia, & animi grauitate præcellit, is habeat loci prioris honorem. Idq. procedere debet secundum electionem atq. iudicium religiosissimi Episcopi. Quæ autẽ diximus & in prioribus, & in istis Cõstitutionib. de clericis & monachis, vel monasterijs: ea non solum de masculis, sed etiam de feminis sanctimonialib. intelligere debemus.

NOVELLA. VI.

1. HAEC Constitutio in primo capite de consecratione Episcoporum loquitur, quam oportet procedere sic. Debet enim prius disceptari de vita Episcopi, vtrum bona sit, an reprehensibilis; & vtrum bonis testimonijs muniatur, an non. Sed & si offi

si officialis vel curialis condicionis sit: prohibetur Episcopus fieri. nisi forte a tenera ætate in monasterio fuerit, eoq. modo liberatus est prædictis condicionibus. ita tamen vt quartã portionẽ substantiæ suæ curię prę stet secundum legis obseruantiam.

Sed neque ex laico statim ad Episcopatum ascendere licet: neque clericatus honorem simulatum habuisse sufficit. Oportet autem eum, qui Episcopus fit: neq. vxorem habere, neque concubinam, neque filios, neque nepotes siue legitimos, siue legib. incognitos. Et si quis contra hoc fecerit; & is qui factus est, & is qui eum fecerit, de Episcopatus expellatur honore. Nec liceat pecuniæ datione Episcopum fieri. Esse autem oportet eum, qui Episcopus fit, vel monachum, vel clericum. ita tamen vt non minus sex mensibus appareat eum in clericatu fuisse. Legere autem debet sanctos Canones. eoque tem-

tempore,quo consecratur, consulat eum is qui consecrat, si possit facere atq. custodire omnia,quæ diuini præcipiunt canones:& siquidem denegauerit se posse custodire,nõ consecretur. Sin autem pollicitus fuerit obseruaturum se,quantum homini possibile est,sancta canonum præcepta: tunc is qui consecrat eum,admonere atque prædicere ei debet; quod si non obseruauerit canones sanctos, & deo alienus erit,& inter religiosos Episcopos nõ connumerabitur. Nã canones patrum vim legum habere oportet. Sin autẽ aliquis pecuniã dederit;eodemq. modo creatus Episcopus fuerit:non solum ipse,sed etiã qui consecrauerit eum, inter Episcopos non erit. Sed & pecuniæ vel res datæ consecrationis causa sacrosanctæ ecclesiæ addicantur, siue Episcopus sit,siue clericus,qui eas dedit. Is autem qui accepit, non solum res amittat,sed & gradum atq. honorem clericatus. Similiter autem & si laicus

cus sit,qui pecuniam vel res accepit, & ipsas amittat,& aliud tantum, quã tum accepit,pœnæ nomine sanctę ec clesiæ præstare compellatur. Sed & si magistratus gerat, in magistratu esse desinet,& exilio irreuocabili cõ demnabitur. Sin autem aliquis pres-byter vel diaconus constitutus pecu nia data ad Episcopatus apicem per uenerit: nõ solum Episcopus esse de sinet, sed etiam priorem gradũ pres-byterij vel diaconij amittet. Conse cratio autẽ Episcopi fiat ante omnẽ populũ Christianitatis,vt sit facultas vnicuiq. si velit,contradicere. Et si quidem ante consecrationem facta fuerit contradictio: non prius conse cretur Episcopus; nisi disceptatio de contradictione facta sit, & vndique appareat innoxius is, qui ad Episco patum vocatur. Sin autem quis ante disceptationem ad Episcopatus api-cem peruenerit:amittat honorẽ non solum is ipse,sed etiã is,qui eum crea uit. Quod si is,qui contradixerit,ca

lumnia

lumniator probatus fuerit; vel contradictionis iudicium deseruerit; & non peregerit causam: prohibeatur sacra communione in omni vita sua ab eo, qui consecrauit Episcopum.

11. NEMO religiosus Episcopus extra suam ecclesiam degat vltra annale spatium. nisi forte per imperialem iussionem hoc fuerit factū. Patriarchæ autem Episcopos cogere debent in suis ecclesijs obseruare, & in longas peregrinationes non ire. Sin autem sine iussione Principis vltra annum Episcopus extra suā ecclesiā fuerit; tūc regionis Patriarcha legitimis eū preconijs reuocet, ideſt custodiēs sacror. canonum obseruationē. Sin autem nō obtēperauerit is, qui vocatus est; sed in eadē absentia perseuerauerit: tunc repellat eum ab Episcoporū numero, & alterum pro eo substituat. Sin autem is, qui in absentia est, metropolitanus nō fuerit, sed cuiusdam municipij Episcopus: tunc ea quæ diximus a Patriarcha fieri oportere

tere, metropolitanus faciat. Quod si litigiorũ causa peregrinari voluerit Episcopus, nõ concedatur licẽtia. Litigare enim Episcopus debet non per semetipsum, sed per suos clericos siue apocrisiarios, siue œconomos: & supplicare Principi debẽt, & impetrabũt ea, quæ desiderãt fieri.

III. NVMQVAM Episcopus in Cõstãtinopolitanam ciuitatem veniat, nisi litteras acceperit a metropolitano suo ad imperatorem, quas diuini canones commtdaticias appellant. Quib. declarabitur necessariã esse profectionem Episcopi. Sin autem metropolitanus sit, qui peruenire in C P. ciuitatem maluerit: litteras accipiat a Patriarcha regionis suæ. Venientes autem non audeant intrare ad Imperatorem per semetipsos: sed prius ad Patriarcham veniant; vel ad apocrisiarios regionis, ex qua sunt, & ipsis cõmunicent causas, propter quas venerunt. Liceat autẽ Episcopis & per Referẽdarios magnę

magnę eccleſiæ, vel apocriſiarios Patriarcharum referre Imperatori, & ſic impetrare reſponſum.

IV. NEMO clericus fiat, niſi is qui & bonũ teſtimonium habeat, & litteratus eſt. Qui enim litteras neſcit, clericus eſſe non poteſt. Docent autem & presbyteri & diaconi ſacras orationes, & eccleſiaſticos canones. Quos ſcilicet cõſecrari oportet ſine reprehẽſione, ſine iuſta contradictione, ſine pecuniarũ datione, liberatos tam officiali, quam curiali condicione ſecundum obſeruationem, quam in primo capite præſentis Conſtitutionis expoſuimus.

V. QVI binas nuptias contraxerit, diaconus vel presbyter fieri prohibetur. Sed & ſi mulierem diſiunctam a marito ſuo, quem ipſa reliquerit, vxorem quiſpiam habuerit: neque diaconus neq. presbyter fieri poteſt. Idem eſt & ſi concubinam habeat. Quippe tales homines cum caſtitate viuere decet. Caſtus autem eſt, qui habet,

vel

vel habuit vxorem caſtam, & ipſam ab ipſo virginevirginem ſuſceptam. Si quis autẽ presbyter vel diaconus vel ſubdiaconus vxorẽ duxerit, vel cõcubinã habuerit ſiue clã, ſiue palã, ſiue ſub aliqua figura: cadat clericatus honore, & ſit priuatus, & laicus.

EA autem, quæ de clericis diximus, teneant & in diaconiſsis. Diaconiſſas autem creari conſtitutio præcipit; ſi quinquaginta annor. ætatem agant. ita tamen vt virgines ſint, vel vnum tantummodo maritum habuerint. Sin autem mulier propter aliquam neceſsitatem minor quinquaginta annis diaconiſſa facta fuerit: non liceat ei alibi degere, quam in aſceterio ſanctimonialiũ mulierum, vbi neq. mares conuerſantur, neque viuere liceat ei, quomodo velit. VI.

Nulla autem diaconiſsis facultas tributa eſt habere quoſdam ſecũ veluti fratres ſiue cognatos, vel quos dicere ſolẽt agapetos, ideſt dilectos. Nam diaconiſſæ vel per ſe habitare

bent, vel nullum alium admittere se cum, nisi reuera fratrem. Sin autem aliqua suspicio sit, quasi simulatus frater cum ea degerit: vel ab initio non consecretur, vel si consecrata fuerit, amittat honorem. Pœnas autem cum corruptore patiatur eas, quas sacræ constitutiones aduersus corruptores definiunt. Eo autem tempore, quo diaconissæ consecrantur, admonendæ sunt; vt si postea nupserint, vel aliam vitam elegerint: gladio vltore sternentur, & facultates monasterijs siue ecclesijs addicentur. Is autem qui corrupit eam, puniatur quidem eodem supplicio, bona autem eius fisci iuribus vindicentur.

VII. SIVE lector, siue subdiaconus, siue diaconus, siue presbyter clericatus honorem contempserit, & in aliam vitam transierit: duor. alterum vel curiali cõdicioni cum suis facultatib. subiciatur; vel si plures curiales ciuitas habeat, siue ipse vilior sit:

ad

ad officialem cõdicionem trahatur, ideſt taxeoticam.

NVLLVS Epiſcopus multitudinem clericorum faciat paſsim. VIII. Debet enim ſecundum reditum eccleſiarum, ita etiam numerus clericorum moderari. Et ſiquidem is qui ſacroſanctam ædificauit eccleſiam, ſtatuit ab initio clericorum numerum, qui debeat in eadem eccleſia conſecrari: ille numerus cuſtodiatur. Sin autem numerus præfinitus non eſt: neque per amicitiam, neque per gratiam oneranda ſacro ſancta eccleſia eſt. Sed moderandus numerus erit cura & ſolicitudine Patriarcharum & metropolitanorum & aliorum Epiſcoporum. Liceat autem vnicuique ſiue priuatus, ſiue laicus ſit, inſpicienti ea quæ diximus ab aliquo contempta, ad Imperatorem referre.

NOV.

NOVELLA. VII.

1. NVLLI ſub Romana ditione cõſtitutæ eccleſię, vel xenodochio, vel ptochotrophio, vel noſocomio, vel orphanotrophio, vel gerontocomio, vel brephotrophio, vel monaſterio tam monachorum, quam ſanctimonialium Archimandritam habẽti, vel Archimandritiſſam: ergo his omnib. non liceat alienare rem immobilem ſiue domum, ſiue agrum, ſiue hortum, ſiue ruſticum mancipiũ, vel panes ciuiles; neque creditorib. ſpeciali vel generali hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum continet vẽditionem, donationem, permutationem, & emphyteuſeos perpetuũ contractum. Sed omnes omnino ſacerdotes ab huiuſmodi alienatione abſtineant ſe pœnas timentes, quas Leonina Conſtitutio minatur. ideſt vt is quidem, qui cõparauit rem loci venerabilis, reddat

ca. v. de reb. eccl. incip. nulli.

dat eam ei, cuius & antea fuerat. scili cet cum fructib. & alijs emolumētis, quæ in medio tempore facta sunt. Oeconomum autem ecclesiæ prę sta re oportet omne lucrum, quod ex hu iusmodi prohibita alienatione sense rit; vel quod ecclesiā damno affecerit, ita vt in posterum œconomus nō sit. Non solum autem ipse, sed etiam successores eius teneantur: siue ipse œconomus alienauerit, siue respiciens alienantem Episcopum non prohibuerit; & multo magis si cōsenserit. Tabellionem autem, qui talia interdicta instrumenta conscripserit; perpetuo exilio tradi oportet.

Magistratus autem, qui eadem instrumenta admiserit, & officiales, qui operam dederint, vt monumētis intimentur donationes; vel ceterę alienationes actis interueniētib. confirmentur: nō solum magistratu, sed etiam dignitate & facultatib. suis cadant. Remittit autem Constitutio ea, quæ in præterito tempore facta

sunt. Excipit autem quosdam contractus, quos in sequentibus exponit capitulis; per quos & ecclesiar. immobiles res alienari possunt. (Xenodochium, idest locus venerabilis, in quo peregrini suscipiuntur. Ptochotrophiū idest locus venerabilis, in quo pauperes & infirmi homines pascuntur. Nosocomium idest locus venerabilis, in quo ægroti homines curantur. Orphanotrophium idest locus venerabilis, in quo parentib. orbati pueri pascuntur. Gerontocomium idest locus venerabilis, in quo pauperes, & propter senectutem solam infirmi homines curantur. Brephotrophium idest locus venerabilis, in quo infantes aluntur.)

II. *ca. 1. de rer. perm.* SI Princeps voluerit rem immobilem sancto loco præstare, & accipere ab eo aliam immobilem rem; & eo modo permutationem contrahere: liceat hoc facere ei diuina pragmatica sanctione ab eo promulgata.

III. EMPHYTEVSEOS contractum

ctum sub hac obseruatione sanctus constituat locus: vt viuo quidem eo, qui contrahit, maneat omnimodo emphyteusis; mortuo autem eo ad heredes eius transmittatur, si forte filij sunt siue masculi siue feminæ; aut si nepotes sint siue neptes, aut si vxor sit, vel maritus; si specialiter mariti vel vxoris nomen expressum fuerit. alioquin ad aliam personam emphyteuseos contractus non transeat; sed vsque ad vitam contrahentium extendatur, nisi filios, filiasue, nepotes neptesue habeant. Procedere autem emphyteusis debet prius requisitione cum omni veritate atq. subtilitate habita in reditu eo, qui ad id tẽpus fuerat, in quo ad sacrosanctã ecclesiã res peruenisset; & eius reditus sexta portio remittatur ei, qui emphyteusim contrahit. Sin autem deminutus fuerit ex aliquo casu reditus prædij: duorũ alterũ vel sub eodẽ reditu, qui tunc inueniatur, sine vlla diminutione is, qui cõtrahit, accipiat

prædium, vel ad contractum omnino non accedat. Melius enim est locare prædia sanctor. locor. quam sub huiusmodi deminutionibus contractus emphyteuseos facere. Sin autem ecclesiastici proastij emphyteusis cõtrahatur pretiosissimi quidem, sed tamen vilissimum reditum habẽtis: non oportet emphyteuseos contractum ad reditus quantitatẽ metiri. sed æstimatio proastij fiat, & inspiciatur reditus, qui per viginti annos comparari potest ex pretio proastij: & tantum reditum dare se paciscatur is, qui emphyteusim cõtrahit. ita tamẽ vt etiam in hoc casu nõ in perpetuum contractus extendatur: sed secundum obseruationem, quam superius diximus. Sciant autem hi, qui emphyteusim cõtraxerint; quod placito reditu ab eis per biennium non dato licẽtia libera præstatur sanctorum locorum administratorib. & prędia abstrahere, & nihil emponematum nomine præstare. Empone

ma

mata autem dicimus ea, quæ labore cõtrahentis in agro meliorata sunt.

Sin autem deteriorem agrum fecerit: cogatur de suo sumptus dare, & restituere in pristinam prædij faciẽ. et ad hoc subici debent non solũ ipse, sed etiã heredes eius, vel successores, vel bonorũ possessores, & bona eius. ita tamẽ vt debitũ quoq. reditũ sine aliqua dilatione vel deminutione reddere compellãtur. Id autem quod de prohibitione alienationis diximus, obtineat non solum in integris domibus, vel proastijs, vel agris, vel hortis: sed etiam in his, quæ omnino diruta, & deserta, & in area posita sunt. Quamuis enim nullum ædificium, nullam materiam habeant: attamen alienari ea prohibitum est. nisi forte emphyteusis ad tempus secũdum antefatam diuisionem in tres personas fuerit facta. Ne autem aliqua circumscriptio fiat: iubet Constitutio duos primates mechanicorũ vel architectorũ in ciuitate C P. vna

cum

cum religiosis œconomis, & quinq. reuerentissimis presbyteris,& diaconis duobus,præsente & ipso beatissimo Archiepiscopo:vel in prouincijs duos nobiles vel mechanicorum,vel architectorum,aut vnum, si vnum tã tum habeat ciuitas; peruenire oportet ad loca.et diuinis antepositis scripturis definiri ab eisdem architectis, quãtum debeat super eodem loco diruto sacrosanctæ prẽstari ecclesię ab eo,qui emphyteuseos cõtractum procedere velit. Et sub his pactionib.instrumenta emphyteuseos componãtur.vt is qui cõtraxerit emphyteusim & ędificet,& materijs vtatur;si quasdam materias dirutas habeat locus: & trãsmittat cõtractũ duob.successoribus.suis secundũ prædictam obseruationẽ.posteaq. prædium redeat ad sacrosanctã ecclesiam, vel ad alium venerabilẽ locũ, qui sub titulo emphyteuseos rẽ immobilẽ dederit. Trib. personis defunctis omnimodo prædium ad venerabilem locum redeat.

Nam

Nam & illam pactionem, immo magis callidam machinationem reiciẽdam esse Cõstitutio iubet: ideſt ſi pactus fuerit cum œconomis & religioſo Epiſcopo & alijs perſonis, quas enumerauimus, is qui emphyteuſim contrahit: vt etiam trib. perſonis defunctis nihilominus deinceps ſucceſſorib. liceat emphyteuſeos titulo res immobiles ab eccleſia capere, & alijs perſonis anteponi. Talẽ enim conuentionem, vtpote callide factã Conſtitutio reprobauit.

SIN autem voluerit aliquis rem immobilem eccleſiaſticã vel ptochicam vtendi fruendi cauſa accipere: eo modo faciat contractus, quo Diui Leonis Conſtitutio ſtatuit. Oportet enim fructuarium diuitem cõſtitutum, & rerum immobiliũ dominũ aliam rem iure dominij dare ſacroſanctæ eccleſiæ, vel alij venerabili loco, a quo vſum fructum appetit. Ita tamen vt res immobiles, quas ipſe pro vſufructu præſtat; non minorem reditu IV.

reditum habeant, quam vſus fructus eſt rei immobilis ad ſacroſanctam eccleſiam vel alios venerabiles locos pertinentis. ita tamẽ vt res omni modo, quam vtendi fruendi cauſa accepit, vel mortuo eo ad ſanctum redeat locum; vel adhuc viuo eo, ſi forte vſq. ad certum tempus vſusfructus ei conſtitutus eſt. Impleto enim tempore neceſſe eſt vſumfructum extingui. Nulla autẽ licentia ſit in tantum tempus protelare; vt etiam poſt mortem fructuarij res immobiles ad ſanctum locum non redeant. Nam modis omnib. defuncto fructuario pleno iure fundus ad eccleſiam redire debet. Ita tamẽ vt etiam illæ res, quas de ſuo patrimonio ab initio fructuarius ad locum ſanctum dedit, maneant firmiter nulla machinatione abſtrahendæ.

V. SI quis contra ſaluberrima iura præſentis Conſtitutionis rem immobilem loci venerabilis comparauerit: primum quidem rei æſtimationẽ amit

amittat, & rem quã inlicite emerit, reſtituat cum omnib. emolumentis eius, quæ in medio tẽpore facta ſunt, & omnia lucro eccleſiæ vel alterius loci venerabilis cedant. Et nullam habeat ipſe cõtra eccleſiã actionem: ſed tantũ aduerſus œconomos, vel alias vẽditorum perſonas ex empto iudicium moueat. Nam venditorum patrimonia emptori ſubiecta eſſe æquum eſt. Hæc ſi venditio cõtra præſentem legem rei immobilis ad venerabilem locum pertinentis contracta ſit. Alioquin ſi donatio facta fuerit: tunc is qui liberalitatem interdictam accepit, non ſolũ ipſam rem cum fructib. ſuis & cauſis venerabili loco reſtituat; ſed etiam aliud tantum, quantum accepit, pœnæ nomine præſtet ſanctiſsimo loco, cuius res donata fuerit ab his, qui res eius adminiſtrant. Sin autem titulo permutationis rem loci venerabilis capiat aliquis: tunc & rem quam accepit, reddat; & quã ipſe dedit, amittat.

actio

actione ei scilicet aduersus personas & patrimonia eorũ cõseruanda, qui cum eo cõtraxerint. Excepto videlicet Principe, cui secundum præfatã superius diuisionẽ permutationẽ facere rerũ immobiliũ cum sacrosanctis locis permissum est. Sin autem pignus creditor ad corporalẽ detẽtationẽ acceperit: & res immobilis sit, quę perinet ad ecclesiã, vel ad alios venerabiles locos, veluti domus, vel proastiũ, vel ager, vel hortus, vel panes ciuiles, vel mãcipia rustica; nã ea quoq. veluti mẽbra rerũ immobiliũ sunt: si quis igitur horũ aliquid pignoris nomine corporaliter accepit: priꝰ quidẽ neq. sortem quã dedit, neq. vsuras, quas forte stipulatus est, exigat; deinde etiam ipsam rẽ cũ suis emolumẽtis venerabili loco restituat. Sed in hoc casu aduersus œconomũ vel alios administratores venerabilium locorum actionib. creditori competentib. Omnia hæc, quæ diximus, etiam in mulierum monasterijs vel asceteris obtinere oportet.

SI quando neceſſaria cauſa & in excuſabilis immineat, vt mutuam pecuniã accipiat venerabilis locus: liceat œconomis etiã res immobiles obligare pignoris iure. ita tamẽ vt corporaliter creditoribus nõ tradantur. VI.

SI quis emphyteuſeos cõtractum in eccleſiaſtica re, vel alterius venerabilis loci cõtraxerit in perpetuũ: primũ quidẽ id quod actũ eſt, pro infecto habebitur; deinde tantũ eum in vnoquoq. anno ꝑpetuo prẽſtare ſanctiſsimo loco oportet; quantũ præſtitiſſet, ſi ab initio legitima emphyteuſis eſſet. nullo remanẽte apud eũ ex his rebus, quę fruſtra ei emphyteuſeos occaſione prẽſtita ſunt. Res enim ipſas cũ ſuis fructibus omnimodo reſtituere debet. Tabelliones autẽ qui cõtra leges emphyteuſeos inſtrumẽta receperint: inreuocabili puniãtur exilio; & nũquã redeãt, nec ſi diuina ſanctio promulgata fuerit. Nã nec magiſtratꝰ audaci ſpiritu talia inſtrumẽta vel dictare, vel facta admittere, VII.

& mo

& monumentis publicis inferre, vel confirmare debent. Nam si aliquid tale deliquerint: non solum honore, sed etiam dignitate & patrimonio cadant.

VIII. ISDEM pœnis coërceri oportet etiam illos, qui sancta vasa siue sacra dona contra legẽ vel pignerauerint, vel distraxerint, vel cõflauerint, vel quocumq. modo alienauerint. excepta videlicet captiuorum redemptione. Eandemq. obseruantiam iubet Constitutio obtinere & in alienatione panum ciuilium.

IX. NVLLI liceat per pragmaticã sanctionem aliquid eorũ capere, quę sacrosanctis ecclesijs, alijsq. venerabilibus locis competunt. scilicet si immobiles sint: vel mobiles quidem, sed quæ alienari non possunt. Sin autẽ Quæstor magnificus tale rescriptum dictauerit, vel ceteri magistratus intimationem pragmaticę formę receperint: vnusquisq. quinquaginta librarum auri pœna multetur.

Sin

Sin autē religioſi Epiſcopi talem pragmaticam ſanctionem contēpſe rint: ſine periculo contempſiſſe ſe cognoſcant. Nam ſi receperit eam, etiam epiſcopatus honorem amiſſuros ſe non dubitent. Ea autem locari vel emphyteuſeos titulo dari oportet ſola, quæ adminiſtratorum arbitratu videantur tali aliquo indigere. SI quis in potentatu conſtitutus diuinam pragmaticam ſanctionē impetrauerit cogentem œconomū, vel alios adminiſtratores venerabilium locorū ea, quæ ab eis neq. locata, neque emphyteuſeos titulo data ſunt, ſibi locari vel emphyteuſeos nomine dari: pœna ſacrilegij teneatur.

X. NEMINI liceat in poſterum cuiuſcumq. monaſterij venditionem impiam, vel donationem, vel permutationē contrahere: vbi & altare cō locatū eſt, & ſacra miſſa facta, & monachica conuerſatio. Sin autem aliquid tale admiſſum fuerit: & id quod factum eſt pro infecto habebitur; &

is qui accepit, prædium amittat; & is qui distraxit, rem & pretium reddat sacrosanctæ ecclesię, et venerabilib. monasterijs. quorum curæ erit alienatum contra legem monasterium, rursum in pristinũ statum reducere.

Nulli autẽ liceat nec titulo pignorum, nec hypothecarũ sacrosanctũ obligare monasterium. Nam etsi tale aliquid admissum fuerit, refutari oportet. vt iterum in sanctissimo monasterio sacra procedat missa.

XI. SI quis sterilem agrũ cuiq. venerabili loco donauerit, vel vẽdiderit: cõtractus nullius erit momenti. Nã & donatione, & quauis alienatione rescissa cogatur donator aut vẽditor rem suam recipere, quã calliditate & fraude videtur dedisse; vt exoneret scilicet suũ proprium patrimonium.

Oeconomus autem vel quicumq. alius administrator venerabilis loci omne damnũ, quod ex huiusmodi inlicito actu cõtigerit, resarciat ei, qui cum eo contraxit secundũ ea, quę supra

pra diximus. Liceat autem vnicuiq. ex populo si viderit præcepta propositæ Cõstitutionis neglecta ad Imp. referre, & calumniatoris notã euadere. Omnib. autẽ permissum est, vbique magistratus gerẽtib. siue maiorẽ siue minorem potestatem habeant, omnia præsentis Constitutionis capitula custodire.

NOVELLA. VIII.

OMNES Magistratus sine pecunia creari decernimus: vt neque impune aliquid detur; neq. sine punitate aliquid a subiectis exigatur. *I*

NEMO magistratus ciuilis vel militaris in municipijs eius prouinciæ cui præest, vicarios suos audeat mittere. Sed si quis tales fecerit magistratus, honore cadat. *II.*

OMNES priuatos homines supposítos esse Cõstitutio iubet omnib. prouinciarum Præsidib. tam in pecuniarijs, quam in criminalib. causis. Hi autem, qui a C P. ciuitate *III.*

deſcendunt, cuiuſcumq. iudicis calculos vel iuſsiones habeant; ſubiecti ſint prouinciarum Præſidibus. vt nō audeāt ſportularum nomine aliquid exigere ſupra modum ſacris Conſtitutionib. ſtatutum. Hoc enim ſi contempſerit Præſes, de ſua ſubſtantia reſarcire damna prouincialibus cogatur. Liceat autem eis de huiuſmodi iniurijs referre non ſolum maiorib. magiſtratibus, quib. ſuppoſiti ſunt hi, qui ſportulas inlicitas exegerint; ſed etiam ipſi Imperatori. Liceatq. Præſidibus; ſi viderint eos, qui calculos vel iuſsiones habent, quod iniuſte vel violenter verſati fuerint; refrenare, & nō timere neq. dignitatem eorum, neq. cingulum, quo forte decorantur. Oportet autē vnumquemque, qui magiſtratum geſturus eſt: ante quam honorem ſuſcipiat, dare ſacramentum: quod neq. dedit alicui pecuniam, neq. lucrum impium capturus eſt. Si quis autem ab eo aliquid accipiat vltra ea, quæ Conſtitu

tio

tio ſtatuit:in quadruplũ hoc reddat.

Curam autem agat Pręſes prouinciæ & in exactionib. tributorũ. eaq. exigere debet, non cum ſeueritate; niſi forte contumaces ſint hi,qui tributa debẽt. Habeat autem adſeſſores circa ſe æquos,& iuſtos, & non inclinantes ad lucrum. Quod ſi quis dederit aurum, vt magiſtratus fiat;poſteaq. in furto conuictus ſit in ipſo magiſtratu:& publicabuntur bona eius,& in exilium mittendus erit, & corporales coërtiones patietur. Nam Epiſcopum, & primates ciuitatum, ſi viderint iudicem iniuſte conuerſari,preces Imperatori porrigere oportet:vt cũ principali indignatione Præſes pœnas impius luat.

PRAESES prouinciæ, poſtquã deſierit eſſe Præſes,in eadem prouincia quinquaginta dies ibi faciat, & publice pareat,& omnes excipiat actiones. Quod ſi ante quam quinquaginta dies prætereant, abſconderit ſe: liceat vnicuiq. & tenere eum IIII.

in prouincia; & omne quod furatus est, abeo repetere præsente tamen Episcopo,& rẽ discernente. Quod si ante quinquaginta dies fugerit,& comprehẽsus fuerit siue in Constantinopolitana ciuitate, siue in alia quacumque regione: retrahatur ad eam prouinciam,cui præerat; & ea, quæ furatus est, in quadruplum reddat. Hæc autem tota licentia prouincialib. data est; si in furto Præsidẽ arguere maluerint. Nam in alijs causis ante dicta obseruatio cessat.

v. NEMO autem neque in criminali causa, neque in tributorum exactione, neque in populari seditione a Præside prouinciæ tentus fori præscriptione vtatur. VT autem in omnib.exequi possit Præses prouinciæ:& milites,qui in prouincia sedent,subiciantur ei. Quod si milites non obtemperauerint:& annona eorum prohibebitur;& militiam suam amittent, & corporales pœnas subsistent.

CVM

CVMQVE in prouincijs Præsi des iusti mittantur: superfluum est Latrunculatorem mittere, vt eos quos Viocolytas, idest eos, qui violentias prohibēt; vel Aphoplistas vocant, idest eos, qui priuatis hominibus arma habere concedunt; ne rapinas aut cædes faciant. Sed neque Magistro Militum Orientis, vel alijs magistratib. licebit Latrunculatores, vel Viocolytas, vel Aphoplistas, vel alios similes eis in prouincias mittere. Sin autem aliquid tale perpetretur: hi qui missi sunt præsidali potestati supponantur; & vltimum periculum patiantur, postquam hoc ad Imp. fuerit relatum. Hi autem, qui miserint eos; triginta librarum auri pœna coërceantur. VI.

Is autem qui magistratus creatur, siquidem in C P. ciuitate, præ oculis Imperatoris, vel Præfecti Prætorio, & Comitis Rerum Priuatarū, & cubicularij. Sin autē in prouincia magistratū accipiat: ante metro-

politanum & primates ciuitatis iura re debet. Iubet Constitutio & Defensores ciuitatum nihil omnino vel dare, nisi vsq. ad L X. solidos; vel accipere, nisi publicas annonas, si quæ sint.

NOVELLA. IX.

PRAESENS Constitutio iubet quidem sanctissimam ecclesiam Romanam cētum annorum præscriptione solum in suis actionibus posse remoueri. Nihil autem de ea latius exponimus, quia innouata est ab alia Constitutione; quæ data est Consule Bilisario.

VT ECCLESIA ROMANA CENTVM ANNORVM HABEAT PRAESCRIPTIONEM N. IX.

IDEM A. Ioanni viro beatiss. ac sanctiss. Archiepiscopo & Patriarchæ veteris Romæ.

ET LEGVM originē anterior Roma sortita est: & summi Pontifica

tificatus apicē apud eam esse nemo est, qui dubitet. Vnde & nos necessarium duximus patriam legum, fontē sacerdotij spetiali nostri numinis lege inlustrare: vt ex hac in totas catholicas ecclesias, quæ vsq. ad Oceani fretum positæ sunt saluberrimę legis vigor extendatur. et sit totius Occidentis, necnō Orientis vbi possessiones sitæ inueniuntur, ad ecclesias vestras siue nunc pertinentes, seu postea eis adquirēdæ, lex propria ad honorem dei consecrata. Cum enim antiqua iura triginta annorū metis temporales exceptiones circumcludebant; & si hypotheca fuerat, paulo longiora eis spatia condonabāt: nos sacrosanctas Ecclesias huiusmodi quidem curriculis temporum nullatenus excludi concedimus, & maxime in his rebus, in quibus vel læsionē sustinuerint, vel quicquā debeatur. Sed centum tantummodo annorum lapsu temporalem exceptionem eis opponi sanctimus: vt maneant per to

tum

tum ſupradictum tempus integra iu ra eccleſiaſtica; & non poſsit eis alia præter centum annorum obuiare ex ceptio: cum hoc tempus, vitæ longæ- ui hominis plerumque finis eſſe di- gnoſcitur. Habeat itaque veſtra ſanctitas hanc legem catholicis to- tius Occidentis eccleſijs profutu- ram; & in Orientales partes propa gandam, in quas aliquid ſacroſan- ctæ veſtræ eccleſiæ poſsident. vt ſit deo omnipotenti dignum donarium diuinarum rerum tuitio; nec iniquis hominibus impium remaneat præſi dium; & tutus peccandi locus etiam ſcientibus relinquatur. Sed ille ſer uetur innocens, qui reuera inno- xius ſit, nec improba allegatione temporis ſeſe rueatur tempus pro pu ritate prætendens. Quod igitur noſtra æternitas ad omnipotentis dei honorem venerandæ ſedi ſum- mi apoſtoli Petri dedicauit: hoc ha beant omnes terræ, omnes inſulæ totius Occidentis, quæ vſq. ad ipſos

Ocea

Oceani receſſus extenduntur, no ſtri imperij prouidentiam per hoc in æternum remineſcentes. Huiuſmodi legis prærogatiuam, ſicut ſupra dictum eſt, non ſolum in Occidentalibus partibus Romanæ eccleſiæ condonamus: ſed etiam in Orientalibus, in quibus eccleſiaſticæ vrbis Romæ poſſeſsiones ſunt, vel poſtea fuerint. Scilicet omnibus iudicibus maioribus & minoribus, qui Chriſtiani & orthodoxi ſunt, hanc noſtram Conſtitutionem ſeruantibus nihilominus huius legis temeratoribus poſt cæleſtes pœnas etiam legitimum ſemper vigorem pertimeſcentibus, pœnam quinquaginta librarum auri formidantib. hac lege non ſolum in poſtea emergentibus cauſis ſuum tenorem exercente; ſed etiam in his, quæ iam in iudicium ſunt deductæ. Sanctitas itaque tua præſentem noſtræ manſuetudinis legem pijſsimam, ſiue ſacroſanctam oblationem, quam

deo dedicamus accipiens; intra sa
cratissima vasa reponat, & a vobis
seruandam, & omnes ecclesiasticas
possessiones seruaturam. DAT.
†XVIII CP. VI. †K. MAI BILISA. V.
C. COS.

NOVELLA. X.

HAEC Constitutio iubet Refe-
rendarios quattuordecim, qui
nunc sunt, esse. Donec autem ad o-
cto veniant: non liceat alium adice-
re: vt statutus numerus eorũ octo sit.

DE PRIVILEGIIS ARCHIE-PISCOPI PRIMAE IVSTINIA-NAE N. XI.

IDEM A. Castellioni viro Beatiss.
Archiepiscopo Primæ Iustinia-
næ.

MVLTIS ET VARIIS
modis nostram patriam augere
cupientes, in qua prima deus præsti-
tit

tit nobis ad hunc mũdum, quem ipſe condidit, venire. Et circa ſacerdotalem cenſurã eam volumus maximis incrementis ampliare. vt Primæ Iuſtinianæ patriæ noſtræ ſacro ſanctus Antiſtes nõ ſolum Metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus fiat; & certæ prouinciæ ſub eius ſint auctoritate. ideſt tam ipſa Mediterranea Dacia, quã Dacia Ripenſis, necnon Myſia ſecunda, & Dardania, & Præbalitana prouincia, & prima Macedonia, & pars ſecundæ Pannoniæ, quæ cum Vrbatenſi eſt ciuitate. Cum enim antiquis tẽporibus Sirmij Præfectura fuerit conſtituta, ibiq. omne fuerat Illyrici faſtigium tam in ciuilibus, quam in Epiſcopalibus cauſis. Poſtea autem Atilianis temporibus eiſdem locis deuaſtatis Aprecinius Præfectus prætorio de Sirmitana ciuitate in Theſſalonicã profugus venerat. Tunc ipſam Præfecturam & ſacerdotalis honor ſecutus eſt; & Theſſalonicẽſis Epiſcopus in ſua au

ctori

ctoritate, sed sub vmbra Præfecturæ meruit aliquã prerogatiuã. Cũ igitur in præsentia deo auctore ita nostra res publica aucta est, vt vtraq. ripa Danubij iã nostris ciuitatibus frequẽtetur: & Biminaciũ recidiua & limitata, quę trans Danubiũ sunt, nostræ iterum ditioni subacceſſerit: necessarium duximus ipsam glorioſiſsimã Præfecturã in patrimonij nostri feliciſsima parte collocare. Cũ nihil quidẽ magni distat a Dacia Mediterranea secũda Pãnonia, nec multis etiã spatijs separatur secũda Macedonia a Pãnonia secũda. Et quia homines semper bellicis sudoribus inhęrẽtes nõ erat vtile Reipublicę ad Primã Macedoniã per tot spatia tãtasq. difficultates venire: ideo necessariũ nõ bis visum est ipsam Præfecturã ad superiores partes trahere: vt iuxta eã prouinciæ cõstitutæ facilius sentiãt illius medicinã. Et ideo tua beatitudo, & omnes præfatæ Primę Iustinianę sacrosancti antistites, Archiepiſco-

ſcopi habeāt prerogatiuā. et omnem licentiā, ſuā auctoritatē Epiſcopis impertire, & eos ordinare, & in omnibus ſupradictis prouincijs primā habere dignitatē, & ſummū ſacerdotiū; *ſummū faſtigiū, quę a ſe decernentur. et ſolū Archiepiſcopum habeāt. nulla actione aduerſus eū Theſſaloni cēſi Epiſcopo ſeruāda. Sed tu ipſe & omnes primæ Iuſtinianæ Antiſtites ſint eius iudices & diſceptatores. quidquid oriatur inter eos diſcriminis, ipſi dirimāt, & finē imponant, & eos ordinēt: ne ad aliū quēpiā eatur. ſed ſuū cognoſcāt Archiepiſcopū omnes prædictæ prouinciæ: & eius ſentiant creationē. et vel per ſe, vel per ſuā auctoritatē vel per aliquos mittēdos habeant poteſtatē, omnēq. ſacerdotalē cēſurā, & creationis licentiā.

Sed & in Aquenſi, quę eſt in prouincia Dacię Ripēſis ordinari volumus a tua ſanctitate Epiſcopū; vt nō in poſterū ſub Mediterraneo Epiſcopo ſit cōſtituta. Sed Mediterraneus quidem

dem maneat in Mediterraneo nulla communione cum Aquensi seruãda. Aquensis autem Episcopus habeat præfatam ciuitatem, & omnia eius castella, & territoria, & ecclesias: vt possit Bonosiacarũ scelus vel ex ea ciuitate & ecclesia expellere, vel in orthodoxam fidem transformare.

Vt igitur sciat beatitudo tua nostri numinis dispositionem: ideo præsentem legem ad tuam venerabilem sedem transmisimus. vt in perpetuũ tale beneficiũ habeat patriæ nostræ ecclesia in dei omnipotentis gloriã, & nostri numinis sempiternã recordationem. Quando autem tua sedis gubernatorem ab hac luce decedere contigerit: pro tempore Episcopor. eiusdem venerabili suo concilio Metropolim ordinari sanctimus. quemadmodum decet Archiepiscopum omnib. honorum necessarijs prouehi nulla penitus Thessalonicensi Episcopo ad hoc communione seruãda. Beatitudo igitur tua quę

nostra

noſtra ſanxit æternitas ; modis omnib. ad effectum producere non differat.

NOVELLA. XII.

SI QVIS nefarium,& inceſtum, atq.damnatum matrimonium cõtraxerit;liberos autem legitimos ex priore matrimonio non habuerit: ſtatim ſuis facultatibus careat ; & dos,quæ ei data eſt, fiſci viribus vindicetur. poſt publicationem autẽ & cinguli ſui patiatur amiſsionem , & exilio puniatur. Quod ſi vilior ſit, & corporalibus coërcitionibus ſubſiſtat:& vxor eius contra leges nupta caſdẽ pœnas patiatur, ſcilicet ſi nulla iuſta excuſetur ignorantia. I.

SIN autem liberi ſint ei,qui inceſtas contraxerit nuptias;illi autem liberi legitimi ſint,quod forte ex alio legitimo matrimonio procreati ſunt: pœna patris ſui iuris fiant ; & paternas accipiant facultates. Sic tamen II.

vt patri ſuo alimoniam præbeant, & quæ neceſſaria ſunt adminiſtrent. Hęc autem omnia valeant poſt bien nium quam hæc Cõſtitutio fuerit intimata. Nam intra biennium omnes quidẽ inlicitas nuptias, ſi quæ cõtractæ ſunt, diſſolui Conſtitutio iubet ſine pœna eorũ, qui nuptias inlicitas contraxerunt. Liberis autẽ, qui ex huiuſmodi matrimonijs ſunt; tres partes paternorũ bonorũ præſtẽtur, & quarta fiſco. ſcilicet ſi non ingrati ſint tales liberi, & alij liberi legitimi nõ ſint. Nam ſi liberi legitimi ſint: tunc quartam quidem partem fiſcus capiat: cetera autẽ bona inter ſe legitimi liberi, & hi, qui ex inlicito matrimonio nati ſunt, partiantur tã ex teſtaméto, quam ab inteſtato. Mulier autẽ quæ contra leges nupſit, ſuã dotem tantũ accipiat. Sed hæc omnia intra bienniũ valeant: nam poſt biẽnium ſuperiora præcepta valebunt, quæ in primo capite dicta ſunt. Nã ſi poſt biennium in illicitis nuptijs

ali

aliquis permanserit: pœnis in primo capite dictis subiciatur. Idemque dicimus, & si ante biennium nouas inlicitas contraxerit nuptias. Nam biennij indulgentia illis præstita est, qui iam contraxerint contra leges matrimonia: vt intra biennium separentur. Quod si non fuerint separati; sed perseuerauerint in toto biennio: pœnis primi capitis subiciantur.

III Si quis cum muliere libera consuetudinem habuerit, cuius nuptiæ interdictæ non sunt; & liberos ab eo illa procreauerit; posteaq. dotalia instrumenta composuerit ei: nõ solum iam nati liberi legitimi & in potestate eius sint; sed etiam postea procreati.

NOVELLA. XIII.

*

* Oportet vicenos secum habentes milites, & tricennos matriculatios.

NOVELLA. XIV.

HAEC Constitutio iubet neminem lenonẽ esse neq. in vrbe imperiali, neque in prouincijs. Et hoc prohibere debent Prætores & Præsides. Vltimo enim supplicio subiciũtur, qui contra Constitutionis normã lenones esse ausi sunt. Omnia autem instrumenta & fideiusiones apud lenones interpositas vel a lenonibus contra bonos mores factas infirmas atq. inualidas esse Constitutio iubet.

NOVELLA. XV.

I. NVLLA licentia sit Defensoris officium in ciuitatibus suis contemnere: alioquin quinq. librarum auri pœna coércebitur: ita tamen vt in opera ciuitatis quinq. libræ impẽdantur: & post pœnæ solutionem nihilominus Defensoris officium suscipe

scipere cogatur. Nec enim vilissimos homines, sed ipsos magis primates Defensores ciuitatum fieri decet; quamuis Illustres sint, vel militare cingulũ, vel prærogatiuas ex principalibus pragmaticis sanctionibus habeant. Creari autem Defensorem oportet per ordinem: & sit vnus ex ipsis primatibus, quorum calculo crearetur. Fiat autem cum sacramento. Nam iurare debet, quod omnia secundum leges & iustitiam facturus est. Confirmetur autem per iussionem Præfecti Prætorio. Et habeat Defensoris honorem per biennium tantum. et non liceat Præsidi successorẽ ei dare; sed nec Præfecto Prætorio.

NON liceat Præsidibus Vicarios Defensorum mittere. nam nec suos mittere possunt. Sufficit enim Præsidi Defensores iussiones implere. II.

TESTAMENTA atq. donationes apud Defensores intimentur; aliaq. monumenta publica apud eos III.

recte procedant. Hoc enim Præses prohibere non poterit; quamuis aduersus ipsum Præsidem componantur, vel aduersus hominẽ eius. Acta autem conficere Defensor potest ad similitudinem Præsidis tam aduersus tributarias inlationes differentes, quam aduersus seditiosos homines.

Habeat autem ex præsidali apparitione vnum exceptorem, & duos apparitores. Et iudicet in pecuniarijs causis vsque ad solidos trecentos.

IV. SI quis plus petierit, vt apud Præsidem magis, quam apud Defensorẽ causa cognoscatur: & per definitiuam sententiam reperiatur quantitas litis intra trecentos solidos constituta: perdat & ipsam quantitatem, quæ reuera ei debetur, & actionis suæ dispendio puniatur.

V. SI Defensor ciuitatis sententiam definitiuam protulerit; & aduersus eam prouocatio porrecta sit: apud Præsidem Prouinciæ exer

exerceri eam oportet. Sin autem ab apparitoribus Defensor iniuriam fuerit passus; & Præses prouinciæ neglexerit competentem eis vindictam inrogare: tunc relationem ad Præfectum Prætorio mittat: & quod Præfecto visum fuerit sequatur. Habeat autem scrinium publicum; vbi monumenta publica deponere possit. et habeat vnum hominem, qui eadem acta debeat conseruare.

VI. DEFENSORES sine datione pecuniæ fiant. Quattuor enim aureos tantum præstare debent in iudicio Præfecti Prætorio pro iussionibus, quibus Defensorum creatio confirmetur. Sin autem ciuitas minima sit: tres solidos tantum præstare debet. Sin autem publicas annonas habeant exeuteri quadam consuetudine, capiant eas sine aliquo obstaculo. Et si in magnis criminibus obnoxij conuincantur aliqui: castigare eos

Defensores oportet; posteaq. Præsidibus transmittere. Nam in leuioribus criminibus sufficit pœna, quam ipsi imposuerint.

NOVELLA. XVI.

*

NOVELLA. XVII.

I. HAEC Cõstitutio habet inscriptionem MANDATA PRINCIPIS. Disponit autẽ quales esse oportet prouinciarum Præsides: & interdicit eis aliquid a subiectis lucrari; quasi publicis annonis sufficiẽtibus eis. Nam & tributa exigere, & requirere debẽt: ne forte fiscus deminutionem aliquam passus est.

Oportet autem & causas priuatorum cũ æquitate eos audire: & viliores quidem dirimere sine scriptis. et non cõcedere litigatoribus vltra ea, quæ Constitutionibus continentur, in iudicio expendere. Sin autem vi

les

les sint litigatores: & sine aliqua expensa causas eorum cognoscere Prę sidem oportet. Sic enim hæc omnia cum omni puritate fiant: ne facile in C P. ciuitatem prouinciales concurrant. Nam etsi concurrerint, cum per magistratus prouinciales nihil sfeterit; nullum responsum impetrabunt a Principe (Iubet Constitutio & agentes in rebus,& alios quoscumque; qui a C P. ciuitate iussiones maiorum iudicium portant, prohiberi posse per prouinciarum Præsides iniuste conuersari.)

CONSVETVDINARIAS II. iussiones ex quocumq. iudicio procedentes prouinciarum Præsides nõ recipiãt. veluti de publico aquæductu, de portu, de itinerib. muniendis, de põtibus,de imaginibus, de muris,de ædium excidio, vtpote in publico loco ædificatarum. Iubet autem nullam rationem habere Præsides prouinciarum huiusmodi iussionum: nisi diuinam pragmaticam sanctionẽ

in

inti mauerit. posteaq. indicare Præsidem oportet per suã relationẽ pijssimo Principi. Nam nec diuinam pragmaticam formã temere eum admittere Cõstitutio permittit. Debet autem & in operib. publicis suam diligentiam, atq. instantiã Præses ostẽdere. Nam & patres ciuitatum ædificationes publicas cogere debet cõstruere. Omnes autẽ milites, qui in eadem prouincia sedent, imperio Præsidis subici Constitutio prẽcipit. Nam & castigare eos delinquentes Præsidi licet.

III. SI quis crimine inligatus in iudiciũ Prẽsidis productus fuerit; & ne aliquid de eo cognoscatur; priuilegio dignitatis vel militiæ vsus fuerit: Prẽses prouinciæ non recipiat eum. Qui enim priuilegium ad remouenda crimina prætendit; a Præsidæ admitti nõ debet. Apparitores quoq. refrenare Præsidẽ oportet. etsi iniuriose cõuersari voluerint: nõ permittere. Sed & cõsiliariũ & omnes homi

mines suos purissimos habeat: vt his tantum contenti sint, quæ eis publicum administrat.

PRAESES prouinciæ fidē publi IIII.
cam nō passim vnicuiq. præstare debet immo etiam si dederit: vsq. ad triginta dies tantū fides publica debet valere. Sed & condēnare eos debet, qui intra terminos sanctorū sunt, & exigere eos: ita tamē vt cōpetentē honorē sanctorū terminis cōseruet.

TERMINI sanctorum nō prosunt neq. homicidis, neq. adulteris, neq. raptorib. virginū. Sed etsi quis tributa fisco debeat, poterit intra sanctorū terminos ab eo exigi publicum debitū. Et tam œconomi, quam defensores ecclesiarū ad hoc subueniant Præsidi magis, quam debitorē eripiant. Nam si quid tale fecerint: de sua substantia tributa fisco redde re compellantur.

PRAESES prouinciæ non de- V.
bet permittere tributorum exactoribus aliter tributa exigere: nisi prius decla

declarauerit iugerum quantitatem, & pro quibus prædijs, & in quibus ſpeciebus exactio ſit. Quod ſi de tributis aliqua dubitatio emerſerit: cēſuales quidem faciant expoſitionem cum omni ſubtilitate; referantur autem apud glorioſiſsimum Præfectū Prætorio. et per ampliſsimum iudiciū eius cauſa dubia dirimatur. Debet aurem Præſes prouinciæ cogere cenſuales et iam vt tranſlationes faciant diſtractorum prædiorum ſine omni tamen detrimento. Sin autem ideo cenſuales tranſlationes facere diſtulerint; quod emptores inopes eſſe putant: & huius rei diſceptatio præſidalis erit. et ſi dubitatur, vtrum emptor idoneus ſit, an non; venditor autem paratus ſit periculo ſuo trāſlationem venditi prædij fieri: audire debet.

VI. PROFECTIONES Præſidum non oportet damnoſas prouincialibus eſſe. Nam & angarias Præſidi vel apparitioni eius facere non licet.

cet. Omnes enim omnino præsides annonis suis contentos esse Constitutio iubet. NON liceat prouinciarum Præsidibus in eisdem prouincijs quas ipsi gubernãt, Vicarios suos constituere. Sed nec militibus concessum est angarias a prouincialibus petere, vel quæcumq. detrimenta eis facere. sed si quid damni prouinciales sentiant, hoc Præses eis de suo resarcire compelletur.

SI quis iussionem portauerit Prę *VII.*
sidi de religionibus, liceat ei eam cõ
temnere. Nam si quid canonicũ ac-
ciderit: hoc Præses cum metropolita
no prouinciæ disponere debet.

CAPITALI crimine damna- *VIII.*
torum bona non ad lucrum Præsidis
referri; sed cognatis punitorum red
di oportet.

INIVSTA patrocinia tam pro *VIIII.*
hibere, quam cõtemnere Præses pro
uinciæ debet. ALIENOS co
lonos siue capite censitos nemo su-
scipere audeat: sed etsi susceperit, sta

tim

tim reddat. alioquin si non reddiderit: terram desertam propter colonorum, vel adscripticiorũ absentiã susceptoribus eorum inrogari æquũ est. Curare autẽ Præses prouinciæ debet: ne aliquid tale cõtingat. Sed etsi cõtigerit: etiã si in aliam prouinciã coloni vel adscripticij fugerint: per publicas litteras reducere eos debet. Et hoc non solum in dominicis prædijs obtinebit: sed etiã in priuatorum possessionib. quorũ forte aliqui curam habent siue quod cõductores sunt, siue quod procuratores.

X. SI quis alienis agris vel ergasterijs titulos imposuerit, & nomẽ suum inscripserit: bonorum publicatione puniatur. Vnusquisque autem Præses prouinciæ postquam ad prouinciam peruenerit, conuocare debet Episcopum & clerum & primates ciuitatis; & hæc diuina Mandata intimare non solum in metropolitana ciuitate; sed etiam in alijs prouinciæ municipijs. ita vt per apparitores insinuen

sinuentur, & sine omni municipalium damno.

NEMO priuatus audeat arma tenere vel gerere. Hoc enim solis militibus concessum est. Hi quoq. qui propter seditionē a C P. ciuitate fugerint, teneri debēt a prouinciarum Præsidibus & custodiri. Nam & referre de his Præsides oportet. et si de his sunt, quos vtpote seditiosos perscrutātur magistratus populi Romani; punire. XI.

NOVELLA. XVIII.

OMNES tam masculi quam feminę decedentes, si vnum filium habeant: tertiam partem suæ substātiæ ei relinquant Falcidiæ nomine. eodē obtinēte iure etsi duos vel tres vel quattuor liberos dereliquerint. Sin autem vltra quattuor sint: dimidiam substantiæ paternæ habeant. vt in hoc casu Falcidia lex dimidiā partem contineat, idest sex vncias I.

sub

substantiæ defuncti. Nulla autem differentia est, vtrum ab institutione
I. heredis, an fideicommissi datione legitima pars liberis præstita est. Hoc autem, quod de filijs & filiab. diximus: teneat etiam in omnibus descendentibus personis, quibus scilicet de inofficioso agere permissum est.

II. CVRIALES priori (id est præcedentis capitis) obseruatione excepti sunt. Hi enim liberis suis curialibus nouem vncias substantiæ suæ relinquere coguntur: tres autem reliquas vncias, in quas voluerint personas transmittant. Sed tamen ea lex
I. iura de inofficioso testamento querelæ non mutat. Nam solam quantitatem Falcidię legis dilatauit & auxit.

III. SI quis liberos & vxorem habens, in vltimis suis elogijs iusserit totius substantiæ suæ vxorem quidem vsum fructum habere, liberos autem nudam proprietatem: quid iuris sit? & dicimus vsq. ad partem legitimam Falcidiæ habituros liberos etiam vsum fructu

proprietatis : reliquam autem vſus fructus portionem vxori dandam. Quia ſi nudam proprietatem ſine vllo vſus fructus ſolatio habeãt liberi: nihil prohibet eos fame perire. Hęc autem, quæ diximus, teneant tam in parte defuncto, quam in auo & pro auo, & omnib. ſuperiorib. perſonis. eodem videlicet iure obſeruando, & ſi mater decedens marito ſuo vſum fructũ totius patrimonij ſui reliquerit, & liberis ſuis nudam proprietatem. Idem in auia & pro auia.

IV. SI quis nepotes ex filio reliquerit, & ex filia nepotes vel neptes: pariter ad hereditatem ab inteſtato aui defuncti vocentur; & non minus tertia parte ſicut antea capiant. Sed integram portionem conſequantur nepotes ex filia nati, qualem accipiunt nepotes ex filio procreati. Item ſi auia deceſſerit nepotibus ex filio, & nepotibus ex filia derelictis: omnes pariter ad hereditatem auiæ ſuæ vocentur. et omnino nulla ſit differen-

tia, vtrum omnes nepotes sint an neptes: & vtrum ex filio an ex filia procreati sint.

V. SI quis sine dotalibus instrumentis, sed sola nuptiali affectione matrimonium contraxerit, & liberos habuerit; posteaque soluto priore matrimonio secundas nuptias cum alia muliere contraxerit, & dotalia instrumenta cum ea fecerit; & alios liberos habuerit: omnes liberi eius tam ex priore matrimonio nati, quã ex secundis nuptijs procreati pariter ad hereditatem vocentur: quamuis prius matrimonium sine dotalib. instrumentis contractum est.

SI QVIS neque liberos legitimos habens, neque vxorem legibus cognitam, decesserit; & concubinam reliquerit, ex qua filios naturales habuit: Concubinam autem dicimus talẽ, quæ libera constituta in domo defuncti fuerat vsq. ad mortem eius; & si liberi naturales in domo eius ab ipso procreati fuerint, & nutriti:

triti: Si hæc igitur ita sint; veniant simul tam ipsa cõcubina, quam liberi eius naturales ab intestato in substãtiam defuncti. non vt totam accipiãt; sed vt duas tantum vncias consequãtur substãtiæ defuncti patris; & distribuantur inter eos & matrem. ita tamẽ vt mater vnius liberi portionem accipiat, & per capita diuisio rerum fiat. Quod si concubina ante concubitorem suum decesserit; & filios naturales reliquerit: nihilominus duas vncias filij naturales consequãtur. Hoc autem de ea concubina dicimus, quæ sola fuerat in domo defuncti concubitoris. Alioquin si complures fuerint mulieres, quas in concubinatu defunctus habebat, ex quibus & naturales liberos habuerit: nulla licentia dabitur neq. concubinis, neque liberis earum ad successionẽ defuncti venire. Quoniã meretrices magis quam cõcubinæ tales mulieres sunt, cum quibus passim defunctus dormiebat. Sed illam solã cum

prole sua ad hereditatẽ defuncti vocamus, quæ quodammodo vxorem legitimam imitatur. et nulla differẽtia est, vtrũ naturales eius liberi masculi an feminæ sint. Hæc autem omnia in futurum tempus obtinere Constitutio iubet.

VI. SI quis pro filia sua dotem genero dederit, vel propter nuptias donationẽ pro filio suo nurui præstiterit; posteaq. ipse pater decesserit siue intestatus, siue testamento condito; & non specialiter expresserit, vt nulla fiat collatio dotis, vel ante nuptias donationis: Si hæc igitur ita sint; is, qui succedere patri voluerit; cogatur conferre dotem vel ante nuptias donationem.

VII. SI quis liberis suis res suas distribuere velit, siue in testamento, siue in alia quacumq. voluntate: liceat quidem ei hoc facere, dum tamen distributiones confirmet sua subscriptione. Quod si ipse subscribere nolit; faciat liberos suos subscribere, inter quos

quos & rerũ distributio fit. Quod si non ita fecerit:vel etiam sine testibusvoluntatem suã condiderit:sciat eam nullius esse momenti. Ideoq.liberi eius omnes ita substantiam eius partiantur inter se,ac si sine vlla eius distributionis voluntate parens eorum decessisset.

SI quis prolatam manum suã negauerit,& dixerit talem scripturam suam non esse;& postea actor probationib. vexetur & alijs difficultatibus:vel si litteras quidem suas agnouerit;dixerit autem pecuniã sibi numeratam a creditore non esse : in vtroq. casu conuictus in duplo debitam quantitatem actori præstet. VIII.

Quod si iudex contra præsentem legem iudicauerit:ipse pœnam actori reddat. Hæc autem ita se habent, nisi forte actor probationibus deficiens sacramentum reo detulerit:tunc enim si reus sacramẽtum dare noluerit; sed veritatem confessus fuerit:dupli pœnã euitabit. Quod si

longiori tempore extenſo litigio ad ſacramentum actor decurrerit; poſteaque reus ſacramenti timore veritatem confeſſus fuerit: dupli quidem pœnam ſic euitabit; cogatur autem omnes impenſas, quas actor propter improbitatem eius fecerit, ſacramento actoris præſtare.

Si quis autem dixerit nullam ſibi adnumeratam eſſe pecuniam: poſtea autem confeſſus ſit, & dixerit ſe etiam particularem ſolutionem ſoluiſſe: quamuis re vera perſoluerit; attamen nihilominus integram ſortem exſoluat. Sed etſi reus litteras actoris protulerit, eaſque ſuas eſſe actor negauerit; & poſtea reus veritatem probare potuerit: cogatur actor non ſolum illud imputare reo, quod litteris declaratur; ſed etiam alterum tantum perſoluat pœnæ nomine mendatij ſui. Et in hoc caſu ſacramenti ratio eadem habeatur tam in actoris, quam in rei perſona.

QVOD

QVOD si litigium per tutores vel curatores ventiletur; pone enim principales personas impuberes esse, vel adulescentes: tunc pœnæ exactio propter improbam negationem aduersus ipsos tutores vel curatores competat. Hæc autem Constitutio nullam facit innouationem in legibus, quæ duplum vel quadruplum in quibusdã casibus exigi præcipiunt.

IX. SI QVIS rerum detentator in rem actione ab aliquo conuentus dixerit actorem reum dominum non esse; actor autem probauerit suum dominium esse; & probationibus conuictus reus postea dicat hypothecarum titulo vel alio quodam iure ad se res pertinere: tali pœnæ subiciatur, vt adhuc lite in suspenso constitura res ad actorem transferantur; & post trãslatam possessionem, tunc si quas sibi putauerit actiones cõpetere; eas moueat is, qui

transposuit possessionem.

X. SI quis neq. vxorem legitimã habens, neq. liberos legibus cognitos, ancillam autem suam concubinam habuerit; & liberos ex ea susceperit; posteaq. eam cum liberis suis manu miserit, & ius aureorum anulorum eis impetrauerit, & natalibus eos restituerit; instrumentaq. dotalia conscripserit; quamuis postea nullos habuerit liberos; attamen & vxor legitima sit, & liberi ante dotalia instrumenta nati tam legitimi, quam in potestate patris sui naturalis efficiantur; & successionem eius ab intestato capiant.

NOV. XIX.

*

NOV. XX.

SI PRAETORIS Paphlagoniæ, vel Honoriados prouocatio porrecta sit; & inducatur apud

Præ

Præfectum & Quæstorem: Præfecti Prætorij officium huic appellationi obsequatur. Idem est & in Moderatore Helenoponti, & Ponti Polemoniaci; & Proconsulis Armeniæ, & Prætorum Lycaoniæ, Pisidiæ, & Isauriæ. In Comite autem Orientis vtrumq. officium obsequatur; idest & Præfecti Prætorij, & scrinij epistularum. In Pontica autem, & Asiana, quæ traslata est in Galatiam, & Phrygiam Pacatianã, officium Præfecti tantũ obsequatur. In quibus autem causis antiquo iure libellẽses obsequuntur; in his nulla innouatio facta est. Sed nihilominus idem soli implebunt.

NOVELLA. XXI.

*

NOVELLA. XXII. 1.

HAEC Constitutio suas quidem vires retrorsum nõ redigit: nec ob

obtinebit in eis, quæ ante ipsius tempora contigerunt. Et locũ habeat in maritis & vxoribus, qui quęque aut omnino testati non sunt; vel non iure testati fuerint; vel quantum pertinet ad eandem Constitutionem instati decesserint.

II. SVNT quædam iustæ causę, quębona gratia matrimonia disrumpunt. Et est prima causa, si maritus vel mulier solitariã vitam elegerint. ita tamen vt si vir monachus factus sit: tantum lucretur ex donatione propter nuptias sibi data mulier, quantum morte mariti lucri cepisset. Idem dicimus & si mulier in monasteriũ introierit. maritus enim eius ex dote tantum lucrabitur, quãtum lucri cepisset, si vxor eius mortua fuisset. Sed etsi quis non potuerit cum vxore sua misceri; forte enim frigidæ naturæ est; triennio transacto, quod numerabitur scilicet ex eo tempore, quo copulati sunt: si non potuerit in toto trien-

nio

nio cum muliere ſua miſceri; etiam ſine repudio matrimonium diſſolua tur. Sed etſi vir vel vxor in capti uitate fuerit : ſine repudio matri monium diſſoluatur. Sub ea tamen diſtinctione, vt ſi quidem ſpes ſit ma ritum vel vxorem reuerti : ea per ſona, quæ in ciuitate eſt non au deat ad ſecundas nuptias peruenire. Alioquin maritus quidem an te nuptias donationem amittat; vxo ris autem temeritas dotis amiſsio ne punietur. Quod ſi incertum ſit, vtrum ab hoſtibus capta perſona viuat, an non : tunc ea perſona, quæ in ciuitate eſt, expectet quin quennium. quo tranſacto licebit & marito vxorem ducere, & mulieri ad ſecundas nuptias migrare.

Alio quoque modo bona gratia matrimonia diſſolunutur : veluti ſi vir vel mulier ex ſententia iudicia li in ſeruitutem deducantur. forte enim libertini conſtituti ingrati er ga ſuum patronum extiterunt. Sed

hoc

hoc casu tantũ lucrari oportet eam personam, quæ in suo statu perdurauit; quantum lucri cepisset, si ea persona, quæ in seruitutem redacta est, decessisset.

III. SI quis per errorem ancillam mulierem vxorem duxerit liberã eam esse putans; vel ex cõtrario si libera mulier seruo per errorem coniuncta sit; posteaque veritas reperta fuerit: dicendũ est omnino nuptias non cõstitisse. Inter liberum enim & ancillam, vel seruum & liberam mulierem nuptiæ contrahi non possunt.

Quod si calliditate vel conniuẽtia domini seruus vel ancilla matrimonium contraxerit cum libera persona: forte enim dominus ancillã suam vt liberam viro ingenuo coniunxit, & dotem pro ea præstitit, vt propter nuptias donationem lucretur totam vel pro parte: Si quid igitur tale cõtigerit; ipsa datione dotis & ancilla libera fiat, & nuptiæ consistant nulla lege quãtum pertinet ad seruitutem

huiusmo

huiusmodi matrimonium concutiẽte. Sin autem dominus specialiter quidem nuptijs ancillæ suæ vel serui non consenserit; sciens autem quod agatur, non prohibuerit: forte enim ideo hoc facit, vt postea negotiũ moueat homini libero, quod ancillam eius duxerit vxorẽ; vel ingenuæ mulieri, quod seruo eius nupta sit: si quid igitur tale euenerit; licet specialiter dominus non consenserit; attamen si sciens non prohibuerit; & nuptiæ integro iure consistant, & seruilis condicionis persona eripiatur ad ingenuitatem. Illo sine dubitatione aperto, quod liberi, qui ex huiusmodi nuptijs procreati fuerint, tam ingenui quam legitimi sint.

IV. SI quis seruum suum ægrotum vel ancillam morbosam contempserit, & nullam curã eis fecerit: necesse est eos liberos esse. Seruus enim per titulum Pro derelicto contemptus a domino suo in libertatem eripiatur. eodem iure etiam in ancilla obtinen-

te

te. Ideoq. inter eos nuptiæ legitimè contrahi possunt. ET istæ quidē causæ sunt, per quas bona gratia matrimonia dissoluuntur. His autē ad numerari debet in expeditione degē tis mariti militis dissolutio: de qua dicendum est in competenti tempore; in quo etiam causas subtilius repudij dicturi sumus.

V. ILLVD certum est, quod in his causis, ex quibus matrimonium soluitur, si velit mulier postea nubere, annum prius expectare debet propter sanguinis confusionem.

VI. ALIENVS adscripticius liberā mulierem non ducat vxorē neq. sciē te, neq. consentiente domino. Quod si tale aliquid ausus fuerit facere: liceat domino & retrahere eum cum modica castigatione siue per se siue per magistratus, & copulatā sibi mulierem disiungere. Tales enim nuptiæ nec nuptiæ sunt, nec dos vlla est, nec donatio propter nuptias intelligitur.

SI

SI quis sine dotalibus instrumentis affectione maritali vxorem duxerit: non audeat sine causa legibus cognita repudiū ei mittere. Alioquin quartā partē substantiæ suæ deceptæ mulieri præstet. Hæc autem quarta pars talē distinctionem recipiat: nā si quidem quandringentarū librarum auri facultates maritus habeat, vel minus: quartā partē omnimodo substantiæ suæ mulieri præstet, idest vel centū libras, si quadringētarū librar. substantiam habeat; vel minus, si minores habeat facultates. Quod si tātas habeat opes, vt etiā quandringentarū librarum quantitatē excedant: tunc centū tantūmodo libras ei maritus præbeat. Sed si quidē per maritum steterit, quo minus matrimoniū consistat; & sine causa repudiū miserit: in hoc casu soluto matrimonio annū expectet mulier, posteaq. sine impedimento ad secundas nuptias trāseat. Quod si per mulierē steterit, quo magis matrimoniū dissoluatur: VII.

quin

quinque annos expectet, & his transactis ad secundas nuptias migret, si velit.

VIII. SI filiusfamilias vxorem duxerit: non habeat licẽtiam vxori suę repudium mittere sine paterno consensu. Idem dicimus & in filia familias vxore. nam nec ei repudium mittere sine paterno consensu marito suo permittitur. Alioquin dotem, quam pater suscepit, vel propter nuptias donationem non cogitur reddere.

IX. SI morte mariti vel vxoris solutũ matrimonium fuerit: superstes persona dotem vel propter nuptias donationem secũdum pactiones factas lucretur. ita tamen vt dispares nõ sint pactiones. Non enim admittimus tales cõuentiones, quę marito quidem dimidiam partem dotis moriẽte muliere præstãt; vxori autem tertiã partem propter nuptias donationis moriẽte marito. Exæquari enim pactiones ab vtraq. persona decet. Ideoq. superfluũ vnius portionis tollimus,

vt

vt etiã in persona mariti tertia pars dotis expectetur. Exæquationẽ enim partium ita fieri Constitutio iubet, vt maior pars deminuto superfluo ad minoris partis quantitatẽ concurrat. Si quid tamẽ lucratus fuerit ex dote maritus muliere mortua, vel si mulier lucretur ex donatione propter nuptias mortuo marito; hoc habeat pleno iure; & habeat potestatẽ, quo voluerit modo ea consumere siue per legatorũ titulum, siue alia qua uis alienatione. Sin autem decedẽs eas res nõ alienauerit vel omnes vel quasdam ex eis: maneant apud liberos præcipui honoris vice. siue scripti fuerint heredes ab ea persona, quæ tale lucrum senserit, siue non. ni si forte ingrati circa eam extiterint.

SI enim ingrati circa eam personam extiterint liberi, quæ lucri aliquid ceperit: quãuis tales res nõ alienauerit specialiter siue inter viuos, siue in testamento suo: attamen heredes eius eas res capiant exclusis vide

licet modis omnib. liberis. Illud autem certum est, quod si filij sint, & ex ante defunctis filijs nepotes, pariter cum suis patruis siue auũculis in eundem honorem perueniant; si tamen sui patris hereditatem amplectũtur. Hoc autem non solum in dote & donatione propter nuptias teneat: sed etiam in illis matrimonijs, quæ sine dotalib. instrumentis consistunt, in quibus quartam partem substantiæ suæ maritus vel vxor læsæ personæ compellitur dare secundum ante fatam diuisionem.

X. SI mulier post mortem mariti nec dum annali spatio completo ad secũdas properauerit nuptias: omnib. quidem modis inter infames erit. Sed si quidem liberos ex priore matrimonio non habeat; infamiam quidem exsoluere poterit, si preces Imperatori porrexerit, & cum diuino Principis nutu priori opinioni restituta fuerit. Res autem a priore marito suo sibi derelictas nullo modo lucrabitur; sed

sed decem personis res eodem modo adcrescunt. idest vsq. ad secundū gradū in superioribus, & in inferioribus, & ex latere venientibus dinumeratione facta. eodemq. modo decē personis collectis. Sunt autē hæ. pater & mater, auus & auia, filius & filia, nepos & neptis, frater & soror. His autem personis non apparentibus ea, quæ a priore marito tali vxori relicta sunt, fisci viribus vindicentur. Sed nec propter nuptias donatione potiri conceditur, quamuis pactionum tenor reclamauerit. Sed nec copulato sibi secundo marito ante annale tempus poterit dotem darevltra tertiam partem substantiæ suæ. Sed nec ab alio extraneo capere aliquid per vltimam voluntatem permittitur. Omnino enim cum alio nō habeat testamenti factionem. Ideoq. neq. hereditatē sibi relictā, neq. legatum, neque fideicommissum, neque mortis causa donationem capere poterit. Sed ea, quæ relicta sunt, siue

legata,siue fideicommissa, siue here ditatis particularis datio apud coheredes eius remaneant. Sin autẽ ipsa sola heres scripta est,ad eos bona defuncti perueniant, quos ab intestato leges vocant. Hæc de his, quæ ex testamento tali mulieri relinquũtur. Nam si ab intestato ad cognatorum suorum hereditatem vocatur: non omnib.succedere poterit; sed vsq. ad tertium gradum tãtum ab intestato hereditatem accipiat; vlterioris autem gradus cognatis omnino nõ succedat. Sin autem liberos habeat, & non expectet anni spatium; sed ad secũdas nuptias properauerit:& hęc quidem infamis erit. sed tamen nec Principis indulgentia priori restitue tur famæ,nisi liberis ex priore matri monio natis dimidiã partem substan tiæ suæ donauerit pure & sine vlla condicione;ita vt nec vsum eius reti neat sibi. Sed tempore secũdi matri monij simpliciter dimidiam partem suar.facultatũ eis donet. Hoc enim facto

facto & principali rescripto secuto pristinam famam sibi renouabit. Inter eos autē liberos, quibus dimidiā partem bonorum suorum donabit, res donatæ æqua portione distribuā tur. Et si quidem filij sint: in capita diuidantur res eis donatæ. Sin autē nepotes sunt: patris sui portionē accipiant; vt videantur quodammodo in stirpem succedere. Et si quidem omnes liberi intestati decesserint: hereditas eorum ad matrē perueniat, proculdubio dimidiam partem bonorum suorum, quā semel dedit, iterum recepturam. Quod si testamento facto decesserint: necesse est res, quas dereliquerint, ad scriptos eorū successores peruenire.

XI. SI mulier post priores nuptias repudio vel morte mariti solutas ad secundum migrauerit matrimonium anno scilicet legitime cōpleto: si quidem nullos habeat liberos; sine quæstione res sibi derelictas a priore marito pleno iure possidebit, nō solū iu-

re vsusfructus,sed etiã rerũ dominio potitura. Quod si liberos ex priore matrimonio habeat ad secundas perueniẽs nuptias:in primis quidẽ carebit propter nuptias donatione: deinde omni alia liberalitate quæ ad eam peruenerit;siue inter viuos, siue in vltima voluntate maritus ei quippiã dederit,vel dereliquerit siue institutionis nomine,seu legati, vel fideicommissi causa. Hoc autem, quod diximus carere eã omnibus, quæ ex substãtia mariti ad eã peruenerũt: intelligendũ est quantum ad rerum dominiũ;vsusfructus enim earum rerum ipsi mulieri permanet, proprietate scilicet ex eo tẽpore liberis competẽte,quo secundas nuptias mater eorũ cõtraxerit. Sin autẽ illa decesserit; etiã vsusfructus eis adcrescat. Et hæc omnia iura communiter locum habeant tam in vxoris persona, quã in mariti;si forte & ipse secũdas contraxerit nuptias. nulla discretione habita vtrum dotem vel propter nuptias

ptias donationē ipſi pro ſe dederint, an alius magis pro eis.

ADEO autem rerum prædictarū XII. poſt ſecundas nuptias patris vel matris liberis ex priore matrimonio natis dominium competit; vt non poſſit pater vel mater eorum res eaſdem firmiter alienare, nec hypothecæ titulo obligare: quoniā ius vtendi fruēdi tantūmodo parenti cōceſſum eſt. Sed clemētius res tēperabitur. vt ſtatim quidē liberi nō poſsint ſuū parētē vetare, ſi eaſdem res alienare voluerit: ſed poſt obitū eius eas vindicabunt ſine vllo obſtaculo. Et non ſolū ipſi, ſed etiā heredes eorum res diſtractas vel pigneratas vindicabūt. et nō ſolū aduerſus emptores vel creditores; ſed etiā cōtra ſucceſſores eorū in rem mouebitur actio, nulla tēporali præſcriptione excluſis, niſi forte triginta annorū curricula trāſacta fuerint. quę cōputari oportet ex eo tēpore, quo liberi ſuæ poteſtatis effecti ſūt. excepta videlicet pupillari ętate;

quia impuberibus nulla temporis cõ putatio concurrit.

XIII. NVLLAM post hac habeat ele ctionem pater vel mater ad secũdas peruenies nuptias, res prædictas cui voluerit liberorũ suor. addicere. Sed ad omnes liberos huiusmodi res veniãt in capita distribuẽdæ. nisi forte nepotes ex filio vel filia proponãtur. Hi enim in stirpem vocantur, & patris sui vel matris portionẽ accipiũt.

Illud autẽ quod superius diximus, vt in talibus rebus alienatio a parente facta irrita sit; nõ sine distinctione teneat: sed interdũ pro parte valeat. ideſt pro ea, quam casus ille facit, qui extat nullis liberis superstitibus, pro rata scilicet totius pactionis. Hoc autem, quod dico tale est. Quædam mulier nupsit; & pepigit cum marito suo, vt soluto matrimonio si liberi superstites fuerint; in totũ propter nuptias donationem habeant: si nulli liberi superstites fuerint: tertiam partem habeat. Ecce in hoc casu si diro

pro

pto priore matrimonio secundas nuptias contraxerit mulier tribus liberis superstitibus; & vnus ex his decesserit: tantam partem mulier pleno iure possidebit, & alienare firmiter poterit; quantam mors filij lucrari eam patitur ex tertia portione, quæ illo casu continetur, qui locum habet, si liberi superstites non sint: ideſt vt tertiam portiunculam tertiæ partis mater lucretur, eamq. firmiter alienet. in ceteris autẽ portiũculis inutilis sit alienatio. Quod si cõtigerit omnes liberos mori sine liberis: necesse est totã portionem tertiam matrem habere, quam habuisset, si ab initio nullis liberis superstitibus priores nuptiæ solutæ fuissent. Ex his igitur illud apparet, quod alienatio a parẽte facta interim in suspenso est. Et potest pro parte quidem valere vno filio defuncto; pro parte autẽ in suspenso esse: vt si omnes liberi moriantur, tota tertia portio firmiter alienata fuisse videatur. Illud indubitatum

est

est, quod filius ingratus circa parentes ostensus huiusmodi portione excludendus erit. in hoc enim tantummodo casu ius electionis parenti conceditur. Ingratum autem intelligere debemus eum, qui circa patrē vel matrē ingratus probatur; vel omnimodo qui circa eum ingratus est, qui vltimus decesserit.

XIV. PATER vel mater, qui quęque ad secundas nuptias migrauerit, non habeat licentiam siue inter viuos siue in vltima voluntate liberalitatem vllam conferre in nouercam filiorum suorum, vel vitricum vltra eam partem, quæ ad vnumquemque liberorum suorum ex substantia eius peruenerit. Ideoque si vnum filium habeat; dimidiam partem eidem filio suo conferuet, & alteram dimidiam nouercæ vel vitrico præstet. Sin autem duos filios habeat, tertiam tantummodo portionem bonorum suorum nouercæ vel vitrico liceat eis præstare. Quod si tres

si tres habeat filios; quartam partem si velit, det. Et regulariter tantam partem liceat ei nouercæ vel vitrico dare; quantam singuli liberi habent. Sed & si in testamento suas facultates diuidere parens voluerit; & nouercæ vel vitrico quippiam donare voluerit legati vel fideicommissi nomine: pariter substantiam suam distribuat; vt vitricus vel nouerca vnius liberi habeat portionem. Hæc si liberis suis non ex disparib. partibus facultates suas parens diuisit. Nam si dispares portiones eis præstiterit: necesse est nouercam vel vitricum illi filio comparari, qui minimam portionem accepit. ita tamen vt vnusquiqueliberorum non minus lege Falcidia habeat; nisi forte appareat ingratus. Id autem, quod diximus de patre & de matre, teneat & in auo & in auia; & non solum in filio filiaue, sed & in nepote nepteue.

SED

XV. SED est quæsitum multotiens in iudicijs; quo tempore computationē patrimonij parentis facere debeamus; vtrum eo quo dotē vel ante nuptias donationem, vel aliam qualem uis liberalitatem adscripsit, vel dedit vitrico vel nouercæ; an magis illud tempus spectari oportet, quo parens mortuus est. Et dicimus euētum inspici oportere, idest illud tempus, quo parens mortuus est. vt secūdum patrimonij quātitatem, quod postea inuentum fuerit, ita diuisio fiat inter liberos ex priore matrimonio natos & nouercam vel vitricum. Ita vt si quid plus nouercæ vel vitrico datum vel derelictum fuerit: hoc redeat ad liberos, qui ex priore matrimonio nati sunt, & pariter inter eos distribuatur. Sin autem ex secundo matrimonio liberos reliquerit: id quod de sua substantia plus æquo dedit; irritum factum, inter omnes & ex priore & ex secundo matrimonio natos liberos diuidatur. Illud autem certum

tum est,quod & primi,& secundi,& tertij matrimonij liberi singuli suæ matris dotem; vel proprij patris propter nuptias donationem excipient omnimodo, siue ad alias peruenerit nuptias pater vel mater siue non.

SIN autem legatũ defuncta persona superstiti parti reliquerit; deinde superstes noluerit ad alias nuptias peruenire: liceat ei suo iure legatum possidere,& alienare siue inter viuos siue in vltima voluntate; & liceat ei hoc quo voluerit modo disponere. XVI.

OMNIA autem, quæ diximus de lucro dotis vel propter nuptias donationis ex morte mariti vel vxoris ad alterutram personã peruenientis trahenda sunt etiam ad ea lucra, quæ per repudium matrimonio soluto ad alterutram partẽ peruenerunt. XVII.

Idẽ iuris est & si bona gratia nuptiæ disiunctæ sunt. Liberis enim res lucro cedẽtes seruabũtur. Idẽ dicimus & de eo lucro, quod mulieribus præstari necesse est sine dotibus nuptis.

ptis. Quartam enim partem, quam ex facultatibus mariti acceperunt, liberis suis præstare coguntur.

XVIII. LIBERA licentia sit tam augere, quam deminuere dotem vel propter nuptias donationē etiā constāt adhuc matrimonio. Quod in primis quidē nuptijs sine distinctione verū est: in secūdis autē nuptijs liberis quidem ex priore matrimonio extantibus deminuere dotem vel ante nuptias donationē non licebit; quāuis augere eas nō est prohibitū. Sin autem nulli liberi ex præcedenti matrimonio sint: tunc & augere, & deminuere dotē & propter nuptias donationem sine vllo obstaculo licet.

XVIIII SI quis in vltimis suis elogijs vsum fructū vxori suæ reliquerit, siue mortis causa donauerit; vel si viuus vsum fructum ei concessisset; posteaque ad secundas nuptias vxor migrauerit: non statim ei pereat vsusfructus; sed habeat eum integrum mulier, quo ad vixerit. post mortem autem eius re-

redeat vsusfructus ad proprietatem suam. Hæc autem ita sunt, nisi specialiter maritus qui donauit vsumfructum, sub hac condicione dedit, vt si mulier ad secundas peruenerit nuptias, vsusfructus extinguatur. Idemque dicimus & si mulier vsum fructum marito suo donauerit, vel in vltima voluntate reliquerit. Sed hæc de iure vtendi fruendi, quod per liberalitatem alteri ab altero datum est. SIN autem vsusfructus dotis causa vel propter nuptias donationis gratia datus sit: tunc vetera iura inlibata maneant. ideſt vt apud maritum vel mulierem sit; quamuis contrarium in suo testamento persona decedens expresserit.

QVODCVMQ. filius vel filia adquisierit siue ex materna linea, siue ex causa nuptiali, vel qualitercumque: huius rei vsumfructū omnino pater habeat, quāuis secundas cō traxerit nuptias. Loquimur autē de liberis, qui in potestate parētū sunt. XX.

Ex

Exceptis videlicet castrẽsibus & quasi castrẽsibus peculijs. Ea enim sine aliqua distinctione parentib. nõ adquirũtur, neq. quod ad proprietatẽ pertinet, neque quod ad vsumfructum spectat. Sed sunt pleno iure liberorum quãuis in potestate parentũ fuerint.

XXI. SI mulier liberis suis res quasdã donauerit; posteaq. ad secundas peruenerit nuptias; & ingratitudinis velamento donationem semel a se factam reuocare maluerit: nullo modo poterit hoc facere; nisi specialiter probauerit, vel quod vitę eius filius insidiatus est, vel quod manus ei impias intulerit, vel quod tales insidias ei cõcinnauerit, vt facultatibus suis totis priuetur.

XXII. MVLIER quæ ad secundas migrauerit nuptias, priuilegijs vel dignitatibus mariti prioris nõ vtatur.

XXIII. SI liberta mulier patrono suo copulata nuptijs quidem eius ipsa renũtiauerit; ad secundum autem matrimonium migrare voluerit: id facere inuito

inuito patrono non poterit. Alioquin si contra volũtatem eius nupserit: non sunt nuptiæ; sed vt meretrix coniuncta esse videtur.

CONSTANTE adhuc matri monio dotem maritus vxori suæ non facile cõpellitur soluere; nisi sit causa legibus cognita. Alioquin si temere dotem vxori suæ maritus soluerit: donasse ei videtur. Et ideo mortua muliere dotem reddere heredes eius marito debẽt, cum fructibus scilicet, qui in medio tẽpore nati sunt; & non solum ipsi marito, sed etiam heredib. eius. Ideoq. & lucra dotium sic tractantur, quasi non essent redditæ, vt & pacta dotalia conseruentur: etsi secundas nuptias maritus cõtraxerit: filijs suis ex priore matrimonio natis res quas lucratus est, custodiat. xxiiii.

SI mulier liberorum suorum tutelam administrauerit; & post inchoatam administrationem ad secundas migrare voluerit nuptias: prius filijs suis impuberibus tutorem petere de xxv.

bet,eiſq. rationem adminiſtrationis ſuæ reddere; & poſt redditã rationẽ ſi debitrix appareat,debitũ ſuum ſoluere debet: deinde ſi velit ad matrimonium ſecundum perueniat. Sin autem hac obſeruatione contempta ſecundas contraxerit nuptias:nõ ſolum res ipſius matris liberis ſuis hypothecæ titulo ſupponantur;ſed etiã res vitrici ex præſentis Conſtitutionis auctoritate. Et ſi filij impuberes moriantur: ſucceſsionem eorum mater lucrari non ſperet ſiue ab inteſtato deferatur eorum ſucceſsio; ſiue ex teſtamento, quo forte pater eis pupillari modo matrem eorum ſubſtituit. Et nõ ſolum tales pœnas patiatur: ſed etiam illas, quæ de his mulierib. dictæ ſunt, quas probatum fuerit ante quam legitimũ tempus,id eſt annale ſpatium prætereat, ad ſecundas nuptias properaſſe: vt ſint infames, & alias pœnas ſuſtineãt,quas ſuperius expoſuimus. Soli autem pœnę poſſunt,ſi principalis

indulgentia remiserit eas; secundum iam traditam obseruationem; & si dimidia pars bonorum matris liberis suis donata fuerit; ita vt nec vsusfructus rerum matri eor. concedatur.

Idem autem dicimus, & si naturalium liberorum mater tutelam administrans ad secundas conuolauerit nuptias. Eaque custodiri oportet in prouincijs quidem cura & solicitudine Præsidum, in imperiali autem Ciuitate cura & solicitudine tam Præfecti Vrbis, quam Præfecti Prætorio.

SI pater iussus vel rogatus fuerit legatum aut fideicõmissum filio suo sub cõdicione præstare: nõ aliter legator. seruandorũ causa satisdare cogatur, nisi secundas contraxerit nuptias. XXVI.

CLERICVS qui supra lectores & cantores est, veluti subdiaconus vel diaconus nullas nuptias contrahere audeat: alioquin sacerdotio cadat. Lector quoq. si XXVII

secundas contraxerit nuptias: ad maiorem gradum ordinis ecclesiastici prohibeatur ascendere. Laicus etiã si appareat vxori cõiunctus esse, quæ alium maritum habuit; aut si non iure cõiunctus sit; aut si ipse aliã vxorẽ habuit: neq. subdiaconus, neq. diaconus neq. presbyter fieri poterit. Nã & si clãdestinis artibus ad consecrationẽ inrepserit, honore eius cadat.

xxiix. S I quis decedens reliquerit vxori suæ legatum sub hoc modo; vt ad secundas nuptias non perueniat: vel si mulier marito suo legatum reliquerit; vt secundum ille non contrahat matrimoniũ: correcta lege Iulia Miscella præstetur legatũ sub huiusmodi obseruatione. In primo quidem anno legatum non exigatur. nisi forte sacerdotium legatario obuenerit: vt nuptiarum nulla spes sit. Anno autem primo transacto si quidem res legata immobilis sit. sub cautione tamen iuratoria & obligatione bonorum suorum, quod secundis ab eo cõ

tra-

tractis nuptijs rem qualem accepit, restituat cũ fructibus medio tempore natis. Sin autem res legata mobilis fuerit: si quidem legatarius vel legataria locuples fuerit; simili cautione atq. obligatione bonorum suorum rem sibi legatam capiat, ita vt secundis nuptijs contractis res qualis data est reddatur, vel deminutio eius resarciatur. Sin autem pecunia numerata legata sit: cum vsuris suis reddatur, quæ legatario solutæ sunt ab his, quibus pecuniam mutuauit. sacramento prius ab eo præstito, quod nihil ex vsuris sibi solutis cælauit. Quod si non quidem mutuauerit pecuniam ad vsuram, ad vsus autem suos conuertit: vsurarũ nomine tertiam centesimę det. Hęc si locuples fuerit legatarius vel legataria. Sin autem minus soluẽdo fuerit; fideiussorem dare cogatur. Quod si nec fideiussionẽ dare possit: sub cautione iuratoria & obligatione bonorũ res ei præstentur. Statim autem atq. ad

secundas nuptias peruenerit; res legati nomine datæ vindicentur apud qualẽcunq. personã inuentę fuerint, siue mobiles siue immobiles sint. Et omnimodo vindicatio rerũ ita fiat; quasi alienatio earum ab initio facta non esset. Sin autem pecunia numerata legata sit; & legatarius neq. fideiussores habuerit, neq. idoneus sit: tunc ille, a quo legatum ei relictum est, tertiam centesimæ vsurarum nomine ei præstet; donec ad secundas peruenerit nuptias; vel sacerdotio fuerit consecratus, vt nulla spes nuptiarum superstit; vel mortuus fuerit legatarius. Nam siquidẽ secũdas nuptias cõtraxerit: reddat quas accepit vsuras. Sin autẽ ad sacerdotium venerit, vel mortuus sit: capiat aut ipse sortem, aut heres eius. Hæc autem omnia obseruari decet, & si non maritus vxori aut vxor marito; sed extraneus quicumque sub eadem condicione legatum reliquerit. nam & hic eadem teneant, quæ in marito diximus

ximus & vxore: vt antefata cautio detur; si quidē institutio particularis sit, coheredibus; sin autem legatum vel fideicommissum, heredibus vel substitutis: nemine autem ex his apparente, his cautio præstetur, qui ab intestato ad successionem defuncti vocantur. nisi forte specialiter testator talem cautionem dari prohibuit. Nam & in hoc voluntatem eius custodiri æquum est.

XXIX. SI filius decedens in testamento suo matrem heredem instituerit: sic institutio eius habeatur; quasi quiuis alius extranaus a defuncto heres in testamento scriptus fuisset. Ideoque omnia, quæ filius reliquerit, ad matrem perueniant: nulla discretione habita, vtrum res quas filius dereliquit, ex paterna substantia ad eum deuolutæ sunt, an non. Vndecumq. enim res sunt, quæ ad filium peruenerint, transmittuntur ad matrem. nullaque eidem matri quæstio ab alijs filijs suis, id est fratribus de-

functi moueatur. Quia etsi alius extraneus a defuncto filio heres institutus esset; nihilominus omnes res testatoris accepisset. Hæc si mater in testamento a filio suo heres instituta est. nulla habita differentia vtrum ad secundas migrauerit nuptias, an non. Sin autem intestatus filius defunctus est; & mater vel iam ad secũdas nuptias migrauerit, vel postea migrauerit: vocetur quidem & ipsa cũ fratribus defuncti filijs suis ad successionem eius. Sed earum quidem rerum, quæ ex paterna linea ad filium defunctum peruenerunt, tantũ vsum fructum habeat mater, si secundas nuptias contraxerit, vel si postea cõtraxerit. Sin autem res ex alia causa a filio defuncto adquisitę sunt: tũc in isdem rebus æquali portione cũ fratrib. defuncti filijs suis succedat. et nõ solum ius vtendi fruendi, sed etiam proprietatẽ in isdem habeat rebus. excepta videlicet propter nuptias donatione. Ea enim suis finib. regi-

tur,

tur, & nullam innouationem ab hac Constitutione patitur. Sed in hoc toto iuris capite ingratitudinis ratio habenda est non solum ad matrem, sed etiam ad fratres. Causæ autem ingratitudinis in alia inferiore Constitutione exponentur. Illud autem certum est, quod hoc caput Constitutionis ad futuros casus, non ad præteritos pertinet.

XXX. LICEAT matri in his rebus, quæ non ex paterna linea ad filium suum defunctum peruenerunt; si heres ei extiterit, & testari, & alienare, aut quo voluerit modo disponere. Quod si res permixtę fuerint tam ex paterna linea quam ex diuersis alijs casus adquisitæ; veluti ex testamẽto, ex donatione, ex legato, vel alio huiuscemodi casu: earũ quidem, quę ex paterna linea filio defuncto obuenerunt, tantum habeat vsumfructum, aliarum autem rerum pleno iure habeat proprietatem. Hoc autẽ Constitutionis caput nõ solum in futuris

ca

casibus, sed etiam in præteritis negotijs locũ habeat; nisi forte vel iudicali sententia, vel amicali transactione sopita sunt.

XXXI. STVDEANT autem parẽtes filios suos tã ex priori matrimonio natos, quã ex secũdis nuptijs procreatos ex ęquis partibus heredes scribere: nisi forte quidã inter eos ingrati appareãt. Hoc autẽ quasi persuadẽtes magis quã legis necessitatẽ imponẽtes dicimus. D. K. APR. POST CONS. BELIS.* (CAVSAS autẽ repudij in ista Cõstitutione posi tas ideo nõ diximus: quia in inferiori Cõstitutione hoc caput plenissime inuenitur. Et omnino si quid prętermissum est in hac Cõstitutione; quasi deletũ vel superfluũ expositũ nõ est. et ideo illã Constitutionẽ legere debes, quã tibi Tituli cõpetẽtes ostẽderint.)

NOV. XXIII.

I. OMNIS prouocatio siue per se, siue per procuratorẽ, vel per defen

fensorem, vel per tutorē, vel per curatorem velit quispiā prouocare: intra decē dies porrigatur. Quos numerari Cōstitutio præcipit ex eo die, quo definitiua sententia recitata est.

SI consultatione Imperator vel Princeps occupatus nō possit senatū ad hoc ipsum colligere: allegationes litigatorū maneāt in eadem figura; & nullum præiudiciū patiantur, quā uis tempus statutum transactum sit. vsq. eo videlicet, donec princeps vacationem habens senatores in vnū conuocauerit. II.

SI ab Aegyptiaca regione prouocatio orta sit: nō ad imperialem ciuitatem reducatur; sed apud Præfectū Augustalem Alexandrinæ ciuitatis dirimatur Sacrum auditorium. Sentētiæq. Augustalis nulla prouocatio porrigatur. Hoc autem dicimus de his causis, quę quingentorum aureorum quantitatem non excedunt. III.

IN Asiana quoque vel Pontica regione si prouocatio data sit: Comites vel IV.

vel Proconſules, vel Prętores, vel Moderatores de appellatione cognoſcant. Nam & iſti magiſtratus ad ſimilitudinem Auguſtalis ſacrum auditorium habent, Ideoq. nec ſententiæ eorum aliqua porrigatur prouocatio. HAEC autem totiens locum habeant, quotiens decem auri libras cauſa non excedat. IN Oriẽ tali regione prouocationes vſque ad decem auri libras ad Spectabilẽ Comitem Orientis inducantur. SIN autem ante dictis Spectabilibus Proconſulibus, vel alijs huiuſmodi iudicibus porrigatur appellatio in his ſcilicet cauſis, in quibus principaliter iudicant: tunc apud Præfectum Prætorio & Quæſtorem cauſa audiatur vtroq. officio obſequente, ideſt tam ſacrorum ſcriniorum quam Pręfecti Prætorio.

V. ILLVD autem, quod diximus de appellationib. apud Proconſules inducendis, non ſine diſtinctione eſt. Nam ſi quidem non Spectabiles ſint hi,

hi, contra quos appellatio porrecta est; & a diuina iussione vel ab alijs magistratibus iudices constituti fuerunt: tunc Proconsules appellationē audiant. Sin autem Illustres sint, a quibus appellatū est: prouocatio exerceri debet in C P. ciuitate secundū veterem cōsuetudinem cuiuscumq. quantitatis sit. Omnibus ceteris legibus, quæ de appellationibus positæ sunt in sua firmitate durantibus.

DE APPELLATIONIBVS ET INTRA QVAE TEMPORA DEBEAT APPELLARI.

NOV. XXIII.

IMP. Iustinianus Aug. Tribuniano Illustri Magistro officior. & Quæstori Sacri Palatij.

ANTERIORVM LEGVM acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hæc circa appellatio 2. q. 6. c. 27.

lationes facientes, & in præsenti ad huiusmodi beneficium peruenire duximus esse necessarium. Antiquitati etenim cautum erat, vt si quis per se litem exercuerit, & fuerit condemnatus; intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet: sin autem per procuratorem causa ventilata sit; & in triduũ proximũ eam extendi. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc satis esse dãnosum. plures enim homines ignaros legum subtilitatis, & putantes in triduũ esse prouocationes porrigendas, in promptum periculũ incidisse, & biduo transacto causas perdidisse. Vnde necessarium duximus huiusmodi rei cõpetenter mederi. Et sanctimus omnes appellationes siue per se, siue per procuratores, seu per defensores, vel curatores, & tutores vẽtilentur; posse intra decem dierum spatium a recitatione sententiæ numerandum, iudicibus ab his quorum interest, offerri siue magni, siue minores

I.

nores sunt; excepta videlicet sublimissima Prætoriana Præfectura. Vt liceat homini intra id spatiũ plenissime deliberare siue appellandum ei sit, siue quiescendum: ne timore instãte opus appellatorium frequentetur. Sed sit omnib. inspectionis copia, quæ & indiscussos hominum calores potest refrenare. Ad hæc II.
sanctimus, si quando lis sperator in nostrũ inferri consistorium: si forte contigerit imperatoriam maiestatẽ occupatam publicis causis ex mũdanis prouisionibus nõ posse cõuocare patres, quatenus causa agitetur: non ex hoc litẽ periclitari. Quod enim vitium est litigantium, si culmen imperatoriũ occupetur? vel quis tantæ est auctoritatis, vt nolentẽ principẽ possit ad conuocandos patres ceterosq. proceres coartare: Sed si quid tale euenerit: causa intacta permaneat; donec Imperator sua spõte motus & cõuocari proceres iusserit, & litẽ inferri patiatur, & omnia secundum

III. dum morem procedere. Illud etiã in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, nouitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetustatis auctoritas ita magistratus digesserit, vt alij maiores, alij medij, alij minores sint: & appellationes a minorib. iudicib. non solum ad maximos iudices remitterentur, sed ad Spectabilium iudicum tribunal; quatenus & ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent; nouitas autem hoc dereliquerit: euenit, vt super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur; & homines propter minimas causas magnis fatigẽtur dispẽdijs: vt forsitan totius litis æstimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret. Ideoq. sanctimus, si quando ex Aegyptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraque Libya prouocatio speratur vsq. ad decem librarum auri quantitatem: non in hanc Regiam vrbem eam venire; sed ad Præfectum Augustalem, qui audiat, & causam dirimat vice sacri

cri cognitoris, nulla ei post definitiuam sententiam appellatione porrigenda. Similiq. modo quotiens in Asiana diœcesi, vel Pontica tale aliquid emerserit vsq. ad prædictã quãtitatem decẽ librar. auri; appellationes ad viros Spectabiles Comites forte, vel Proconsules, vel Prætores, vel Moderatores; quibus specialiter easdem lites peragendas deputauimus, remittantur. Quatenus & hi ad similitudinem Præfecti Augustalis vice sacri cognitoris intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, dei tamen & legum timore perferant decidendas. Orientalem autem tractũ causas appellatione suspẽsas, & vsq. ad decem librarum auri quãtitatem limitatas ad virum Spectabilem Comitem Oriẽtis mittere simili modo audientiam & finem eis impositurũ.

Illo videlicet obseruando, vt viri Spectabiles Duces, vel alij Spectabiles iudices n ad alios eadẽ spectabilitate decoratos iudices suas transmit

tant appellationes in litib. quantæcumq. sint quantitatis. cum nō oporteat ad compares iudices appellationes referri: sed a minore iudicio in maius tribunal ascendere. Sed ad Illustrisimam Præfecturam illorum appellationes, cuiuscumq. sint quantitatis, vt dictū est dirigātur. qui vna cum viro excelso pro tempore Quæstore eas dirimat vtroq. officio subministrante, idest tam ex sacris scrinijs more solito, quam Præfectorio.

V. Ita tamen hæc sanctimus, vt nec a Ducibus vel alijs Spectabilibus iudicibus, quibus forte et si priuati sint imperialis maiestas causas iniunxerit, appellatio ad memoratos Spectabiles iudices currat: ne causa nō gradatim procedere, sed perperā videatur. Sed a Præsidib. quidem prouinciarum, & iudicibus a nobis datis si nō sint Spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel Illustres sint dati a nobis iudices, quib. apices dignitatū super spe-

ſpectabilitatem ſunt, vel Duces qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati, vel hi, qui a Principe delegati ſunt, Spectabilem habent dignitatẽ: eorum appellationes ſub quacumq. quãtitate in hanc regiã vrbem ad cõ petentes antiquo more iudices referuntur. Omnib. alijs quæ in appellationibus ſtatuta ſunt, vel ab antiqua proſopia, vel ab auctoritate anteriorum Conſtitutionum, vel a noſtra humanitate intactis illibatiſq. cuſtodiẽdis. DAT. III. NON. IAN. POST CONS. BILISARII.

XXIV. XXV. XXVI. XXVII.
* * * *

NOV. XXVIII.

DVORVM PONTORVM vnus ſit Præſes Moderatoris appellatione decorandus. et habeat ſub iuriſdictione ſua ciuitates tredecim, & nominetur prouincia Helenopontus. Amaſia autem & Neo cæſarea ciuitas ius metropolitanum 1.

& nomen habeant. Duarum autem istarum ciuitatum Episcopi in Constantinopolitana ciuitate consecrentur; & sint ipsi metropolitani, & municipiorũ suorum Episcopos singuli ipsi consecrent. Iste autem Moderator Iustinianus habeat & ciuile, & militare auxilium. Habeat & Adresponsum; & omnis cõdicio fiat ei subiecta nemine fieri præscriptione defendente. Sed & vtriusq. honoris id est & ciuilis & militaris capiat annonas concurrentes in septingentis & vigintiquinq. solidis. & apparitionẽ habeat vnam & publicos cursus. Item tributorum exactio ad periculum ipsius & apparitionis eius pertineant. Consiliarius autem Moderatoris capiat de publico septuaginta duos solidos; apparitio autẽ eius; quæ vna facta est ex ciuili & militari apparitione permixta capiat quadringentos quadraginta septem solidos & tremissem.

II. MODERATOR Helenopon-

ti

ti vicarios ſuos in eadem prouincia non mittat. Ipſe enim circuire ciuitates debet, & inſpicere eas, & ſi quid iniuſte fit hoc corrigere. Sed & ſi milites viderit non cõtentos eſſe publicis annonis, ſed damna ſubiectis facientes: refrenare debet: & ſi quid inlicite ceperint, repetere, & ſubiectis reſtituere. Et hoc non impediatur facere neq. diuina forma, neq. pragmatica ſanctione. Habeat autẽ apparitores centum. Nam qui Moderatoris honorẽ habent, inter Spectabiles iudices ſunt.

MODERATOR Helenopõ- III.
ti neminem concedat titulos imponere ruſticis prædijs vel ædibus alienie. Hoc enim proprium fiſci vel Cęſaris eſt. Quod ſi inueniat aliquem nomen alienis prædijs imponẽtem: titulos quidem inlicitos ſtatim tollat; perſcrutetur autem eum, qui titulos impoſuit. Et ſi quidem quaſi dominus impoſuit: titulos quidẽ inlicitos tollat; rebus autẽ illius, qui impoſuit,

publicos titulos imponat. Sin autẽ rer. procurator sit: titulos quidẽ tollat, illũ autem, qui imposuit siue procurator, siue dominus sit; tormentis acerbissimis subiciat. vt ex corporali coértione doceatur titulorũ impositionem fisci vel Cæsaris propriam esse. De prouocationibus autem Moderatori porrigendis eadem teneant iura, quæ de alijs Spectabilibus diximus.

NOV. XXIX.

MAGISTRATVS Paphlagõniæ vnus sit; & Prætor nominetur; & habeat duplicem potestatem idest tam Paphlagoniæ, quam Honoriados. et habeat centũ apparitores. De annonis autem eius & Consiliarij, & apparitionis eadem teneant, quæ superius de Moderatore Helenoponti diximus. Nam & de titulis non imponendis, & de prouocationib. iura eadem obseruantur. Idem est

ēst & de militibus. Honor autem eius Spectabilis est.

NOV. XXX.

PROCONSVL Cappadocię vindicare debet direpta vel vsurpata tamiaca prædia a quibusdā siue rustica siue vrbana nulla ei tēporali præscriptione opponēda. Tēporis enim prolixitas publico nō nocet. Inuigilare autē debet & tributorū exactionibus. Habeat autē in sua potestate omnes siue milites, siue scriniarios tā gloriosiss. Prępfecti Prætorij, quā fortissimi Magistri Militū; siue ciuile habeat officiū, siue tamiacum cingulū, siue dignitatem tam maiorē, quā minorem, siue sacerdos sit, siue aliud quodcūq. priuilegiū prætēdat. Diligenter autē obseruare debēt; vt canonicarij, qui ab Illustrissimo Prępposito mittuntur, nullū sentiāt lucrum ab aliqua persona: quamuis ex cōsuetudine aliquid accipere soliti essent.

NOV. XXXI.

I. HAEC CONSTITVTIO prius quidē narrat de duabus Armenijs quemadmodum administratæ sunt: deinde de tertia Armenia loquitur. Cuius Comiti septingētos solidos annonarū nomine dedit; & Consiliario eius septuaginta duos aureos, & apparationi eius sexaginta. Loquitur autem & de quarta Armenia, cui præerit * Martyropolitanā ciuitatem, & locum, qui Citharizon appellatur. et Præsidem eius Consularem esse iussit. Quattuor itaque Armenijs constitutis primæ quidem Armeniæ Proconsulem, & tertię Comitem inter Spectabiles viros fecit. Secundæ autem Armeniæ & quartæ magistratus ordinarios esse præcepit.

II. SI appellatio litis vsq. ad quingē-tos solidos pertinentis in secūda Armenia orta fuerit: ad Proconsulis audito-

ditorium primæ Armeniæ producatur. Sin autem in quarta Armeniæ similiter appellatio orta fuerit; in tertiam perducatur. De sacerdotibus autem, vel consecrationibus, vel de metropolitano iure Episcopor. nihil Constitutio innouauit. Tertiæ autem Armeniæ Comiti etiam milites subiecit, & iussit eũ audire & criminales causas militum, & legitimo calculo dirimere.

NOV. XXXII.

SI QVIS rustico mutuãuerit; terram eius in pignus accipere non audeat: vsuram autem sumere eum æquum est. Si quidem aridos fructus mutuauerit, octauã: sin autẽ solidos mutuauerit siliquam vnam annuam per singulos aureos capiat; donec scilicet totum, quod debetur, fuerit a debitore solutum.

NOV.

NOV. XXXIII.

VT NVLLVS MVTVANS AGRICOLAE TENEAT EIVS TERRAM.

IDEM A. Dominico V. Illustri P. P. per Illyricum.

PRAE auaritia creditorũ, qui angustia temporũ abutẽtes terrulas infeliciũ agrestiũ sibi adquirũt, pro pauco frumento omnẽ illorũ substãtiam retinẽtes, legẽ posuimus: quam primo quidẽ in Thraciã, & totas eius prouincias; in præsenti autẽ in Illyricianas patrias direximus. Cuius exẽplar subdi etiã præsenti lege præcepimus: vt ne priuati quidẽ homines putent legẽ contra se solummodo esse propositã; milites autẽ altiori nitentes fastigio legem contra se non esse prolatã existimẽt. Vt ergo & tua magnitudo sciat, quod cõmunis hæc

lex

lex posita est & prouincialibus, & militibus & omni cingulo nulla excusatione cuiquã cõpetente: ideo ad tuã sublimitatẽ præsentẽ legem destinauimus. Scituris militib. qui præsenti legi non esse obediendum existimãt; quod cingulo denudati inter priuatos habebuntur. pœnis quas in anteriore lege posuimus prius nihilominus subiugandi.

NOV. XXXIIII.

IDEM A. Agerutio † V. C. Præsidi Aemi montis. † Agerochio.

REM duram atque inhumanam, & quæ vltra omnem impietatem & auaritiam sit perspeximus lege saluberrima sanare, & communem omnibus deponere medicinã non tantum in præsenti necessitatis tẽpore, sed & in omni æuo futuro. Venit enim ad nostras aures quosdã in Mysia secunda prouincia quam administras,

ſtras, auide neceſsitate temporũ captata quoſdã fęneraticios feciſſe cõ tractus: & paucam mẽſuram fructuũ dantes terrulas eorum abſtraxiſſe. et ex hac cauſa quoſdam colonor. fugæ latebras petiſſe, alios fame eſſe necatos, & triſtiſsimam peſtem homines inuaſiſſe incurſione barbarica non minorem. Sanctimus itaq. omnes huiuſmodi creditores quantũcumq. vel tritici vel hordei, vel alia ſpecies, quæ in fructus aridos eſt, dederint; hoc reddito in præſenti cũ parte modij octaua pro ſingulo modio in vnoquoq. anno præſtanda terrulas colonis reſtituere. nemine penitus eorũ audente terrulas detinere ſub occaſione fæneraticiæ cautionis ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis credita ſunt contracta. Sin autem pecunias dedit: nihil amplius quam vnam ſiliquã pro ſingulo ſolido annuam præſtare.

Et hanc ſaluberrimam legem in omnes extendimus, ex præſenti quidem tempore initium accipientem,

in

in omne autem æuum modis omnibus obſeruandam. vt ſi quando fuerit vel triticum vel hordeum fœneratum, vel alij aridi fructus: creditores tam quod dederunt accipientes, quã pro vſuris octauam modij partem annuam pro ſingulis modijs, vel ſiliquã pro ſingulo ſolido. et ſecundum hũc modum in quantum fœnus permanſit percipientes ſiue terrulas, ſiue aliud pignus acceperint boues forte, vel pecora, vel mancipia: hæc modis omnibus reddere. et hanc legem cõmunem omnibus eſſe humanitate & pietate gaudentem, & omnib. egenis conſulentem, & creditorib. mediocre ſolatium afferentem. Hæc igitur quæ a nobis ſtatuta ſunt, claritas tua in omni prouincia, quæ tuo moderamine gubernatur, obſeruare feſtinet. Scituris omnibus creditoribus, quod ſi aliquid præter hæc commiſerint, & actione cadent, & cui fœnus ablatum eſt, hoc habebit ſolatiũ, vt ipſe quidem ſecurus degat, auarũ autem

autem creditorem videat in ſuis pecunijs patientem iacturam. DAT. XV. KAL. IVL. POST BILIS. V.C. CONS.

NOV. XXXV.

VIGINTI SEX adiutoribus Quæſtoris liceat in ſuos locos alios ſubſtituere idoneos tamen, & quos pro tempore Quæſtor elegerit propoſitis ſanctis euangelijs. Hi autem, qui fiunt in locũ eorum, qui ſuo loco ceciderunt; centum ſolidis præſtitis fiant. Iſtorum autem triũ graduum viri, ideſt ſcrinij memoriæ, & duorũ qui proximi futuri ſunt, quamuis non ſint ex viginti ſex adiutoribus; tamen licentiam habeant ſubrogare in ſuum locum. Habeant igitur ius vendendi militiam ſuam, ſed non vltra centum ſolidos, dummodo & is, qui ſubrogatur, electione Quæſtoris fiat. Prærogatiuas autem Cõſtitutio dat Theodoſio, & Epitheo, & Cy-

& Cyrillo, & Sabatio, & Protogeni. Illo videlicet obseruando vt si quis ex viginti & sex adiutorib. defunctus fuerit, heredes eius centum solidos dent; & electione Quæstoris militent. Sin autem liberi sint defuncti, hoc idem ius habeant: quamuis heredes parenti suo non extiterint.

XXXVI XXXVII.
* *

NOV. XXXIIX.

SI QVIS curialis condicionis cõ I.
stitutus sine liberis decesserit: nouem quidem vnciæ substantiæ eius ad curiam ciuitatis perueniant; tres autem vncias cui voluerit relinquat.

Sin autem liberos quidẽ habuerit; éos autem ex concubina procreauerit: liceat ei eos scribere heredes cũ curiali grauamine; vt & videãtur ex legitimo matrimonio suscepti fuisse; quem

quemadmodum si viuus naturalis pater huiusmodi liberos suos in curiã ciuitatis dedisset. nulla discretione habita vtrum in solidum heredes eos scripserit, an pro parte: dum tamen non minus nouem vncijs habeant. Quod si quidam ex naturalibus liberis curialem cõdicionem repudiauerint; nec ad hereditatem admittãtur: sed partes eorum adcrescant his, qui curiales esse nõ dedignãtur. Sin autẽ omnes liberi eius naturales curiales esse voluerint: nouẽ vnciæ derelictæ eis modis omnib. curiæ ciuitatis vindicentur. Hæc si testamento facto curialis testator decesserit.

II. SIN autem intestatus defunctus est: nouem quidem vnciæ eius curiæ ciuitatis ipsius deferantur; tres autẽ residuæ vnciæ cognationi eius competant. Quod si naturales similiter filios dereliquerit: hi qui voluerint curiæ ciuitatis sese adnumerari; consequens est nouem vncias legem ad eos reuoluere. Eadem teneant iura,

& si

& si quis ex ancilla sua filios habue rit, eosq. vel viuus in curiam dederit, vel in testamẽto suo heredes instituerit cũ curiali grauamine. Nã & his eadem obseruari decet, quæ diximus in filijs naturalibus, qui ex libera cõcubina nati sunt. Quod si eos pater naturalis manumisit tantum, & non in curiam dedit; illi autẽ vel omnes vel quidam ex his curiæ muneribus subici volunt: necesse est eos, qui curiales fieri parati sunt, nouem vncias capere. Sed & si vnus solus ex his curialem cõdicionem admittit: ipse solus & nouẽ vncias habeat in potestatem. Quod si nemo eor. curialis vel a patre factus est, vel fieri paratus est: nouem vnciæ curiæ competant ciuitatis. Hæc de naturalib. liberis.

SIN autẽ legitimos filios vel nepotes ex filijs curialis homo reliquerit: tũc nouem vnciæ inter omnes distribuantur; quemadmodum parens disposuerit. Ita tamen vt iura de inofficioso testamento querellæ vni. III.

cuiq.liberorũ integra cuſtodiãtur.ni ſi forte ingratitudinis allegatio recla mauerit. Gratis enim tantũmodo li beris nouẽ vncias dari Cõſtitutio iu bet. Et vnuſquiſq. eorũ curialia mu nera ſubeat ſecundũ magnitudinem partis,quã lucratus eſt. ceterę autem tres vnciæ ad eos perueniant,quibus eas præſtari defunctus voluerit.

IIII. QVOD ſi filias vel neptes curia lis homo reliquerit:ſi quidem omnes curialib. maritis coniunctæ ſunt;ne ceſſe eſt omnibus nouẽ vncias dari, quemadmodum a parente diſtributę fuerint:ita tamẽ vt ſingulæ nõ minorem partẽ habeant legitimo modo. Quod ſi quædã ex his curiales maritos habeãt,quædã non;nouem quidẽ vnciæ diſtribuantur inter eas,quę curialib. maritis cõiunctæ ſunt:tres autẽ vnciæ præſtentur his, quæ nõ ſunt curialibus maritis cõiunctæ,dum tamen ſingulæ legitimũ habeãt modũ. Sin autem nõdum nuptæ ſunt:liceat parenti ſub condicione eas in nouẽ vncias

vncias heredes ſcribere, ſi eiuſdem ciuitatis curialibus coniungantur. Quod ſi talem condicionem cõtempſerit: nouem quidem vnciæ curiæ ciuitatis addicantur: tres autẽ reſiduæ vnciæ inter filias vel neptes defuncti diſtribuantur.

QVOD ſi quis curialis & filios, & nepotes, & filias vel neptes dereliquerit: maſculi quidẽ curiales dimidiam portionem ſubſtantiæ capiãt: filiæ autem ſi quidem curialib. maritis coniunctæ ſunt, reliquam dimidiam portionem accipiant. Sin autem curialibus nuptæ non ſunt: tres quidem vncias ipſæ filiæ habeant: aliæ autem tres vnciæ fratribus earum adcreſcant. V.

SI quis curialis cõdicionis cõſtitutus tamiacę vel murilegulę, vel comitiacę mulieri cõiungatur: filij, qui ex hoc matrimonio nati fuerint, patris condicionem ſequantur. Iubet autem Conſtitutio vim ac poteſtatem ſuam ad ea quoque facta porrigi; VI.

quæ ante quam edatur, contigerint. nisi forte quidã liberati sunt a curiali condicione per tamiacam, vel murilegulam, vel comitiacam matrem. Eos enim liberos permanere præcepit, excepto Theodosio & fratribus eius, & liberis Ioannis, qui Exiscõ vocatur. Hi enim quamuis ante Constitutionis editionem curialis constituti condicionis per tamiacam matrem liberati sunt: nihilominus curiales permaneant. nullo rescripto, nulla opitulatione potituri ad effugienda curialia munera. Hæc autẽ Constitutio data est mense Martio indictione decima.

NOV. XXXVIIII.

1. SI QVIS vnũ ex liberis heredẽ instituerit, idest filiũ vel filiã, vel nepotẽ, vel neptẽ & deinceps siue quosdã ex his siue omnes simul; & rogauerit eos vt tempore quo moriãtur, vel postquam mortui fuerint, alijs restituant

tuãt hereditatẽ: primum quidem vni cuiq. eorum legis Falcidiæ modus in principio deducatur, & nõ ſupponatur fideicommiſſi grauamini. ceteras autem partes fideicõmiſſario reſtituant integras. Ita tamẽ, vt ſi propter nuptias donationem vxori vel dotem marito dare maluerit perſona fideicommiſſo grauata: liceat ei hoc facere etiam ex alijs rebus, quæ fideicommiſſo ſuppoſitæ ſunt; & reliquas res tãtum fideicommiſſario cogatur reſtituere. Hæc autem Conſtitutio non habet locum in præteritis ſubſtitutionibus ſeu reſtitutionibus, ſed magis in futuris caſibus.

Nullum autem augmentum dotibus vel propter nuptias donationibus fiat ad inſidias ſubſtitutionis ſeu reſtitutionis. Nam & ſi quid callide perpetratum fuerit; nihilominus reſtitutio fideicommiſſi integra manebit, poſt deductionem ſcilicet Falcidiæ legitimæ partis. Hoc autem, quod de Falcidiæ deductione Conſti

tutio loquitur, in liberis locũ habet; quibus & pars Falcidiæ debetur. Quod si heres instituitus ex liberis nõ sit; contentus esse debet deductione dotis, vel propter nuptias donationis; & reliquas res hereditarias fidei commissario restituere. Dotem autem vel propter nuptias donationem dari lex præcipit honestã, idest neque satis modicam, vt sit dedecus heredi; neque satis immodicam, vt sit graue fideicommissario: sed medietatis cuiusdam moderatione moderatam.

II. SI mulier defuncto marito ante quam annus legitimus transeat, ad secundas quidẽ nuptias nõ migrauerit; more autem meretricũ ab aliquo stuprata cõceperit, & peperit; vt sit clarum in quod natum est ex defuncto marito non esse: easdem pœnas patiatur, quas ex superiore Constitutione patitur ea, quæ ante tempus legitimum secundas nuptias contraxerit. Ideoque & ante nuptias donatio

tione cãreat, vt nec tantũ habeat ius vtẽdi fruẽdi; alijsq. pœnis antefatis subiciatur; & sit stupri quoque crimi nis obnoxia. Peius etenim est stuprari, quam secundas nuptias mulieres ante legitimum tempus contrahere.

NOV. XL.

*

NOV. XLI.

HAEC CONSTITVTIO quendam virum magnificũ Bonum nomine Quæstorem exercitus fecit. Nam & more antiquo duplex erat Quæstorum magistratus. Et vnus quidem circa latus principis erat; alter autem Quæstor exercitui præerat. Disposuit autem præsens Constitutio etiam annonas Quæstoris, & consiliarij eius. apparitionem quoq. ei dedit ad imitationem quandam Præfecti Prætorio, idest;

scriniarium, & ab actis,& præcones, & commẽtarienses, & lampadarios, & omnem deinceps ordinem. Sed annonas militum tam commentariẽsium,quam limitatensium disposuit, quomodo distribui debeant. Subiecit autem ei quinq. prouincias, idest Scythiam;& Mysiam;& Cariam;& omnes Cycladas insulas;& Cyprum, & Cretam. Causarum quoq. auditorium habere concessit;vt non obiciatur ei fori præscriptio. Subiunxit autem & notitiam impensarum. Et est promulgata hæc Cõstitutio data K. IVN. CP. BILIS. COS.

NOV. XLII.

HAEC CONSTITVTIO confirmat sanctissimas synodos & monachorum auctoritatem. Anthimum autem & Petrum & Seuerũ & Zooram ab Episcoporum numero expellit. Prohibetq. eos in CP. ciuitatem, vel aliam magnam ciuitatem

conuersari. Minatur etiam si quis Seueri libros habeat, eosq. ignibus nō tradat seueriſsimas pœnas. Nam & manº ſucciſionē ſuſtinere iubet eos, qui libros eius ſcribere auſi fuerint.

NOV. XLIII.

*

NOV. XLIV.

TABELLIONES ipſi per ſe conueniant cū eis, qui inſtrumenta quædam cōponere volunt: & non aliter chartam complere audeant, niſi cauſam cognoſcant. vt interrogati a iudicib. reſpōdeant, qualis eſſet cauſa propter quam inſtrumenta compoſuerunt, & maxime ſi litterarum imperiti fuerint hi, qui inſtrumenta fieri deſiderauerunt. Hoc autem obtineat tam in C P. ciuitate, quam in alijs prouincijs. Pœnam autē Conſtitutio definit aduerſus eos tabelliones, qui aliter fecerint, ſtationum amiſſio- I.

missionem.ita vt si discipulus eorum visus fuerit dignus ad instrumẽti cõpositionem;ipse habeat ius stationis.

Quod si indignꝰ sit discipulus auctoritatẽ stationis cõmitti:prior quidem tabellio modis omnib. remoueatur; alius autẽ pro eo dignus stationẽ accipiat.ita tamẽ vt nullũ sentiat damnũ dominus stationis, sed habeat reditus integros. Tabellio autẽ amittat ius stationis, quia dedignatus est conuenire cum eis, qui instrumenta cõponi sibi desiderauerunt. Nullã autem excusationẽ habeãt tabelliones morbi vel occupationis.duorum enim alterum necesse est, vel causas eos cognoscere,& instrumenta earũ facere vel si ignorẽt,nec facere. In C P.autẽ ciuitate liberã habeant facultatẽ omnes tabelliones vnum tabellionem apud Magistrũ Cẽsus prę ponere, & licentiã ei dare facere instrumenta desiderantibus in eorũ statione;& in absoluendis instrumentis venire,et nulli alij licentiam esse hoc face

facere, nisi ei, qui a tabellionibus prę positus est apud Magistrũ Census, sicut iam diximus. Ceterum si aliter obseruatum fuerit; ea pœna tabellionib. immineat, quam superius diximus. Instrumentum autem propter hoc solum nõ sit irritum; sed vtilitatis contrahentium causa valeat.

TABELLIONES non scribant instrumenta in alijs chartis, quam in his, quæ protocolla habent. vt tamen protocollum tale sit, quod habeat nomen glorioſissimi Comitis Largitionum, & tempus quo charta facta est: alioquin si alias scripturas charta habeat, nõ admittant eam tabelliones. Hoc autem ius teneat in sola C P. ciuitate. Quod si aduersus ea fecerint; pœnæ falsitatis subiciantur. II.

NOV. XLV.

NEQ. IVDAEVS, neque Samaritanus, neq. quiuis hæreticus curiæ I.

curiæ muneribus excipiatur propter hoc solum, quod catholicæ fidei non est. Sed & munera curialia subeat, & nullo honore curiali potiatur. Nam curiales habent quædam priuilegia veluti vt tormentis nõ subiciãtur, vt non ab alia in aliam prouinciam retrahantur. Et in summa qui contra fidem catholicam sentit, munera quidem curialia subeat; honórem autem vel priuilegium nullum habeat.

II. SI hæreticus contra hæreticum litiget: liceat cuiuis eorum hæreticũ testem adducere. Sin autem orthodoxus contra hæreticum litiget: pro orthodoxo quidẽ etiam hæretici testimonium valeat; contra orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium valeat. Orthodoxis autem litigantibus ad testimonium nulli hæretico pateat aditus. Interdum autem etiam aduersus orthodoxum hæretici testimonium probabile est; quod contingit, si orthodoxus

2.q.7.c. 26.

in

in curialem condicionem trahatur: tunc enim hæreticus aduersus eum recte testis producitur; vt dicat se scire eum curialem esse, vel ex curiali patre genitum.

NOV. XLVI.

HAEC CONSTITVTIO facit subdiuisionem in ea Cõstitutione, quæ de rebus immobilibus ad sancta loca pertinentibus loquitur. Ait enim si ecclesia vel alius sacratissimus locus publicum debitũ debeat, veluti tributa; & non habeat, vnde solutionem pecuniæ faciat: cõuenire omnes in vnum tam clerum, quam religiosum Episcopum ipsius ciuitatis, & a metropolitanis sanctis scripturis propositis rem disceptari. Et si nullę alię opes inueniantur sine alienatione ecclesiastici prædij: tũc decreto apud Præsidẽ prouinciæ celebrato alienatio prædij ad locũ venerabilem pertinentis fiat. ita tamen

vt

vt emptor pretium tributorũ exactoribus soluat; & ab eis apochas recipiat; & in fisci locum succedat; & monumentum plenissimum habeat, & non timeat anteriores leges. Eos autem, qui distraxerunt, operam dare oportet; vt postquam ipsi actis interueniẽtibus deposuerint se iure distraxisse, etiã apochas tributorũ intimare; vt & ecclesia securitatem habeat de pecunijs tributorũ nomine fisco solutis, omni circũuentione & simulatione pro infecta habenda. Ideo enim & decreti celebratio permissa est; vt etiam publicum manifestetur ex quot annis collectũ est; & quemadmodũ nõ potuerũt Oeconomi pecuniã soluere; sed in necessitatẽ alienationis venerũt. Hæc autẽ omnia procedere debent propositis sanctis euãgelijs. Sin autẽ priuatus sit, cui venerabilis locus pecuniã debeat: ipsam immobilẽ possessionem creditor pro soluto accipiat. dum modo addictio ita fiat, vt debitam pecuniam non ex-

cedat

cedat, scilicet & in hoc casu decreti celebratione interueniente. Huius autem Constitutionis subdiuisione excepta est magna ecclesia C P. ciuitatis,& sancta oratoria,quorum ipsa curam agit. sed etiam omnia monasteria, quæ eidē sanctæ magnæ ecclesiæ suppositæ sunt.

NOV. XLVII.

PVBLICA monumenta tam ea, quæ in iudicijs cōficiuntur, quam ea,quę apud Magistrum Census siue apud Defensores consistunt: instrumenta etiam, quæ tabelliones sub qualicumq. figura conficiciunt tam in C P. ciuitate, quam in prouincijs. Hæc omnia huiusmodi initium totius scripturæ suæ habeant: IMPERANTE ILLO DIVO AVGVSTO ANNO ILLO:& post hoc inserant quoque Consulis appellationem,& omnem veterē obseruationē instrumentorū custodiāt. I.

et si

etsi forte tempora quoq. ciuitatū prouincialium instrumētis scribi solitū est; ea consueto more scribātur. Huius autem iuris præceptio a prima In dictione incipiat.

II. QVI scribunt tempora in monumentis publicis non vtantur litteris illis veteribus & obscuris : sed per Græcas litteras tempora scribātur, si monumenta Græce cōposita sunt. Sin autem Latine monumenta confecta fuerint; Latinis quidem litteris tempora scribantur; sed claris litteris, & quas potest quicūq. litteratus Latinus cognoscere.

NOV. XLVIII.

SI QVIS sua manu conscripserit, vel alterius manui subscripserit siue in suo testamento, siue sine testamento in quauis chartula; & modum substātiæ suæ declarauerit: idq. fecerit heredib. suis omnib. præsentibus vel omnib. absentibus, vel quibus-

buſdam ex his abſentibus, quibuſdã præſentibus: nõ liceat heredibus eius talem ſcripturam recuſare; nec dicere, quod vnus ex coheredibus res quaſdã a teſtatore relictas ſubripuit, & cælauit. Si enim teſtator cũ ſacra mẽto expreſſerit nihil aliud ſibi ſuper eſſe extra ea, quę in prędata ſcriptura continentur; neceſſe habeãt heredes ſcripturam eius ſequi ſiue liberi eius ſint, ſiue extranei. neq. ſerui heredita rij tormentis ſubiciantur, neque vlla alia probatione veritas exquiratur.

Hoc autẽ totum ius pertinet ad heredes. nam creditoribus nullum præiudicium faciet vox teſtatoris eiuſdemq. debitoris. Licet enim creditoribus omnia perſcrutari, & veritatem exquirere, & ſuo commodo vti. Sed heredes neceſſe eſt ſequi ea, quę teſtator dixerit, ſcripſerit, vel ſubſcripſerit; vel ſubſtantiã ſuam quocum q. modo declarauerit. Ceterum ſi vocem teſtatoris reprobant: etiam hereditatem eius amittant. Quod non

solum in futuris casibus, sed etiam adhuc in causis pendentibus teneat.

NOV. XLIX.

1. SI QVIS aduersus sententiam iudicis prouocauerit; & iudicio appellationibus destinato præsto non fuerit: liceat litigatori aduersario eius intrare in iudiciũ, in quo prouocatio exerceri debeat intra bienniũ tamẽ, & vt vnus verbi gratia mensis superſit; & dicat suas allegationes iudicibus etiã absente eo, qui prouocauit. Iudices autẽ nõ omnimodo pro eo, qui præsto est, sententiã dicãt: sed interdũ etiam pro absente, ideſt pro eo qui prouocauit, iudices victricem calculũ ferant, scilicet si bonam causam habeat. Ne autẽ absentia eius impunita relinquatur: omnimodo prouocationis impensas aduersario suo præstet siue vicerit, siue victus fuerit. Quod si vtriq. postquam statuti dies legibus intrauerint, in absentia fue-

fuerint: maneat prior sententia. Cetera autẽ iura, quæ de apppellationibus posita sunt in suo permaneãt statu. nam hæc Constitutio de his loquitur, qui in absentia fuerint, postquã statuti dies intrauerint.

ESTquædam Cõstitutio in quarto libro Codicis posita, qua cauetur, vt si de fide litterarũ dubitatio emerserit: comparatio earũ fiat ex instrumento publico, quod per tabellionẽ factum est. Vnde quæstio emersit ex causa cuiusdam, quæ erat talis. Quidam proferebat chartulã sine tabellione cõpositam, & ex ea intentiones suas probabat: sed aduersarius eiusdem manus aliam chartulam sine tabellione compositam proferebat, & suas allegationes cõfirmabat. Sed alter ex litigatoribus dicebat ei litteras chartulæ scriptas eiusdem manu non esse: ideoq. comparationẽ fieri litterarum ex publico instrumento exigebat. Ille autem dicebat suffice recõparationẽ fieri cũ ea chartula, II.

quam ipse producebat aduersarius. Sed ex contrario ei respondebatur illam chartulam sine tabellione compositam esse. Quærebatur, quid iuris sit? Et noster Imperator cõstituit in hoc casu etiam ex chartula sine tabellione composita recte fieri cõparationem litterarum. ipse enim, qui tale instrumentum produxit, fidem eius probasse primus intelligitur. Fiant autem cõparationes ex publicis scrinijs; veluti si apocha prolata fuerit a mensa glorioſissimi Præfecti Prætorio. Sed & quod ex publicis monumentis prolatum fuerit; hoc quoq. idoneum videtur ad comparationem. quippe cum publico testimonio confirmetur. Omnes autem litterarum comparatores prius sacramentum præstent; & tunc deinde faciant comparationes.

III. OMNES litigatores postquam iusiurãdum de calumnia iurauerint; hoc quoq. iuriiurando suo addent, quia nõ dilationis nec calumniæ causa,

sa,nec vexandi aduersarij gratia pro bationes in tota causa ab aduersario suo exigant. Nã antea in vnoquoq. capitulo litis si litigator ab aduersario suo probationes exegisset, iurare cogebatur,quod non calumniæ causa probationes exegit. Erat autem grauissimum in vna causa complura sacramenta præstare.ideoque vnum iusiurandum sufficiat.

NOV. L.

*

NOV. LI.

ERANT quidam impij homines, qui mulieres miseras in scenam prodire coartantes iusiurandum ab eisdem mulieribus exigebant, quod numquam meretrices esse desinent. Hoc autẽ & crudele & a pietate procul nostro Principi visum est. ideoq. constituit,vt liceat meretricibus honestiorem vitam eligere sine aliqua

pœna, sine aliquo timore; quamuis iuratoriam cautionem exposuerunt. Hi autem, qui tale iusiurandum exegerunt, & cõtra castitatem operam suam dedere: pœnæ nomine decem libras auri persoluant isdem meretricibus, quæ sacramenta dederunt. Pœna autem decem librarum officio Præsidis efflagitetur. Quod si Præses neglexerit: de suo patrimonio pœnam præstare cogatur, & magistratu sibi commisso cadat. et non solum mulieribus, sed etiam heredibus & alijs successoribus earum pœna soluatur. Hoc si priuatus sit, qui sacramentum a meretrice exegerit. Sin autem ipse Præses sacramentum a meretrice exegerit: teneatur quidem eadem pœna; sed exactio pecuniæ fiat officio militaris iudicis, scilicet si talis iudex in illis locis fuerit. Quod si militaris nemo fuerit iudex: metropolitanæ ciuitatis Episcopus pœnam exigat; cui & vicinæ prouinciæ Præses fauere de-

re debet forsitan maiori imperio decoratus.

NOV. LII.

SI QVIS in aliqua ciuitate vel vico debitores habuerit: posteaq. alios homines ex eadem ciuitate vel vico in alia ciuitate vel in alio vico vel nundinarum gratia degentes in uenerit: non audeat eos vel res eorum tenere; vel alieni debiti nomine pecuniam ab his exigere; vel pignora ab his extorquere. Nam si quid tale fecerit: omne quod inciuiliter exegerit, in quadruplum reddere compellitur ei, qui iniuriam passus est. Sed & si quam actionem aduersus debitorem suum habeat, eam quoque amittat. Hæc autem obseruare decet cura & diligentia Præsidum; quib. grauissimæ pœnæ imminebunt, si præcepta saluberrima præsentis Constitutionis neglexerint. I.

II. SI quis Imperatori donare voluerit: sufficiat ei ad perfectam donationem instrumentum liberalitatis modum continens. et non cogatur huiusmodi donationis instrumentum publicis monumentis intimare; quãuis quingentorum aureorum quantitatem donatio facta excedat. Nam nec Imperatoris donatio in priuatã personam facta publicis monumentis indiget.

NOV. LIII.

I. SI QVIS ex diuina iussione in scriptis habita, vel ex calculo magistratus aliquem conuenerit; vt in alijs locis exhibeat, aut sistat; ideoq. & cautionem ab eo exegerit, quod intra certum tempus in iudicium destinatum venturus sit; posteaq. tempus quidem certum transactum fuerit, & is quidem, qui cautionẽ expossuit, præsto sit; aduersarius autẽ eius, ideſt actor, absit; & decem dies post certũ tem-

tempus transierint: liceat reo præsenti absente actore intrare apud iudicem, & docere suam præsentiam & actoris absentiam; & statim obseruatione iudicij absoluatur. ita tamẽ vt sacramentum præstet de impensis, quas impendit tam in profectione, quam in peregrinatione sua: & in tãta quantitate iudex actorem cõdemnet. Cum autem soleant exsecutores litium etiam ab actoribus cautionem exigere, quod omnimodo peragant intentiones suas; sin autem non peregerint, quod pœnæ nomine certos aureos præstaturi sunt: iubet Cõstitutio calumniam passo primũ quidem pœnam cautionis ab actore præstari; deinde si quid plus sit in impensis, quas reus frustra fecerit: hoc calculo iudicis eidem reo præstetur. sacramento tamen eius legitima taxatione moderato. Hæc enim si ita custodiantur: iam desinent homines in alienam vitam ludere; & ideo in locis competentibus hac pœna perterriti

territi litigabunt.

II. SOLENT actores, qui in CP. ciuitate homines trahere volũt; quos obnoxios sibi dicunt, fideiussores dare; & pœnam promittere peragẽdi litigij causa, & quod omnibus modis vincant: & sic permittitur a prouincia in vrbem imperialem quos sibi reos esse putant, abstrahere. Cum autem ab alia prouincia in aliã prouinciam exhiberi reos actores desiderabant: sine fideiusione hoc impetrabant. Sed noster Imperator hac promulgatione constituit; vt neq. ab alia prouincia in aliã exhibitio reorum sine fideiusione fiat; & neq. per magistratus amplissimos, neque per glorioſissimũ Quęstorẽ ex persona principis aliquid tale rescriberetur. idest vt sine fideiusione actoris reorum exhibitio ab alia in aliã prouinciam fiat. Immo magis debet cõtrarium dictari; idest vt nõ aliter fiat exhibitio rei, quam si actor fideiussores præstiterit promittentes, quod omni

mo-

modo peragat causam ac vincat: alioquin quod pœnę nomine tot aurei præstabuntur. Nam his eo modo ordinatis si actor nō peregerit causam, vel peragens nō obtinuerit: cōmittitur aduersus eum pœna, & aduersus fideiussores eius; & reo præstabitur.

Si quid autē vltra quantitatē pœnalem exhibitionis occasione reus imperderit: hoc ei iurāti dari æquū est sacramento ipsius antea moderato per legitimam taxationē sicut in prę cedenti capitulo diximus.

III.

SI quis ex sentētia iudicis admonitus fuerit: habeat post admonitionem viginti dierum spatiū; vt liceat reo vel recusare iudicem, vel alium quoq. petere, vt simul ambo iudicēt; vel forte id quod debet cōfiteri intra prædictos viginti dies. Postquam autem libellum accusationis excepe rit; personales præstet fideiusiones; & sportulas det Constitutioni nostri Principis cognitas. Subscribat autē & cōtradictionis libellū; tēpus quoq. & diem

diem ſcribere eum oportet, quo libellum accuſationis excepit. Cum autem litis conteſtatio fiat; interrogari debet a iudice, ſi tranſierunt viginti dies deliberationis. Hoc autem cõſideretur ex ſubſcriptione eius, quã in libello inſeruit. Nam intra viginti dies litis conteſtatio facta nullius momenti eſt. Si quis autem iudicem recuſauerit, & alium pro eo petierit; eumq. iterum recuſare maluerit, quem ſibi iudicem petijt: non audiatur.

IV. SI quis iuratus promiſerit obſeruaturum ſe in iudicio: deinde ante litis conteſtationem imperialem vrbẽ reliquerit, & duxerit ſe in aliam partem: liceat actori & nondum litis cõteſtatione facta adire iudicem, & docere tergiuerſationem rei. Et ſi quidem inter magiſtratus ſit iudex: iubeat omnimodo reum in iudiciũ deduci. Sin autẽ inter magiſtratus nõ ſit; ſed ſit iudex datus ab aliqua poteſtate; vel etiã ab imperiali iuſsione:

refe

referat hoc ipsum, vt ducatur reus iussu magistratus, qui eum iudicem esse destinauit. Præfiniatur autem certus dies, intra quem si non venerit reus; & causæ disceptatio fiat etiã eodem reo absente; & in possessionẽ rerum eius actor mittatur; & in tantum ius pignoris habeat, quantus est debitæ quantitatis modus. Et postquam in possessionem rei actor fuerit missus: non aliter reus eam accipiat, nisi omnia damna, quæ contigerunt actori, resarcierit; & dederit fideiussores, quod omnimodo actoris intentionem excepturus sit siue per se, siue per legitimã personã. Hæc ita sint, nisi forte ex iusta causa & in excusabili reus in absentia fuerit.

V. SI quis casu militauerit, & non soluendo decesserit: casus militiæ eius, quod scholaplacitum a quibusdam vocatur, non temere creditoribus concedatur. Etenim si quis ad hoc ipsum, vt militaret, defuncto mutuauerit: ipse etiã scholaplacito fruatur

tur inope debitore defuncto. Sin autem liberi & vxor a defuncto derelicti sunt: adeant Principē, & accipiāt eundē militię casum; quāuis heredes defuncto nō extiterint. Sin autem neq. liberos, neq. vxorē dereliquerit: tunc etiā ceteris creditoribus casus militię subiciatur. exceptis videlicet Spectabilibus viris Silētiarijs, quorū prærogatiuas proprias in eadem firmitate durare Constitutio iubet.

VI. DIXIMVS in superioribus mulierē sine dote nuptā, & sine causa repudiatā a marito, quartā partē substantiæ eius cōsequi oportere vsq. ad centum libras auri: hoc ipsum constituimus, idest vt quartā partē mulier capiat defuncto marito siue cōplures liberos habeat, siue nō. Illud autem certū est, quod mulier siue mobiles siue immobiles res habeat suas proprias, omnimodo eas sine deminutione deducere poterit. Hæc autem omnia intelligi debent, si mulier idoneas facultates nō habeat. Nam si

inops

inops nõ sit, neq. dotẽ dedit: grauare liberos defuncti quartæ partis exactione nõ debet. Nam nec maritus, qui nullã donationẽ propter nuptias dedit, aliquid ex subitãtia vxoris suæ lucrabitur: nisi forte legatũ ei relictũ est a muliere, vel mulieri a marito. hoc enim quod relictũ est, omnimodo capiat, siue inops sit, siue non. Quod si inopi cõstitutę mulieri maritus legatum reliquerit minoris quantitatis, quã portio quarta faciat: suppleatur id, quod ei deerit.

NOV. LIV.

CONSTITVTIO est Imperatoris nostri in vndecimo libro Codicis posita, quę iubet eũ, qui ex libera matre & adscripticio patre natus est, ingenuum esse. Eam igitur Constitutionem prẽsens promulgatio iubet obtinere in his tantũmodo casibus, qui post Constitutionem illam contigerunt: qui antea emerserunt, antiquo iure dirimantur. I.

SI

1. SI ecclesia cum ecclesia, vel ptochium cum ptochio, vel ecclesia cum ptochio, vel monasterium cum alio monasterio, & vt simpliciter dixerim, si venerabilis locus cum alio loco venerabili rerum immobilium permutationem facere maluerit; hæcque fieri profit vtrique loco: liceat primatibus eius permutare, decreto tamen prius celebrando cum omni subtilitate & iureiurãdo apud locorum metropolitanos rei disceptatione procedente. Vt ipse delibe ret, an ambabus partibus profit permutatio rerum immobilium: & non indigeat res speciali diuina ptagma tica forma. Huius autem legis exci piatur licentia magna C P. ciuitatis ecclesia. Nullã enim rem immobilẽ alienare permittitur, quemadmodũ antea non permittebatur.

NOV. LV.

LICEAT ecclesijs & alijs venera bilibus locis perpetuos inter se con

contractus emphyteuseos facere, de creto scilicet antea celebrato: dum tamen ita fiat emphyteusis, vt ad priuatam personam omnino non extendatur. Sed huius legis licentia excipiatur magna C P. ecclesia, quemadmodum in anteriorib. Constitutionibus.

NOV. LVI.

SI QVIS in C P. ciuitate fuerit factus clericus: si quidem magnæ ecclesiæ clericus sit; emphanistica præstet, quæ ex consuetudine præstari oportet. Sin autem alterius oratorij clericus fuerit; nihil ab eo emphanisticorũ nomine exigatur. Et si quis ab eo exegerit: ipse quidem, qui exegit, amittat statũ clericatus quẽ habet; is autẽ, a quo exactũ est, gradũ exactoris obtineat. Hæc autem omnia defensores ecclesiæ custodire debent: qui si neglexerint, decem librarum auri solutione multentur.

NOV. LVII.

1. SI CLERICI ab ecclesijs suis destiterint: alios clericos in locum eorum subrogari oportet. scilicet vt & annonas, & dona ecclesiastica, quæ illis destitutoribus præstabãtur, accipiant: & si postea destitutores redierint, nihil eis prẽstetur. quia annonæ eorum & dona alijs clericis pro ipsis subrogatis prẽstita sunt. Omnib. enim modis subrogatis clericis annonas eorũ præstari decet. Nã neq. destitutorib. aliquid ab ecclesia dandũ est, neq. ad lucrũ œconomorũ vel aliorum, qui administrant, cedere. Si enim subrogati clerici prædictas annonas nõ acceperint: ipsi qui solent administrare, eas de sua substãtia eis dare cogãtur. Nã & si quas habeant proprias possessiones, iubet Cõstitutio, vt ex isdẽ possessionib. certa prædia deputentur, ex quorũ reditu subrogatis clericis annonæ præstentur.

SI

SI quis ecclesiã ædificauerit, aut clericis annonas ex substãtia sua derit: non liceat ei, quos voluerit clericos in eadem ecclesia facere. Sed si voluerit ibi quosdam consecrari, offerat eos beatissimo Patriarchæ; & ille si viderit eos dignos consecret; & si non probauerit, arbitrio suo reiciat. II.

NOV. LVIII.

SI QVIS IN domo sua oratorium habuerit; non audeat in eo sacram facere missam, nisi clericos catholicæ fidei habuerit deputatos ex iussione religiosissimi Episcopi ciuitatis, vel beatissimi Patriarchæ. Si quis autem aduersus ea fecerit: domus ipsius fisci iuribus vindicetur, & sit sub indignatione Principis. Et si Præfectus Prætorio postquam hoc cognouerit non prohibuerit: quinquaginta librarum auri multa plectetur, & apparitio

eius simili pœnæ subiciatur. Nulla autem inuidia est vnumquemque hominem Christianum in proprijs ædibus oratoria habere; & in his orare & psallere sine clericis; sacram autem missam non faciat.

NOV. LVIIII.

HAEC Constitutio loquitur de impensis, quę in funerib. mortuorum fiunt. Et ante omnia mille centum ergasteria in CP. ciuitate immunitatē habere iussit, vt funera ducāt. Sed & reditum funeribus destinatū a diuæ memoriæ Anastasio Imperatore confirmauit, & funerib. deputauit. Et dedit singulis cadaueribus siue singulis lectulis mortuorum vnū asceterium, idest octo sanctimoniales psallētes, & tres acolythos. Vt neque sanctimoniales, neq. acolythi omnino aliquid accipiant ab his, qui funera mortuor. desiderant, sed gratis eum deducāt. Sin autem cognati,

ti,vel amici defuncti alterum vnum aſceterium, vel etiam duo adhibere vellent;neceſſe eſt eos aliquid prę ſtare,non tamẽ immodicum,ſed huius legis definitione moderatum. Nam ſi quidẽ intra nouos muros cadauer deponatur:tremiſſem aſceterijs præſtari ęquum eſt;& acolythis poſt tres illos,qui gratis miniſterium faciunt, ſi alij tres adhibiti fuerint; ſiliquas tres dari oportet. Sin autem ſex acolythi ſint;ſex ſiliquas accipiant;& deinceps ita fiat. Sin autem lõgius ſpatium ſit;& decani,qui lectuli miniſterium faciunt, plures ſint: modicũ aliquid & ipſis præſtabitur. At Sycorum tranſitus intra nouos muros videatur eſſe. Sin autem extra nouos muros, vel in alio tranſmarino loco cadauer poneretur: tunc ſanctimoniales quidem,quæ poſt vnũ aſceterium adhibitæ ſunt,ſemiſſem accipiant;acolythi autem ſingulorũ aſceteriorum quattuor ſiliquas. Vnum autem aſceterium, quod ex neceſſi-

tate: ante cadauer psallet, & acolythi eius nihil omnino accipiant; sed faciant ministerium gratis. Sin autem aliquis velit vnum ex maximis lectis accipere ad honorem defuncti; vel si inauratum lectum adhibuerit: tunc tantum præstet asceterijs & decanis, quantum pepigerit. ita tamen vt duodecim aureorum quãtitatem non excedat.

NOV. LX.

1. SI QVIS debitorem suum ægrotantem & periclitantem mori molestare voluerit pro debito suo: nõ liceat ei hoc facere; cũ neq. vxori eius, neque liberis aliquam inquietudinem inferre permittitur; neque signa ædibus eius imponere: nisi post mortem eius debitoris lite consistente iudicialis calculus prolatus fuerit, & legitima ordinatio secuta sit. Sed neq. mortuo debitore deductionem eius & funus impediat. Si enim tale

tale aliquid perpetrauerit: actionibus suis cadat, siue iustas habeat intẽtiones, siue non. & non solum debitam sibi quantitatem amittat; sed etiam alterum tantum heredibus eius pro iniuria defuncti præstare cõpellitur. Et non sufficiunt istæ pœnæ, cum & tertia pars bonorum eius publicetur, & ipse infamia notetur. Hæc autem omnia in C P. ciuitate cura & diligentia custodiantur tam Præfecti Vrbis, quam Præfecti Prætorio; Magister quoque Officiorum his inuigilare debet, & apparitores eorum. In prouincijs autem Præsides ea obseruabunt, & alij magistratus siue ciuiles sint, siue militares. Quod si ea neglexerint: magistratus quidem imperialis vrbis cum suis apparitoribus viginti librarum auri pœna multentur; prouinciarum autem magistratus quinque libras auri pœnæ nomine dare cogantur.

11. SI quis ex magistratibus CP. ciui uitatis causam audierit; non audeat post litis contestationem in totum eã derelinquere: nec consiliarij eius sententiam definitiuam per semetipsos proferre. Sed litis quidem cõ testatio modis omnibus apud ipsos magistratus fiat, & vltima cognitio, postquam alias allegationes litigato res adferere nolint. Sententia quoq. definitiua ab ipsis magistratib. profe ratur siue maiores sint, siue minores præsentib. etiam consiliarijs eorum. Sed appellationes eorum ipsi suscipiant; & inter eos, qui ex prouocatio ne litigant, certamina compescant. Quod si vel magistratus, vel consilia rij eorum contra præsentis Constitu tionis statutum quippiã sibi præsumpserint: magistratus quidem viginti librarum auri pœna multentur; consiliarij autem si quidem aduocati fue rint; aduocatorum ordine cadant. Sin autẽ inter aduocatos nõ sint, sed forte cingulo decorati: honorẽ suũ amit

mittãt,& decẽ librarũ auri pœna mul tentur: eaſque omnes pœnas Comes Rerum Priuatarum exigat. Quod ſi neglexerit:ſciat ſe publicas rationes de ſua ſubſtantia repleturum. Hæc autem diximus de magiſtratibus imperialis vrbis,qui diuerſis occupario nibus fatigati totas litigiorum cogni tiones ſuſcipere non poſſunt; ſed ſolam litis conteſtationem,& vltimam cognitionem audire cogũtur, & ſententiam definitiuam dicere,& appel lationem ſuſcipere,& prouocationũ cognitiones diſcernere. Alij autem iudices, qui magiſtratus C P. ciuita tis nõ ſunt, ſed ab Imperatoris iuſsio ne deſtinati,ſiue in principali ciuitate, ſiue in prouincijs; cum Conſiliarijs ſuis omnes litigiorum partes audiant. Alioquin & dignitates ſuas amittant,& viginti libras auri pœnæ nomine ſoluant. Conſiliarij autem eorum ſi quid aduerſus huius Conſti tutionis præcepta fecerint:& ciuitate, in qua non obſeruauerint iſtam

Con

Constitutionem, expellantur in exilium, & sint infamia inusti.

NOV. LXI.

SI QVIS donationem propter nuptias mulieri conscripserit siue pro se, siue pro alio, siue pater pro filio suo, siue mater, siue cognatus pro cognato, aut quiuis extraneus pro alio donationem propter nuptias conscripserit, in qua etiam res immobiles sint: non liceat marito aliquam rem de rebus immobilibus alienare, vel hypothecæ titulo obligare, nec si consenserit in alienatione vel hypotheca mulier. Sed si quid contra hanc legem factum scriptumue fuerit: hoc pro infecto sit, & pro non scripto habeatur. nisi forte obseruatio illa custodiatur, quæ de intercessionib. feminar. in quarto libro Codicis posita est Titulo Ad S. C. Velleianum. idest vt post primum cõsensum biennio trãs-

acto

acto aliud instrumentum a muliere conscribatur, in quo se fateatur prio rem suum consensum comprobare. alioquin prior consensus nullius mo menti est. Immo etiam si secundus consensus priorem voluntatem post biennium cõfirmauerit; nõ omnimo do valebit, sed ita demum si ex alijs mariti facultatibus satis eidem mulieri fieri possit in donatione propter nuptias. alioquin nec secundus, nec tertius cõsensus lædere mulierem po terit. Hæc autem dicimus non solum in donatione propter nuptias, sed etiam in dote: si quas res dotales alienare vel obligare maritus volue rit. Emptores autem vel creditores, quibus res alienatæ vel obligatæ sunt, nullam iniuriam patiantur. Nam & si quod ad mulieres pertinet, actionibus careant suis: attamen aliæ mariti facultates, & ipsi mariti necessario eis permanent obligati.

Hæc autem Cõstitutio prærogatiuis dotium nullum præiudiciũ facit. Nam

Nam prærogatiuas datas integras ineſſe dotibus Conſtitutio iubet: ita tamen ſi de dotibus actiones mulieres moueant. Alijs autẽ perſonis priuilegium in actione dotis nec antea datum eſt, nec modo datur. Ea autẽ Conſtitutio non in præteritis ſed in futuris caſibus valeat.

NOV. LXII.

1. HAEC CONSTITVTIO iubet prouocationes in cõſultationib. non tantum ſine cõuentu amplisſimis magiſtratibus, ſed etiam omnibus ſenatoribus induci. vt totus ſenatus cauſas appellationũ audiat & conueniat: quamuis ſilentium tantũ ſine conuentu ſenatoribus denuntiatum fuerit. Silentio enim conuentum ineſſe videri. Audiant itaque prouocationes ſanctis euãgelijs propoſitis: & quod ſibi viſum fuerit, Imperatori referãt. vt ex diuina ſententia eius ſenatus calculus cõfirmetur.

VRBICARIA Præfectura omnibus alijs præsideat dignitatibus: & post Præfectum ceteri Patricij numerentur. Et si quidē inter eos Consularibus insignibus decorātur, secūdum Consularem ordinem, & prærogatiuas Consulatus sui sedeant. vt tamen anteponantur ordinarij Consulares honorarijs Consularibus. Post Patricios autem tam Consularium, quam Prefectorum, & Magistrorum Militum, & Illustrium virorum ordo ponatur. Omnes autem isti liberā habeant facultatem in senatu sentētiam dicere. Qui autem propter cingulum magistratus a senatoribus honoratur: etiam post depositionē cinguli sui inter senatores connumeretur. Liceat autem Illustribus viris Patriciatus codicillos accipere; quāuis neq. Consulares, neq. Præfectorij facti sunt. quod non solum in futuro tempore, sed etiam in præterito Constitutio relaxauit. Illud autē certum est, quod tertiā partem sportula II.

tularum in ingreſſu dignitatis dare compelluntur. omnibus alijs ex conſuetudine ſportulis dandis in quauis promotione ſua firmitate durāribus. Qui autem præſentem Conſtitutionē nō obſeruauerint; pœna quinquaginta librarum auri plectantur. quæ pœna non ſolum ipſis violatoribus Cōſtitutionis imminebit, ſed etiā alijs, qui violare eam conceſſerint.

NOV. LXIII.

HAEC CONSTITVTIO localis eſt. nam de his loquitur ædificijs, quæ in C P. ciuitate per calliditatem imponuntur. Zenoniana enim Conſtitutio iubet conſpectum maris non poſſe aliquem ab alio excludi; niſi centū pedes in medio vtrorumq. ædificiorū fuerint. Sed quidam in prædicta Regia vrbe talē machinationem inuenerunt. Cum enim volebant intra centum pedes domum ædificare: poſuerunt pa-

rietem extra centum pedes altiſsimam; & conſpectu maris ſubtracto intra centum pedes domũ ędificauerunt; quaſi nullã conſpectionem iam maris habentẽ euicino. poſteaq. parietem illã, quam per fraudem erexerunt, depoſuerunt: & ipſius maris cõſpectũ habere cœperunt. Hæc itaq. Conſtitutio cõtra tales aſtutias promulgata eſt. & præcepit, vt nemini liceat ædificium vel vltra centum pedes imponere, niſi reuera domũ ędificare maluerit. Alioquin ſi ſolũ parietem erexerit; nõ vt cuſtodiat præcepta legũ; ſed vt fraudẽ legibus faciat: primum quidem ex huiuſmodi improba machinatione nullum inueniat cõmodum. quia deprædata videtur domus, quæ cõſpectum maris perdidit, vt in vendendo * Nam ædificiũ fictum deponi iubetur. Deinde ipſe, qui auſus eſt contra leges alienã voluptatem rapere: Vi bonorũ raptorum actione in quadruplum tenetur; decem quoque librarum auri pœna mul-

multabitur nõ ſolum ipſe, qui tale facinus perpetrare conatus eſt; ſed etiam qui præſentem legem violare conceſſerit. Decem autem librarũ auri pœnã inferri iubet in arca theatrali glorioſiſsimi Præfecti huius Regiæ vrbis.

NOV. LXIV.

ET HAEC Conſtitutio localis eſt. Loquitur enim de hortulanis, qui in hac Regia vrbe, vel in ſuburbanis eius hortos aliquibus cõducunt, vel emphyteuſim in eiſdem hortis contrahunt. Si enim conductionis vel emphyteuſeos nomine hortos acceperint; ſi quidem holera habent, eſtimationem holerum fieri, & eo tempore, quo horti dominis reſtituuntur, ſimiliter holerum quot laborauerunt, tantum æſtimatio fiat. Non autem propter emponemata & ſtercolinium aliqua ratio moueatur. Sin autem ſine holeribus hortus ſit,

ſimili

similiter sine holeribus restituatur: & nulla item æstimatio fiat de stercolinio. Aestimationem autem definiri Constitutio iubet non solum ab ipsis hortulanis, sed etiã ab his, quos Summarios consuetudo appellat.

Quod si quis forsitan locum spinosum hortulano locauerit, vel emphyteuseos nomine dederit; & ille eundem locum excoluerit: tam culturæ mercedem capiat, quam holeris æstimationem quinq. librarum auri pœna multando eo, qui præsentem Constitutionem violare conetur.

NOV. LXV.

HAEC CONSTITVTIO localis est. nam promulgata est de ecclesia Mysiæ. & iubet, vt si quis rem immobilem eidem ecclesiæ dederit, vel reliquerit certum reditum habentem: & adiecerit, vt in continẽtiam pauperũ reditus administretur: huiusmodi legatũ, vel hereditas, vel

donatio nullo modo alienetur. Quod si incertus redditus eorum sit, domus autē relictæ vel vineæ procul a ciuitate fuerint, in qua ecclesia posita est, cui legatum vel donatio facta fuerit: tunc liceat tales possessiones vendere. Sin autem domus vel agri aut intra ciuitatem vel circa muros eius fuerint: testator autē voluit eam venundari, & ex prætio eorum redēptiones vel alimonias fieri: tunc secū dum tenorem verborū testatoris & in his vēditio celebratur. Talis enim rei actus firmus est.

NOV. LXVI.

HAEC CONSTITVTIO iubet leges de ordinādis testamē tis a nostro Imperatore scriptas, post duos mēses ab intimatione earū numerādos tenere. cōmemorauit autē etiā de reformatione Falcidiæ, ideſt de ea Cōstitutione, quę pro quadrāte trientē vel semissem paternę substan

tiæ

tiæ siue materne filijs dat. Duos autem menses ita dinumerat, vt in C P. quidem ciuitate ex eo tempore cedant, ex quo proposita est Constitutio; in prouincijs autem postquam intimata est. Vt post intimationem eius duor. mensium spatium expectetur: posteaque secundum ea, quæ in eadem Constitutione continentur testamenta ordinari oportet. Quod si intra duos menses secundum veteres leges contra Cõstitutiones Imperatoris nostri aliqui testati fuerint; testamenta eorum robur plenissimum habeant.

NOV. LXVII.

NVLLVS AVDEAT ædificare ecclesiã vel oratorium ante quam ciuitatis Episcopus veniat, & vota faciens sanctissimam crucẽ infixerit publice in eodem loco procedens, & rem manifestam omnibus faciens. Vnusquisque autem ante

ædificationem loquatur Episcopo;& præfiniat modum, qui ad luminaria, & sacrum ministerium,& custodiam oratorij,& alimonias eorum, qui ibi obseruant, sufficiat. Et si hæc sufficientia visa fuerint;faciat priusdonationem eorum,posteaq.domum ędificet. Sin autem ea,quæ ab ipso præfinita sunt,non sufficiant ad constituẽdum oratorium; æquum est vetera oratoria,quæ forte ruinam minantur reparare arbitrio religiosissimi ciuitatis Episcopi.

II. SI Episcopus multum tempus ab ecclesia sua defuerit, & in alijs locis degat:œconomus ecclesiæ eius impẽsas ei non administret. Nam tales inanes sumptus melius est in ecclesiã suam & in alias res ad pietatem pertinentes præstare. Teneant autem in talibus Episcopis etiã ea, quæ in prioribus sanctionib.cauta sunt.

III. SI alienatio immobilis ecclesiasticæ rei celebranda sit: decretum quidem omnib. modis procedat secundum

dum ſupra relatam Conſtitutionem. Adeſſe autem decreto debet non ſolũ Epiſcopus, & clerus eccleſię eius, cuius prædium alienare deſiderant: ſed etiam metropolitanus Epiſcopus cum prædicta iam obſeruationẽ, & duo Epiſcopi ex conſilio eius adſint.

NOV. LXVIII.

HAEC Conſtitutio loquitur de liberorũ morte, vt pacta dotalia, quæ ex caſu mortis liberorũ aliquid matri cõferũtur, teneãt & derimãtur ſe cũ dũ Diui Leonis Cõſtitutionẽ: ſcili ect ſi ante Nouellã Cõſtitutionẽ Imperatoris noſtri cõtigerunt. Veluti mater vidua liberos habens ad ſecũdas nuptias peruenit: & ante nuptias donatio ad filios pertinuit: poſtea filij deceſſerũt, & ad ſuos heredes eandem ante nuptias donationem trãſmiſerunt ſecundum Cõſtitutionem Diui Leonis: ſed poſt Conſtitutionẽ noſtri Imperatoris, quæ moruis liberis emolumentum matri præſtat, nõ

retrahuntur res ab heredibus filiorum. quia semel ante Constitutionē eisdem heredib. competierunt. Si quid autem post Constitutionem nostri Imperatoris tale cōtigerit, in hoc Leonianæ legi locus non erit.

EXPLICIT PRIMA pars Nouellarum D N. Iustiniani Imperatoris.

INCIPIT NOVELLArum pars secunda.

NOV. LXIX.

1. HAEC CONSTITVTIO iubet, vt omnes Romani tā in ciuilibue, quam in criminalibus causis iurisdictioni Præsidū prouinciarum subiciantur: & nemo in aliqua causa obnoxius priuilegiū Præsidi prouincię opponat, quasi nō ei subiectus sit; nisi specialiter pragmatica sanctio prolata duci eū iusserit.

rit. Ideoq. siue de domino alicuius rei, siue de agrorū finibus, siue de hypothecis, siue de nuda possessione, siue de alia quauis pecuniaria vel criminali causa litigium inter partes emerserit: nō liceat reo priuilegium suū opponere præsidali iudicio siue ex imperialibus litteris, siue ex maioris iudicis iussione. Sed omnib. modis in eo loco pulsetur, vbi aliquid egerit, vel admiserit siue de maxima, siue de minima re quęratur, veluti de gallina. quāuis enim minima videatur huiusmodi res esse; attamen iustitię ratio non ex quātitate, sed ex suis regulis debet ęstimari. Nā & quod alijs viliſsimū esse videtur, hoc alijs prætioſisimū est. Et omnino siue bouē, siue aliā qualēcumq. rē alicui subripuerit; in eadē prouincia pulsetur, vbi tale peccatū admiserit. Nam & probationum copia in externis locis non similis agentibus est. ET hæc quidem dicimus, si vtraq. pars in præsentia sit: vt in eodem loco modis

omnibus lis dirimatur, in quo aliquid admissum est.

II. QVOD si actor quidem præsto sit, reus autē absit; sed actores ipsius vel procuratores, vel conductores, aliquid egerint, aut dereliquerint: ille quidem qui fecit, omnimodo accusetur; ipsum autem litigium maneat in suspenso, donec rerum domino causa fuerit declarata. Tempus autem dilationis ex locorum spatio dari debet. nam si quidem vna vel duab. prouincijs interpositis domini rerum in proximis locis degant: quattuor mēses ad dilationem sufficiunt. Sin autem in lōginquo absint, veluti in Palæstina, vel in Aegypto: octo menses ad dilationem dari oportet. Sin autem vel in Italia, vel in Africa morētur: nouē menses statui debent. Eadē dicimus & si in Arctois locis principalis persona degat.

III. ET si quidem rerum dominus illi cōmiserit causam, qui apud eum retulerit: necesse est, vt ipse pulsetur ab

sentis

sentis domini nomine. Sin autem aliũ litigare maluerit:& hoc liceat ei facere,dum tamen procurator ipsius & defendat causam, & modis omnibus impleat,quod iudex iudicauerit: nisi prouocatio sit subsecuta, (aut generaliter definita, aut amicabiliter sopita.) Quod si domino quidem rerum manifestetur causa: ipse autẽ neq. venire,neq. alium mandare curauerit:tunc prædicto tempore trãsacto is, qui accusatus est, litiget: etsi reus apparuerit,condemnetur. scilicet domino rerum eandem condemnationem subituro, si ipse quoq. obnoxius sit. Et si quidem soluẽdo fuerit is, qui accusatus & condemnatus est:ipse iudicato satisfaciat:enimuero si soluendo non sit; ex reb.domini absentis,qui nec venire,nec mandare alicui voluit;solui actori æquũ est. Quod si reus præsens post accusationem euaserit:& neq. dominus rerum venerit;neq.procuratorem transmiserit:tunc ex vna parte iudex audiat

cau-

cauſam, vt ſolet in heremodicijs fieri, ſcilicet ipſo reo per pręconē voca to: vt ſi in eadem abſentia perſeuera uerit, condemnetur. Quod ſi actor in abſentia ſit domino rerū vel præſente, vel procuratore miſſo: tunc omnia detrimenta, quæ fruſtra reus paſſus eſt, actor ei reſarciat.

IIII. NVLLVM priuilegiū eximere reū prouinciali iudicio volumus. niſi is ſpecialiter noſtrā pragmaticā ſanctionē produxerit, quę propter publicas cauſas in hanc Regiā ciuitatē eū reuocauerit: vel ſi ex lege hoc fiat, veluti ſi prouocationē Prędidi prouinciæ porrexerit; & propter hoc in iſta imperiali ciuitate litem audire oportet. quāuis de minorib. cauſis ad maiores iudices prouinciarum prouocationes exerceri Conſtitutio iubet; niſi forte in hac ciuitate cauſa principalis quāuis minima ventiletur: tunc enim in iſta ciuitate nō in prouincijs prouocatio exercetur.

V. NVLLA autem perſona priuilegio

gio aliquo vtatur ad fugiẽdos prẽsentis legis laqueos; quãuis eccleſia ſit, vel xenodochiũ, vel oratoriũ, vel quiuis alius locus, qui pietatis cauſa colitur. idẽ iuris eſt, ſiue fiſcus, ſiue patrimoniũ fiſci, ſiue alius quiuis diuinus titulus pulſetur; & multo magis ſi potẽtis hominis perſona in iudiciũ fuerit euocata. quamuis priuilegiũ ex ſacro oraculo prætẽdat; niſi quod diximus, pragmatica ſanctio in hac ciuitate eũ reipublicę cauſa reuocauerit

HAEC Conſtitutio nõ ſolũ in futuris caſibus, ſed etiã in præteritis locũ habeat. SI quis autẽ præſes prouincię cõſtitutus huiuſmodi legẽ cuſtodire neglexerit: nõ ſolũ magiſtratu ſuo eiciatur, ſed etiam decẽ librarum auri ſubeat pœnam. *VI.*

NOV. LXX.

PRAEFECTORIA dignitas dicitur nõ ſolũ Præfectorũ Prætorio vel Vrbis, ſed etiã Magiſtrorũ Militũ. Ea autẽ duplex eſt: aut enim honoraria eſt,

est,aut quæ in ipso gestu præfulget. Honorariam dicimus eam cum codicillos aliquis accipiat ab Imperatore,quibus dignitas ei præstatur,quasi & is Præfectus fuisset, siue Magister Militum. In ipso autem gestu positus esse videtur, qui reuera Præfectus,vel Magister militum factus est.

Igitur si curialis homo Præfectoria dignitate potitus fuerit: si quidē honoraria,maneat in eadem condicione constitutus: sin autem reuera Præfecturam nanctus est, vel Magisterium Militiæ: tunc curiæ nexibus liberetur. Præfectos autem Prætoriorum quattuor ponimus, idest & Orientalis sedis, qui in hac ciuitate est; & Illyricianæ regionis; & Africanæ diœceseos; & qui Italiæ præpositus est.

NOV. LXXI.

ILLVSTRIBVS quidem personis,& his qui supra eos sunt,omnimo-

modo necessitas imponatur lites pecuniarias per procuratores inferre, vel excipere. Eodem iuris tenore optinente & si iniuriarum iudicium criminaliter fuerit motum secundū priuilegia huiusmodi iuris a Zenoniana præstita Constitutione. Clarissimis autem personis, idest Comitib. & Tribunis libera licentia sit, quod voluerint facere. idest aut per semetipsos iudicia peragere, aut per procuratores, quos elegerint, suis allegationibus vti.

NOV. LXXII.

NVLLI tutori, nulli curatori liceat nomina contra pupillū vel eum, qui curatione eius gubernatur, iure cessionis in se transferre ab alio, siue pretium pro actione dedit, siue non. I.

NEMO qui dicit se obnoxium pupillum habere, vel eum, qui curatione eget, tutor aut curator ipse creetur II.

creetur. Sed & is qui manifeste obnõ xius impuberi, vel ei, qui cura indigeat fuerit; tutor vel curator nõ fiat.

III. QVOD si quis tutor vel curator constitutus neque obnoxium habeat eum, cuius negotia gerit, neq. obnoxius ei sit: postea autem hereditas ad eũ deuoluta fuerit, quæ debitorẽ vel creditorem memoratæ personę eum faciat: tunc alius tutor vel curator ei adiũgatur, qui custodiat eum, & hoc ipsum sacramentum iuret, quod non malitię tutoris vel curatoris fauebit, ne pœnæ subiciatur.

IIII. NE autẽ vnusquisq. dicẽs se creditorem impuberis esse vel forte adulescẽtis ab onere tutelæ vel curationis facile excusetur: sanctimus nõ aliter eũ recipiendũ esse, nisi manifeste probauerit creditorẽ se esse impuberis vel forte adulescentis; vel res eorũ sibi obnoxias esse, vel parentes. Quod si res in incerto sit, tunc sacramentũ præbeat, quod ideo tutelã vel curam recusat, quia reuera suum debitorẽ esse

esse pupillum vel forte adulescẽtem existimat. tũc enim & si voluerit, nõ admittatur ad tutelam vel curationẽ cuiuscumq. personæ, quamuis tutor legitimus sit.

QVOD si quis aduersus ea tutor vel curator creari passus fuerit: si quidem obnoxiũ impuberẽ habeat, vel forte adulescentẽ; actiones quas habet amittat. Sin autẽ ipse obnoxius fuerit: nõ liceat ei dicere, quod tẽpore, quo tutelã, vel curationẽ gerebat, solutionibus vel alijs cõmenticijs liberationibus actione solutus est. V.

NVLLI tutori vel curatori liceat, sicut superius diximus nomina contra pupillum vel forte adulescentem redimere; nec cessiones aduersus eum impetrare, quamuis iam desijt tutor vel curator esse: sed omni modo hoc quod factũ est pro infecto habeatur. ita vt pupillus quidem, vel forte adulescẽs omnimodo securitatẽ habeat, & nulla teneatur actione. Tutori autem vel curatori nõ liceat VI.

contra

contra eum redire, qui nominibus ei cesserit. eodem iure obtinente & si postquam tutor vel curator desijt esse, cessiones nominum impetrauerit.

VII. HAEC autem omnia de omnibus curatoribus posita sunt non solũ adulescẽtium, sed etiam prodigorũ, vel furiosi, vel mentecapti, vel si quid aliud aut lege expressum est, aut natura inueniatur.

VIII. NEMO tutor vel curator compellatur pecuniã impuberis, vel forte adulescentis mutuam dare. sed liceat ei sterilem eam in tuto deponere. Nam melius est sortem impuberis, vel adulescentis conseruare, quã vsurarum cupiditate etiam sortem amittere. Sin autem sponte sua tutor vel curator mutuauerit forte sub pignoribus, vel sub alia indubitata cautela: tunc habeat quidem per singulos annos duorum mensium relaxamentum. sciat autem, quod periculum sortis ad ipsum pertinebit.

IX. Si pupillus reditus habeat sibi sufficien

ficientes: eos tutor impendat. Sin autem ampliores reditus sint, quã sumptus: tunc id quod superfuerit, deponatur. Quod si substantia impuberis mobilis sit: tunc id tantum tutor mutuare debet, quod sufficiat ad administrationem pupillarium rerum, quod autem superfluum sit, hoc deponatur. Eademq. dicimus & de curatoribus omnium personarum. Licebit autẽ tutori vel curatori & subtiliter inquirere si quem reditum comparare pupillo vel forte adulescenti possit ex superflua pecunia. vt & tributa leuia sint, & venditor locuples, & reditus fertilis. Sciat autẽ, quod si aduersus ea comparauerit, negligentię periculum ad eum pertinebit.

QVOD si pecuniam tantam habeat pupillus, vt ex ea administrationes rerum ipsius solummodo explicentur: tunc mutuare tutor, vel curator eam debebit cum cogitatione cælestis iudicij. NAM & ab initio ante quam administrationi se immi- X.

sceat tutor vel curator cuiusuis personæ; sacramentum præstare compellitur per diuinas scripturas, quod omnia gesturus est, quæ pupillo commoda esse putauerit. Eadem dicimus & de his, qui curatione egerent.

NOV. LXXIII.

SI QVIS depositum alicui caute dare voluerit; necessarij sunt ei tres testes: nam litteræ depositarij solæ non sufficiunt depositori ad plenissimam depositi dati probationē. Testimonia autem sic exhiberi oportet, vt dicant testes, quod sub præsentia sua vel susceptum est depositum, vel quod depositarius suscepisse se cō scripsit. Idem est & si sine scriptis tamen si tres adhibiti fuerint testes idonei veritate.

II. SI quis sine tabellione componere instrumētum maluerit siue de mutuo, siue de depositō, siue de alia quacumq. causa: tres testes adhibeat. alioquin

lioquin litteræ ipſius ſolæ & comparationes earum credendæ non ſunt. Nulla autem differentia eſt, vtrum ſubſcripſerint teſtes, an præſentibus eis inſtrumentum compoſitum eſſet.

SI inſtrumentum prolatum fuerit; & litteræ quidem Titij eſſe non videantur; teſtes autem dicant Titium eas ſcripſiſſe iurati ſcilicet; teſtimonium eorum reprobari facile non debet. Sed tamen ad ſapientiam iudicis pertinet, vt ea, quæ veriſimilia magis putauerit, eis maiorem præbeat fidem.

SI QVIS in inſtrumentis componendis adhibere prædictam obſeruationem neglexerit: & vel depoſuerit alicui, vel mutuauerit ſine teſtiũ præſentia: ſolis litteris debitoris credens: incaute quidem facturus eſt. Sed tamen ſi per ſacramentum, vel per confeſsionem debitoris veritas manifeſtetur, id quod dedit exigere non prohibeatur.

V. INSTRVMENTA quoquē quæ apud tabelliones componūtur, subscriptione testium sicut dictum est, muniri præcipimus ante completionem scilicet a tabellione insertā.

VI. IVDICES non tantum ex comparatione litterarum falsitatem deprehēdant: sed etiam ex comparatione notarum.

VII. COMPARATIO litterarum sicut supra diximus, sine testium confirmatione non sufficiat ad veritatis probationem. Sin autem omnes testes mortui sunt cum tabellione; vel forte in absentia tabellio est: tūc ille quidem, qui instrumētum producit, sacramentum præstet, quod nullius malitiæ conscius est in eo instrumento commissæ. Comparatio autem litterarum propter necessitatē causæ sine impedimento secundum pristinum morem procedat. Quod si tabellio & viuit, & præsens sit: iuratus testimonium suum de fide instrumenti præbeat. Sed si per aliquem mi-

miniſtrum ſuum inſtrumentum com poſuit; & ille viuit, & præſens eſt; & nullo morbo, vel alia iuſta cauſa impediatur in iudicium venire: præbeat ipſe quoq. teſtimonium. Item ſi per Titium pecunia numerata eſt; & & ipſe veniat. Quod ſi neque numeratorem habeat inſtrumentum & omnes teſtes mortui ſunt, vel abſentia, vel alia cauſa impediũtur in iudicium venire: ſolus autem tabellio & viuit, & venit: teſtimoniũ ipſius probabile ſit ad fidem inſtrumenti pertinens; vt nec comparatio litterarum neceſſaria eſſe videatur. Quod ſi tabellio mortuus eſt: fiat quidem comparatio litterarũ eius, & veniat tam miniſter ipſius, per quem inſtrumentum conſcriptum eſt, quam numerator pecuniæ, ſcilicet ſi non abſint. Enimuero ſi vel mortui ſunt, vel in abſentia fuerint: alij teſtes producantur. et ſi hoc facile non ſit: ad comparationem litterarũ iudex perueniat. Vt non ſolum completiones litterarum

tum a tabellionibus factę comparen tur; sed etiam aliæ litteræ tam princi palis personæ, quã testium in cõpara tionem deducãtur. Vt ex multis cõ-parationibus litterarũ fides veritatis inlucescere possit. Sin autẽ nullum aliud ad veritatẽ probandã superſit; quã cõparatio litterarum: tunc illud teneat, quod vsq. ad hoc tempus obti nuit. Vt qui instrumentũ producit, legitimũ sacramentum subeat, quod nulla malitia vsus est. Sed et is, qui fi-dem instrumẽti exigit, de dolo & ca-lumnia iusiurandũ subeat. Istis autẽ necessitatibus homines liberãtur, si sub actorũ testificatione instrumen-ta intimẽtur; & ibi testes & aliæ per-sonæ suis depositionibus cõtractum corroborẽt. OMNIA autẽ, quæ de cõparationibus cõstituimus ab il-lis instrumẽtis faciẽdis, quę sine tabel lione cõposita sunt: maneant in eadẽ firmitate durãtia. Illa quoq. iura, quę de imperitis litterarũ in iudicijs pro-bata sunt, incõcussa permaneant.

SI

SI instrumentum litterarum im- VIII.
peritus componere maluerit: neces-
sarius est tabularius, si in illo loco
tabularij sunt. Sed & testes nō minus
quinq. sciētes eum imperitū litterā-
rū, & ab eo cogniti. Et postquā impe
ritus vel sanctam crucem fecerit,
vel paucas litteras: vnus ex eisdem
quinque testibus pro eo subscribat.
Omnes autem quinq. testes subscri-
bere debent, quod & præsentib. eis,
& cognoscētibus imperitum, omnia
processerunt.

HAEC autem omnia de his con- IX.
tractibus dicimus, qui scriptura in-
terueniēte fiunt. alioquin si sine scri-
ptura aliquid contraxerint: liceat eis
vel testibus, vel iurisiurādi religione
veritatem manifestare. scilicet acto-
re quidem testes producente, reo au-
tem vel iurante, vel iusiurandum re-
ferente secundum hoc quod iudex
æstimauerit.

Huius Cōstitutionis obseruatio in X.
his cōtractibus locū habet, qui sunt

vltra quantitatem libræ auri. Nam vsq. ad libram auri pristinum morem conseruari iubemus. HVIVS Constitutionis subtilitas in ciuitatibus locum habeat. Si enim instrumẽtum in vico compositum sit: consuetudo pro iure habeatur. Rusticorũ enim simplicitatem & in testamẽtis faciendis non reprobamus; quamuis alias in ordinatione testamẽtor. summa subtilitas exigatur. HAEC Constitutio in futuris instrumentis & contractibus valet. Nam præteriti casus priorib. legib. dirimantur.

NOV. LXXIIII.

SI QVIS cum muliere libera consuetudinem habeat nõ affectione maritali, & ex ea filios naturales fecerit; eosq. velit filios legitimos & in potestate sua habere: liceat ei cũ matre eorum dotalia instrumenta componere. Nam & filij, qui antea naturales erant, post compositionem instru-

strumentorum dotalium sui & in potestate patris efficiuntur, siue postea nati filij viuunt, siue mortui sunt, siue omnino nullus alius procreatus est, sicut in Institutis & in Codice dicimus. Quod si ante quam dotalia instrumenta fiant, mater cõcubina decesserit; velit autem pater naturalis filios ex ea susceptos legitimos habere: adeat Imperatorẽ cum précibus, & poscat, vt sibi liceat legitimum nomen eis imponere, & natalibus suis eos restituere; quemadmodum libertini natalibus restituũtur. Principe enim annuente supplicationibus pãtris necesse est, vt liberi legitimi fiãt: quamuis dotale instrumentum nullum cum matre eorum iam mortua compositum sit. Idem dicimus, & si filios naturales pater diligat, matrẽ autem odio habeat, quia in corpore suo peccauit. Nam si ea causa sit, & nolit cum ea nuptias contrahere: licebit ei prædicto modo filios naturales legitimos sibi facere. Item si liberina

ri naturales matrē ſuā cęlauerint, nē dotalib. inſtrumētis cū ipſa factis in poteſtate patris efficiātur, & vſusfructus rerū ad eos pertinentiū patri adquiratur, ſi talis dolus factus fuerit: liceat patri prędicto modo preces Imperatori porrigere, & filios legitimos facere, & eos in poteſtate ſua redigere. Eadē dicimus & ſi iuſta cauſa dotalia inſtrumēta impediat. pone enim interim naturalē patrē diaconū, vel presbyterū factū eſſe, vt ducere vxorē non poſsit. Quod ſi pater non potuit in antefatis caſibus Imperatori ſupplicare: liceat ei in teſtamēto ſuo legitimos ſucceſſores ſibi ſcribere filios naturales. vt tamē illi poſt mortē parētis ſupplicēt Imperatori, & teſtamentū patris oſtēdant, & Principe annuēte in tantū capiant paternā hereditatē, in quantū ſcripti ſunt. aliter enim legitimo nomine nō fruantur. Hæc autem omnia, quæ modo dicta ſunt, tūc habeāt locū, cum nulla alia legitima proles vel antea vel poſtea

patri superſit. Legitimis enim filijs natis non aliter naturales legitimi fiunt, niſi dotalia inſtrumenta cum matre pater eorum confecerit.

II. FILIOS naturales antea quidē licebat patribus legitimos ſibi per adoptionē efficere. Sed Diui Iuſtini Cōſtitutio hoc prohibuit; quā noſter Imperator in ſuo ſtatu manere iubet.

III. NEMO dignitate decoratus ſenatoria ſine dotalibus inſtrumētis & ante nuptias donatione nuptias contrahat, alioquin filij, qui ex tali copulatione procreati fuerint, nō erūt legitimi, ſed magis naturales. Alij autē, qui militijs honeſtiorib. decorantur, vel negotiationibus, vel quibuſdam artibus laudabilibus præditi ſunt, & ſine dotalibus inſtrumētis, & ante nuptias donatione copulentur, ſed non citra ſcripturæ cautelam. Debēt enim hoc ipſum defenſori eccleſiæ vel oratorij dicere; & ille adhibeat tres vel quattuor clericos ad teſtimoniū. et conſcribatur chartula,

qua

qua declaretur dies, & quo Imperatore, & Consule, & mense conuenerint ille & illa in illo oratorio & loco quo copulati sunt. et subscribant defensor & clerici. Et si quidem velint chartã accipere vel ambo, vel vnus ex his; præstetur eis: si noluerint, deponatur in sancto oratorio. vt postea si opus fuerit, producatur ad probationem nuptiarum; vt etiã proles ex hac copulatione procreata legitimo nomine perfruatur. Sin autem vilissimi homines matrimonium contrahere velint; liceat eis & sine scriptura hoc facere. Idem dicimus & de rusticis hominibus, & de militibus, qui in armis occupati sunt.

IIII. 30.q.5.c.9. SI quis diuinis tactis scripturis iurauerit mulieri legitimã se eam vxorem habiturum; vel si in oratorio tale sacramentum dederit: sit illa legitima vxor (si tamen ei coniuncta fuerit) quamuis nulla dos, nulla alia scriptura interposita sit. Et si liberos nõ habuerit: mortuo a marito quartam

par

partem ſubſtantiæ eius accipiat ſecũ dum Conſtitutionem noſtri Imperatoris,& ſi eam de domo eiecerit;quãuis ſine repudio hoc fecerit. Quod ſi liberos procreauerit: legitimi eſſe videantur. et ſi alijs nuptijs cõtractis legitimos filios pater habuerit: omnes ſimul legitimũ nomẽ habebũt.

ERGO ſi quidem ex huiuſmodi matrimonijs filij naſcuntur;legitimi erunt. Sin autẽ aliter filios aliquis habuerit; naturales erunt. et tam ex teſtamento, quam ab inteſtato patri naturali ſuccedunt,ſecundum obſeruationẽ ſcilicet Conſtitutionũ Principis noſtri. ſcilicet ſi non ex damnata copulatione nati ſunt. Tales enim liberi neque legitimi, neq. naturales appellantur,neq. omnino patri ſuccedunt. V.

NOV. LXXV.

APPELLATIONES quæ in Sicilia porriguntur aduerſus ſen I.

tentias Prætoris, vel Ducis, vel cuiuſuis alterius iudicis in Sicilia conſtituti apud Quæſtorē in hac Regia vrbe exerceri præcipimus; vt ipſe diſcutiat cauſas prouocationis & ſententiam dicat, & noſtro Imperatori referat, & noſtra auctoritate ſententiæ eius roborentur. Sed & ſi aliud ciuile emergat veluti Defenſoris cō firmatio, vel decretum Patrum ciuitatis Siciliæ; ſimiliter ad Quæſtorem referatur, & calculo ipſius confirmetur, noſtra ſcilicet auctoritate ſuggerente Quæſtoris ſequenda.

NOV. LXXVI.

SCIMVS in ſuperioribus Conſtitutionem eſſe relatam, qua cauetur, vt qui quæuæ in monaſterium intrant, videantur ſubſtantiam ſuam monaſterio conſecraſſe. Nam ante introitum liberam habent facultatem, quomodo voluerint bona ſua diſponere: poſtquam autem intraue-

rint

rint, talem licentiam non habent, quamuis liberos habeant. Sed ea Constitutio, quæ de hoc iure loquitur, ex suis tẽporibus valeat. Nam si ante quam ipsa introducatur, factus est aliquis monachus, vel facta est mulier monacha: nihil ad eũ vel ad eam pertinet. Habeant ergo liberam facultatẽ, qualiter voluerint sua negotia disponẽdi & post memoratam Constitutionem.

NOV. LXXVII.

SI QVIS per capillum dei, vel per caput iurauerit: vel alio modo blasphemia contra deum vsus fuerit: officio Præfecti Vrbis vltimo supplicio subiciatur. Si quis autẽ talẽ hominem sciens nõ manifestauerit: nõ est dubiũ quod diuina condemnatione similiter coërcebitur. ipse quoque Præfectus Vrbis si neglexerit, post dei iudicium etiam nostram indignationem timeat.

NOV. LXXIIX.

I. SI QVIS famulum suum vel ancillam manumiserit, & ciues Romanos fecerit; aliter enim nec valet manumissio: tacito iure videatur ius aureorum anulorum adeptus fuisse, & natalibus restitutus esse, & non indigeat, vt hoc impetret a Principe. Hæc autem Constitutio in futuris casibus teneat.

II. LIBERTVS patrono suo competens obsequium & reuerentiã præbeat: quamuis enim libertinos similes ingenuorum hac Constitutione facimus: attamẽ patronis iura patronatus intacta reseruamus, in his scilicet casibus in quibus reseruari possunt secundum nostrarũ legũ distinctionem. nisi forte renuntiauerit patronatus prærogatiuæ manumissor siue per testamentum, siue iure fidei commissi, siue eo tempore, quo libertatem imponebat. Ingratũ autem libertum

libertum contra patronum ſuum exiſtere prohibemus. quod & in pecuniarijs donationibus introduximus; & ſi eo qui liberalitatem accepit ingrato, contra donatorem exiſtēte infirmatur donatio: quanto magis ſi libertus contra patronum ingratus fuerit; reſcindi debet libertas. Cauſæ autē ingratitudinis legibus cognitæ ſunt: veluti ſi libertus manus ſuas contra patronum ſuum moueat: vel ſi contumelias atroces ei fecerit: vel ſi magnum & intolerabile damnum ei dederit. Idem eſt & ſi ad dedecus eius pertinentes iniurias effuderit. Si enim horum aliquid patronus vel liberi eius probauerint: ad priſtinum ſtatum cōuictus libertus reuertatur. Quod ſi competentem reuerentiam patronis & honorem retribuant: lex quoq. eis libertatem ingenuitatis nomine decoratam cōſeruabit. Hæc autem totiens patronus habet, quotiens iura ſui patronatus non relaxauit.

III. SI quis libertam suam ducere vxorem voluerit: dotalia instrumenta cũ ea componat, et habebit eam legitimam vxorem; quamuis ipse maritus summa dignitate præfulgeat, & liberi, qui ex tali coniugio procreati fuerint, legitimi successores patri suo existant. SI QVIS ex ancilla sua liberos habuerit; eamque manumittere velit, & dotalib. instrumentis factis vxorem legitimam habere: ipsa compositione instrumentorũ dotalium liberi eius manumitti videantur tacito iure. Si enim miles legatum seruo suo relinquẽdo, videtur & libertate eũ tacite donasse: quanto magis hoc obtinere debet in filijs, vbi pater matrẽ eorũ manumisit, & legitimã vxorem dotaliũ instrumentorũ compositione habuit.

IV. HAEC Constitutio non videtur extra iuris diuisionẽ introducta esse. Si enim Pius Antoninus Imperator ius Romanæ ciuitatis antea per singulos impetrandum, postea cõmune

fecit

fecit omnib. subiectis: & Diuę memoriæ Theodosius ius liberorum antea per singulos impetrandum, ipse commune Romanis omnibus fecit: quid nouum si nos quoq. ius aureorum annulorum, & natalium restitutionis generale fecimus omnibus libertinis saluo patronatus honore. HAEC autē omnia in futuris casib. teneant; nam in præterito tempore locum nō habent.

NOV. LXXIX.

SI QVIS cum monachis vel sanctimonialibus habeat litigium: nō audeat monachum vel sanctimonialem in asceterio siue in monasterio vel alibi constitutam ad ciuilem iudicem accusare vel trahere. Sed magis adeat ciuitatis Episcopum: ille enim æstimabit, vtrum representari principalis persona debeat, an per Hegumenū, vel Apocrisiariū defendi, scilicet cū omni honestate; ita vt 1.

Episcopus legibus & canonibus consentaneam sententiam proferat.

nõ est interdictũ donationes mortis causa facere, & quas voluerint conditiones inferere. Nam eis concessum est etiam talem cõdicionem addere, vt non liceat donatori mortis causa donationẽ reuocare; alias autem condiciones obseruare. Sed & non mortis causa donationes qui velint, secundum leges faciant.

NOV. XXCVIII.

1. QVIDAM TITIO depositi pecuniam vel alias res sub aliquib. cõdicionibus; vt si impletæ fuerint, reddatur ei depositũ. deinde impleuit; & depositarius nihil reddere vult: iubet Constitutio teneri eum, quia condicionib. impletis res depositas reddere debet. Sed & si venerit aliquis, & denuntiauerit depositario, ne aliquid reddat: nihil hoc ei, qui depositi, noceat. Quidquid enim damni post talem denuntiationem, vel fortuito casu depositis rebus

bus contigerit: hoc ad eum, qui denũtiauit, pertinet, vt depositario indemnitas conseruetur. Hoc amplius si pecunia erat deposita; & eam reddi quispiam denũtiatione prohibuerit: ex eo tempore cogendus est tertiam centesimæ vsurar. nomine depositario præstare vsq. eo donec reddatur pecunia.

SI quis vel ciuiles annonas dari prohibuerit alicui, cuius se creditorem dicit esse; vel si denuntiauerit inquilinis ne pensiones præstent: quid quid damni ex hoc domini senserint; is qui denuntiauit resarcire cogatur. Hoc amplius pecuniæ, quã prohibuit dari, vsuram præstet tertiã centesimæ. et nemo dicat, quod potest dominus cautionem defensionis inquilinis dare, & pensiones post denuntiationes exigere. Defensio enim sine fideiussore omnino idonea non est; & non facile est fideiussorem omnibus inuenire. II.

NOV.

NOV. XXCIX.

HAEC Cõstitutio de liberis naturalibus loquitur: & dicit filios natos aut ingenuos & legitimos esse; aut ingenuos & naturales; aut naturales & seruos; aut omnino nec naturales dignos appellari. Eorũ autẽ, qui naturales ingenui vel serui lis condicionis sunt, aut legitimi postea fiunt, aut in eodẽ statu manent. Et ingenui quidẽ atq. legitimi filij nascũtur, qui ex legitimis nuptijs procreati sunt. Nuptias autẽ legitimas cõtrahi diximus aliter in personis senatorijs, aliter in vilissimis hominib. aliter inter eos, qui mediastini status sunt. Successiones autẽ parẽtiũ ad legitimos varijs pertinẽt modis, de quib. plenissime iurisconsulti & Cõstitutiones locuti sunt. Naturales autẽ liberi, siue ingenui, siue serui, quib. modis postea fiunt legitimi, & per quas vias naturalib. succedũt parentibus; necessariũ est exponere. Igitur si quis filios suos naturales curiæ dederit vel omnes, vel quosdã, vel vnũ ex his: legitimos faciat secũdũ Diuę memorię Theodosij Constitutionẽ. Idẽ iuris est, si filiã naturalem curiali homini

pater cõiũxerit. Sed quia hęc pars de ſucceſsionib. & de alijs multis dubietatẽ recipit:ordinariũ eſt prius eam pleniſsime explanare.Igitur ſi quis naturalẽ filiũ vel naturales habuerit,eũq. vel eos vel quoſdã vel vnũ ex his legitimos facere voluerit:det eos curię ciuitatis, quamuis Illuſtri dignitate decorati ſint; & fiunt legitimi.exceptis'ſcilicet illis dignitatibus,per quas&ſi curiales eſſent,hac cõdicione relaxati fuiſſent. Dari autẽ eũ curię oportet vel in ſpectaculo toto populo cõſidente;vel actis interueniẽtib. vel in teſtamẽto ſuo, ſi ille nõ reclamauerit. Et hæc omnia procedunt ſiue habeat legitimos filios pater ſiue nõ. Sin autẽ poſt mortẽ patris naturalis ſpõtanea voluntate ſeſe dare curię maluerint:nõ aliter audiãtur, niſi nullũ legitimum filiũ pater reliquerit. Hęc autẽ quæ de patre dicimus,optineãt & in auo,& in proauo, & in alijs huiuſce modis perſonis. Sed ſi quidem ex prouinciali ciuitate oriundus eſt is, qui filium curiæ dare velit;in eadem ciuitate filium ſuũ faciat curialem ſiue ipſe quoque pater curialis ſit, ſiue non. Sin

autem ex vico oriundus est: in ea ciuitate curialem faciat filium naturalem, cuius in territorio vicus est. Illo proculdubio obseruando, vt vbi quidem parens dat, non impediant legitimi filij: vbi autē filius sese dare velit, impediatur legitimis filijs superstitib. Sin autem parens naturalis vel Romanus sit, vel Byzantius: liceat ei in qua voluerit metropolitana ciuitate filios suos naturales curiæ dare. Eadem dicimus, & si quis filiam suam curiali homini coniungere maluerit.

II. SI curialis naturales tātum filios habuerit; liceat ei manumittere eos, & curię dare, & hoc mōdo legitimos facere. Ipsi quoq. naturales liberi si libertatem quoquomodo nanciscū tur, mortuo patre nullis legitimis liberis superstitibus, licentiā habeant curiæ se dare, & legitimum nomen mereri.

III. SI naturalis filius curiæ datus fuerit; legitimus patri successor ab intestato

ſtato exiſtat. ex teſtamento capiat, quantum ei pater naturalis reliquerit, niſi forte legitimos filios ante habuit. tunc enim non plus habeat naturalis filius, quam is qui legitimus conſtitutus minimam habet portionem. Et ſi quidem mortuo patre & curialia munera ſubeat, & quod ei donatum vel relictum eſt, poſsideat: maneat ſecurus. Sin autem res paternas velit reſpuere, vt curiali conditione liberetur: omnino non audiatur. Enimuero ſi ab initio curialem condicionẽ cõtempſerit; poſtea autem in poſſeſsione paternarum rerum vel omnium vel ex parte inuentus fuerit: tunc curialis condicionis nexibus teneatur. Quæ diximus de maſculis curię datis intelligẽda ſunt & de filiabus naturalibus, quæ nuptę ſunt curialibus.

SI filius curiæ datur: ipſi patri tantummodo legitimus fiat ſucceſſor, non etiã parẽtibus vel liberis ipſius, vel agnatis vel cognatis eius: niſi for *IIII.*

te ab aliquo ex his heres instituatur.

V. SI quis curiæ datus & legitimus factus decesserit: si quidē habeat curiales legitimos liberos, ad ipsos succesio eius perueniat. Sin autem quosdam curiales habeat, quosdam hac condicione liberatos; ad curiales quidem nouem vnciæ substantiæ eius veniant, ad alios autem tres vnciæ. Quod si nullos liberos habeat: nouem quidem vncias curia, & publicus habeat; tres autem vncias vel heredes, quos in testamento suo scripsit, vel hi, qui ab intestato ad heredi tatem eius vocantur. Sin autem scriptus heres vel non scriptus curiæ se dare maluerit, & hereditatem ipsius habere; nullo modo prohibeatur: sed habeat licentiam, vt cum curiali condicione nouem vncias ad curiam & publicum pertinentes accipiat: si prius Imperatori supplicauerit; & hoc ipsum ei ab imperiali numine concessum fuerit.

VI. SI quis naturales habuerit liberos,

ros;posteaq. decedens in testamento suo curię eos dederit;& illi post mortem patris sui naturalis cōtenserint: habeant nouē vncias;qualitercumq. distributionem pater inter eos fecerit.ita tamen vt minus nouem vncijs non accipiant. Melius autem faceret pater, si totum assem eis reliquerit. Quod si quidam ex his consenserint,quidam autem noluerint curiales esse:ad eos qui consentiunt, nouē vnciæ perueniant,tres autē vncię ad eos deuoluātur,ad quos testator voluit. Quod si nullus ex naturalib.liberis curialem amplectitur cōdicionem:ad ipsam curiam nouem vnciæ pertineant, scilicet vt secundum nostram Constitutionem inter curiam & publicum nouem vnciæ diuidantur. Sed si quis nihil de naturalibus liberis suis dixerit,sed silētio eos prę terierit;illi autē sua sponte voluerint curiæ nexibus esse subiecti, vt patris naturalis succesionē capiant: liceat hoc facere,vt nouē accipiāt vncias.

Sed si pater naturalis filium seruum habuerit, eumque manu miserit, & curiæ dederit eum: & si post mortem naturalis patris curialis esse maluerit, nouem vncias accipiat. (Hoc amplius & si tantum manumiserit, & non obtulerit; & post mortẽ naturalis patris curialis esse maluerit: tunc etiam nihilominus nouem vncias accipiat.) Idem dicimus, & si testator curiæ dederit in suo testamento. omni enim modo qui curialia onera subire paratus est, nouem vncias accipiat. Quod si omnes naturales liberi curiales esse volunt: pro rata portione inter eos nouem vnciæ distribuantur.

VII. ZENONIS Diuæ memoriæ Constitutio, & Anastasij lex de naturalibus liberis posita, maneat secundum sua tempora incõcussa. Sed & Diui Iustini Constitutio in perpetuũ maneat, quæ prohibet naturales liberos adoptionis modo legitimos fieri.

VIII. SI QVIS cũ libera muliere consuetu-

suetudinem habuerit; & ex ea naturales liberos procreauerit; postea autem affectione procedẽte dotalia instrumenta cum ea fecerit: dicimus liberos tam eos, qui ante instrumẽta, quam illos, qui postea nati sunt, legitimos & in potestate patris fieri; siue post instrumenta facta nati filij decesserint, siue omnino nati non fuerint. nulla discretione habita vtrum alia subsit legitima proles, an non.

Sed & si quis conceptus ante instrumentum, postea natus fuerit: illud tẽpus, quo natus est, inspiciatur, vt legitimus fiat, vel si prosit ei tempus conceptionis, illud tempus obseruetur.

IX. SI quis filios habuerit naturales, eorum autẽ mater mortua sit, vt dotalium instrumentorum compositio fieri non possit: vel si viuat quidẽ mater eorum; sed ea digna marrimonio non sit; vel si cælata fuerit, vt vxor non ducatur: pater autem filios suos legitimos facere velit: liceat ei supplicare Principi, & hoc ipsum mani-

festare in precibus suis, vt Principe annuente status filiorũ confirmetur; scilicet si in his casibus legitima proles non subsit.

X. SI pater naturalis dum viuit, præcedẽtes obseruationes nõ fecerit, vt filios suos naturales legitimos efficiat, cõponat testamentũ, & in eo dicat se velle eos legitimos sibi successores existere. Et si hoc fecerit, liceat filijs hoc docere, & testamentum patris ostendere, & legitimam hereditatem eius adipisci: sic tamẽ vt prius principi supplicent, & hoc ipsum allegent.

XI. HAEC autem omnia totiens locum habẽt, quotiens & ipsi liberi naturales consentiunt. Si enim inuitus nemo emancipatur; quanto magis non debet aliquis sui iuris cõstitutus alienæ subici potestate. Quod si quidam ex his voluerint, quidam autem noluerint: hi, qui volunt, legitimi successores existant parenti. Illud autem certum est, quod legitimis

filis

filijs superstitibus tempore, quo pater moritur, naturalis filius legitimus nullo modo intelligitur; nisi vel curiæ datus est, vel dotalia instrumenta cum matre ipsius composita sunt. Nemini autem liceat filium naturalē adoptare, & eo modo eum legitimum facere.

XII. SI quis filios naturales habuerit, si quidem legitimos eos prędictis modis effecerit: ita ei succedant, quemadmodū ex nuptijs lege cognitis procreati patrib. suis succedunt. Sin autem naturales permanserint: si quidem legitima proles subsit, nō liceat patri filijs naturalibus & matri eorū, idest concubinæ suæ vltra vnam vnciam dare siue inter viuos, siue mortis causa, vt semunciam concubina habeat, semunciam liberi: quidquid autem plus dederit, hoc habeant legitimi filij. Sed & si solam habeat cō cubinam, nō plus ei, quam semunciā præstet. Quod si nullos filios habeat, liceat ei & in toto asse filios suos

naturales heredes ſcribere, niſi forte parentes habeat. tunc enim parentibus legitima portione relicta, reliquæ partes ad naturales filios tranſire poſſunt. Eadē licētia eſt patri prę ſtāda, & ſi donatione vel alioquocūq. titulo vel viuus vel moriēs ſubſtantiā ſuā naturalibus filijs præſtare voluerit. Illo proculdubio obſeruando, vt cōcubinam ille habere poſsit, qui vxorem non habet. Hæc autem totiens teneant, quotiens naturalis pater vel teſtamento, vel alio vltimo iudicio ſuam declarauerit volūtatem. Quod ſi quis inteſtatus deceſſerit, & neque filios habuerit, filiaſue, neque nepotes aut neptes, vel deinceps alias perſonas; habeat autem in domo ſua cōcubinam liberam, ex qua etiā filios habuerit: tunc etiam inteſtato patre naturali mortuo duas vncias habeant diuidendas inter eos pro virili portione, & mater eorū vnius filij partē accipiat. et hæc ita ſe habeant, quāuis adgnatus, vel cognatus vel patro

tronus, vel fiſcus inteſtato defuncto patri naturali ſucceſſerint. Sed & ſi concubina ante quam pater moriatur, deceſſerit: nihilominus naturales filij duas vncias inteſtato patre mortuo integras capiant. Idem dicimus, & ſi concubina ſeparata eſt ab eo. Nemo autem intelligat concubinam, quando cum multis mulieribus concumbere concubitor ſolet. Nam quemadmodum qui legitimam vxorem habet, aliam habere durante eodem matrimonio non poteſt: ita & qui vnam concubinam habet, non poteſt aliam eo tempore habere. Nulla autẽ differentia eſt, vtrũ maſculi an feminę ſint, qui quęue ex tali concubinatu progeniti vel progenitæ ſunt. Quod ſi quis inteſtatus deceſſerit, & legitimos liberos reliquerit, & naturales: nihil quidem naturales accipiant, alantur autem a fratribus ſuis, ideſt a legitimis filijs defuncti ſecundum ſubſtantiam, quæ ad eos peruenit ex patre, quem-

admo

alimoniam eis parentes vel fratres debent. Constantini autem Diuę memoriæ lex ad Gregorium rescripta penitus euacuetur.

NOV. XC.

NVLLIVS recipiatur testimoniũ, nisi eius qui sit bonæ opinionis; quem vel dignitas cõmendet, vel militia, vel vitæ honestas, vel artis laudabilis titulus, vel etiã aliorum testium vox de bona vita eius consentiens. Alius autẽ testis si vilissimus in iudicio productus fuerit: liceat iudici si hoc existimauerit, & tormẽtis eum subicere in hac quidẽ florentissima vrbe per Prætoris officium, in prouincijs autem per Defensorem ciuitatis. I.

SI quis autem scripserit se debere alicui pecuniam; postea autem dicat se sine scriptis eam soluisse: non audiatur, quamuis testes produxerit, nisi secundũ obseruationẽ Constitutionis II.

tionis noſtræ. Si tamẽ teſtes duorum alterũ dicant, vel quod præſentibus ipſis & ad hoc ipſum rogatis debitor creditori pecuniã ſoluit, vel quod ad hoc ipſum accepti audierunt creditorem dicentem pecuniam ſibi ſolutam fuiſſe. Non enim admittimus teſtimonia eorum, qui dicere ſolent tranſeuntes ſe audiſſe aliquem dicentem pecuniam ſibi ſolutam eſſe. Sed nec tabulariorum præſentia ſola ſufficit, niſi teſtes quoq. rogati ſubſcripſerint; & ipſa principalis perſona ſi litteras ſciat, ſuas depoſitiones per ſcripturã declarauerit: ſed & in hoc caſu ſiquidem bonæ opinionis teſtes inuenti fuerint, recipiantur. Sin autem viliſsimi homines ſunt, qui & pecunia corrumpi facile poterunt, & periurare non timebunt; tormentis ſubiciantur. Sin autem teſtes contraria ſibi dicant: oportet iudicem ſi contrarietatem teſtimoniorum perſpexerit in ipſis conſtitutam, quæ totam cauſam cõtineat: reprobare eos.

plu-

plurium autem & bonorum testimonia suqui, & eos qui contraria sibi dixerint, si quidem per errorem, cum venia dimittere: sin autem per astutias aliquas tormentis subicere.

SI quis in vna eademq. lite testes ter produxerit; & renũtiauerit testiũ productioni; & exceperit testimonia vel ipsa, vel perscriptiones aduersarij sui: postea non concedatur quartam productionem testium facere. Enimuero si non exceperit, neque ipsa testimonia, neq. perscriptiones aduersarij sui: liceat ei quarta vti productione testium. ita tamen vt iuret prius neque se excepisse, neq. procuratorem suum, vel patronum, vel alium hominem suum; nec aliquo dolo vel arte vel calliditate quartã productionẽ desiderare. Hoc amplius & si semel aut bis produxerit testes, & renũtiauerit productionib. ac postea velit producere; non audiatur, nisi in eo casu, vbi neq. testimonia excepit, neq. perscriptiones aduersarij sui; III.

sui; quamuis diuina iussio dederit ei licentiam producendi.

IIII. ANTIQVITVS est constitutum, vt si in hac florētissima ciuitate litigium fuerit motum, & adhuc causa pendente opus fuerit testium productione: testes autē in prouincia degerint: vt illuc actis interueniētibus mittātur partes siue procuratores earum, & apud Defensorē ciuitatis testes producti dicant ea quæ sciunt: & postea in hanc ciuitatem acta mittātur, & cōpetenti calculo a iudice causa terminetur. Idem iubet Constitutio obtinere, & si in prouincia litigiū fuerit motū, & testes in hac degerint ciuitate, vel in alia prouincia. actis enim interueniētibus apud quemuis eloquentissimū iudicē testes producantur. vel si in alia prouincia testes sint, apud Defensorē acta consistant, & signata præstētur vel ei, qui produxit, vel aduersario eius. nec quasi excipienti denegetur iterū ei testes producendi licentia. Hæc autē in pecuniarijs

niarijs cauſis optineant: nam in criminalibus cauſis ipſæ perſonæ teſtiũ neceſſariæ ſunt.

SI teſtis productus ſeruus eſſe dicatur, ille autẽ dicat ſe liberum eſſe: ſi quidem ingenuum; ſcribatur quidem teſtimonium ipſius; poſtea autẽ ſi probatus fuerit ſeruus, nullius momenti ſit. Sin autem libertinũ ſe eſſe dixerit: ſi quidem inſtrumentum manumiſsionis ſuæ oſtenderit, dicat teſtimonium. Sin autem in alio loco dicat inſtrumenta ſui ſtatus habere: ſcribatur quidem teſtimonium eius, poſtea autẽ ſi non produxerit inſtrumenta, nullius momenti ſit. V.

SI quis dixerit teſtẽ productũ inimicum ſuum eſſe: ſi quidem ex criminali cauſa; omnino non dicatur teſtimonium. Sin autẽ ex alia occaſione; dicatur quidem teſtimoniũ eius, ſed præſcriptio ei opponatur. VI.

SI quis mediatorem ſe partium dixerit, ideoque ſe non oportere inuitum teſtimonium in alterutrũ eorum dice VII.

dicere; illi autem cõsenserint, vt producatur: consequens est, vt in hoc casu etiam inuitus testimonium dicat.

VIII. TESTIVM productio apud iudicem vel Defensorem vel Magistrum Census non aliter valeat, nisi præsente quoq. aduersaria parte, vel contumaciter non veniente, scilicet vt & hic salua præscriptio ei competat, quam opponendam existimauerit. Contumaciter autẽ non videtur abesse, qui ex necessitate abfuit: forte enim intra septa sanctorum fuerat.

OMNIA autem iura, quæ posita sunt iam vel a retro principibus, vel a nobis de testib. maneant intacta. Hanc autem legem tenere volumus in futurum tempus.

NOV. XCI.

I. QVAEDAM MVLIER Titia nomine Mæuio copulata est, & dotem dedit, & liberos ab eo procreauit: postea mortua Titia Mæuius

uius secundã vxorem duxit Semproniam, & mortuus est: quæritur vtrum liberi prioris vxoris dotẽ matris suæ prius recipere debeant; an magis secunda vxor in dote sua validiora iura prætendere? Et ita distinguimus, vt si quidem res dotales existant siue prioris siue posterioris sint; omnimodo eas dominus vindicare potest. Sin autem vel consumptæ sint, vel deminutæ: præferantur secũdę mulieri liberi ex priore matrimonio nati; vel etiã ipsa prima vxor, si forte repudio primæ nuptiæ solutæ sunt. Idem dicimus, si liberi secundę mulieris cum priore vxore, vel liberis eius litigẽt. In summa enim dicimus, & priori matrimonio hypothecarum priuilegia validiora præstamus, vbi ipsa mulier agit, vel liberi eius ex eo matrimonio nati. Liberorum autẽ appellatione omnes descẽdentes cõplectimur. Quod nõ per innouationẽ a nobis introductũ est, sed magis per interpretationẽ priorũ Cõstitutionũ.

II. SI mulier dotem pro se promiserit vel alius pro ea siue protecticiã siue aduẽticiã: postea autẽ vel ipsa mulier vel promissor dotis paratus sit, id quod promisit dare; & hoc ipsum testatione cõplectatur; & vel optulerit res, vel deposuerit si mobiles sint vel in iudicio * ex vna parte iudicẽ adeat, & missis ab eo hominib. maritus distulerit dotẽ accipere; posteaq. solutũ matrimonium fuerit: sic intelligatur, maritus quasi dotẽ accepisset. Ideoq. si quid de ante nuptias donatione accipere mulierem oportet, hoc omnimodo accipiat, quãuis nullam dotem dedit: quia per maritũ stetit, quo minus eam susceperit.

NOV. XCII.

SI PATER habuerit filios duos pluresue; & vni ex his donare res suas voluerit: non liceat ei vltra bessem substantiæ suæ donare, vel vltra dimidiam secundum liberorũ numerum

rum: vt ceteri liberi modis omnibus legitimam portionem, ideſt Falcidiã accipiant: quam haberent, ſi tertiam partem vel dimidiam eo tempore acciperent, ante quã donatio facta ſit, ſcilicet niſi ingrati fuerint. nã ſi probatæ ſint ingratitudinis cauſæ, priſtinis legibus ſubiciantur.

NOV. XCIII.

SI QVIS appellauerit, & appellatione introducta apud Præfectum Prætorio, vel apud quemuis aliũ iudicem, cõpromiſſarios arbitros elegerit cum aduerſario ſuo: nõ ſit excluſus venire iterum ad appellatorium iudicium, quamuis biennium fuerit tranſactum. Quod ſi poſtquam a cõpromiſſario receſſum eſt, biennium tranſierit: dicimus priorem calculũ eſſe firmum, & appellatorium iudicium non exerceri. Cetera autem omnia iura, quæ de prouocationib. poſita ſunt, in ſuo robore permaneãt.

NOV. XCIIII.

SI MATER marito defuncto filiorum suorum tutelam gubernare maluerit: renuntiet secundis nuptijs sine iureiurando in iudicio, res autē suas impuberi filio obliget; atq. ita tutela ei committatur siue creditrix sit filiis, siue debitrix. Idem & in filiabus dicimus.

Hæc autem obseruari procuret tā Præfectus Vrbis, quam Prætor, & in prouincijs Præsides. et diligenter inuentaria cōscribantur præsente scriba, & alijs publicis personis secundū consuetudinem; & satisdationes idoneæ exigātur, vt res salua pupilli fiat.

NOV. XCV.

SI QVIS ciuilis vel militaris iudex adhuc in magistratu suo positus, sine iussione diuina prouinciā, quam sortitus est, derelinquerit: reus sit maiesta

testatis; & reducatur in illam prouinciam, de qua fugit; & postquam accusatorib. satisfecerit; vltimo supplicio puniatur. Sin autem magistratus esse desierit: quinquaginta dies ibi faciat; & publice appareat; & volentibus aduersus se agere respondeat; & metropolitana ciuitate nō exeat ante quam quinquaginta dies fuerint transacti. Vbi autem successor alicui magistratui a nostra pietate mittitur, nō antea desinat esse magistratus ille, qui prior est, nisi ante duos dies, quam in prouinciam successor venerit. Tunc enim & amicalē epistolam mitti præcipimus, & publicas annonas vsq. ad hoc tempus decessor accipiat.

NOV. XCVI.

NON ALITER reus actori respondeat libellum accusationis mittenti, nisi prius ille cauerit reo atq. litis executori: quod intra duos I.

menſes conteſtationē litis apud iudi cē facturus ſit; alioquin damnū in duplum ſe reo reſtituturum. Cautio autem triginta ſex ſolidorum quantitatem non excedat.

II. SI quis ab aliquo fuerit accuſatus, & voluerit ipſum accuſatorem ſuum accuſare: apud eundem iudicem hoc faciat. nam apud alium iudicem eum trahere non poteſt. Quod ſi iudex ei diſpliceat; licebit ei recuſare eum ante litis conteſtationem in viginti dierū relaxamento. Poſt litis enim conteſtationem recuſare eum iudicem non poteſt, nec actorem in alio iudicio trahere.

NOV. XCVII.

I. DONATIONVM quæ propter nuptias fiunt, parē volumus eſſe quantitatem doti mulieris. item pacta & ſtipulationes in dote & propter nuptias donatione pari modo componantur. Hoc autem capitulū

in

in futuro quoq. tempore teneat.

SI mulier dotem suam augere ma- II.
luerit: non aliter hoc facere possit; nisi maritus quoque propter nuptias donationem pari quantitate augere paratus sit. Quod si creditores maritus habeat: augere mulier dotem suã debet in rebus immobilib. Quod si res mobiles dederit: sciat se priuilegium dotis in rebus mariti sui nõ habituram. Sin autem nullum creditorem maritus habeat eo tempore, quo dotem suam mulier augebat: habeat priuilegiũ, quod dotibus in hypothecaria actione præstitum est.

SAEPISSIME relatũ est eum, III.
qui pecuniam præstat ad comparandam rem vel renouandam, vel faciẽdam, validiora iura in hypothecis habere in ipsa, quã priores creditores. Sed hoc in dotibus non obseruetur. Nam dotẽ pręcipimus ei quoq. præferri, qui postea pecuniam dedit marito ad aliquã rem comparãdam, vel renouandam, vel etiam faciendam.

IIII. SI quis marito mutuam pecuniã dederit militiæ causa; & inter eos fuerit pactum, vt in casum militiæ creditor anteriora iura alijs creditorib. habeat: id quod actum est teneat, vt etiam doti talis creditor præferatur; si tamen hoc & in scriptis processerit, & testium habeat subscriptionẽ, & ex ipsa veritate confirmetur.

V. SI quis pro filia sua dotem dederit verbi gratia triginta librarum auri; postea genero defuncto, & dote ad eum reuersa filiam velit alij copulare: prohibeatur minorem quantitatem dotis nomine pro ea præstare. quamuis ex priore matrimonio lucrata est filia ob antenuptias donationẽ quindecim libras auri. nisi forte pater probauerit fortuito quodam casu substantiam suam deminutam fuisse.

VI. QVAEDAM mulier defuncto patre suo exigebatur, vt dotem suam conferret, si vellet hereditatem paternam suscipere. Dicebat autem

ino

inopem esse maritum suum; & nihil ab eo exigi posse. Contradicebatur ei, quod oporteret inopiam mariti ad damnum ipsius respicere. Quæsitū est, quid iuris sit? Et dicimus, si quidem mulier sui iuris erat, culpā eius esse: quia poterat eo tempore, quo viderat maritum suum pauperiorem, statim aduersus eum & constante matrimonio dotis actionem mouere, & res dotales consequi. Nam & propter nuptias donationis res etiā constante matrimonio vindicare potest, si viderit maritum ad paupertatē inclinantem, scilicet & si non minor erat mulier mater familias viginti quinque annis. Sin autem filiafamilias fuerat: debet patri suo dicere, vt cum eo agat. Et si quidem egit, salua res est: si autem patet agere supersederit: inopia mariti ipsi & coheredibus eius imponatur; & habeant omnes communiter actiones contra maritum, & quod potuerint cōsequi in commune deducatur. Hæc autē to-

totiens vera sunt, quotiens dotis quã titas ampla non sit. Si enim ampla fuerit; & cessante patre liceat filiefamilias constante matrimonio cõtra maritum dotis actionem mouere. et si non mouerit, ad ipsam futuri tẽporis periculum spectet. Ea autem obtinere volumus in omnibus personis, in quibus collatio dotis exigitur siue filiabus, siue neptibus, & deinceps personis volẽtibus hereditatẽ amplecti tã patris sui, quã matris, aui, vel auiæ, & superiorum personarum.

NOV. XCVIII.

1. SI MARITVS mortua vxore, vel vxor defuncto marito dotẽ vel ante nuptias donationem lucratus vel lucrata fuerit: modis omnib. proprietatẽ liberis suis ex ipso matrimonio conseruet: vsumfructum autẽ nuptialium lucrorum habeat ipse vel ipsa, siue ad secũdas nuptias migrauerit, siue nõ. idq. optineat in omnib. matri

mo

monijs quæ post hac fuerint dissoluta quocũq. modo, vel si antea quidẽ soluta sunt, sed adhuc in suspẽso causa est alterutra persona viuente. Si enim ambo mortui sunt, heredibus eorum hęc Constitutio nõ prosit; sed veterib. legib. subiciãtur. Cum autẽ dominiũ rerum liberorum esse cœperit; ea iura locũ habere certũ est, quæ de his rebus posita sunt, quar. proprietatem liberi lucrati sunt parentibus suis secũdas contrahẽtibus nuptias. II.

SI repudio misso matrimoniũ solutũ sit culpa vxoris vel mariti; & vel ille dotẽ, vel illa propter nuptias donationem lucratus lucrataue fuerit: liberis quidẽ proprietas statim cõpetat, vxori vel marito rerum vsusfructus. Ea autem persona, quæ vsumfructum habet, liberos alere debet. Sed si bona gratia matrimonio soluto, quasi trãsactionis nomine alterutra persona aliquid acceperit: nihilominus eius proprietatem quidem liberi habeant, parẽs autẽ vsumfructũ.

DAT.

DAT. *K. IVLIAS. CP. IMP. DN. IVSTINIA. PP. AVG. ANN. XIV. IVSTINOV. C. COS.

NOV. XCIX.

SI QVI DVO rei promittendi fuerint: vel alter pro altero fideiubeat, & inuicem: si quidem additum non fuerit, vt vnusquisq. ex his in solidum teneatur: tũc pro portione sua sit obligatus. Sin autem additum sit, vt singuli in solidum teneãtur; si quidem omnes vel quidam ex his soluẽdo sint, & præsentes fuerint: in ipsos actio competat. Onus autem inopiæ præmissoris, vel absentiæ præsentes & locupletes promissores sustineant. Iubemus autem eos qui præsto sunt, a competente iudice compelli communiter agenti stipulatori respondere. vt vbi cognoscatur si locupletes sint an non, communiter condemnentur, & qui soluẽdo sunt, onera inopiæ aliorum sustineant. Quod

si iu

si iudex aditus magistratus non est: per competentem magistratum hoc impetret. Hæc autē in futuris opti neant casib.

NOV. C.

SI MVLIER pro se dotale instrumentum conscripserit, vel pater, vel quiuis alius pro ea; posteaq. vel repudio vel morte solutum fuerit matrimonium: si quidem ante quam biē nij tempus impleatur; liceat marito vel heredibus eius non numeratæ pecuniæ dotis intra annum ex tempore soluti matrimonij numerandum querimonia vti. Quod si supra duos annos intra decennium tamen matrimonium solutum fuerit: intra tres mēses maritus vel heres eius eadem querimonia vtetur. Decennio autē cōpleto modis omnibus si nulla querimonia vsus est, videatur dotem accepisse. et si minor viginti quinq. annis maritus fuerit, non plus quā duodecim

decim annos in restitutionē habeat

Sin autem intra hoc tempus decesserit: heredes ipsius vnum annum habeant, si legitimæ ætatis sint. Sin autem minores sint, quinquennium habeant. nulla discretione interposita vtrum is, qui decesserit, minor fuerit, an maior viginti quinq. annis. Ille autē debet non numeratæ dotis querimonia vti, qui scriptus est dotem suscepisse: & siue legitimā habeat ætatem, siue minor sit: secūdum sua tempora negotium dirimetur. Querimoniam autem fieri oportet non nuda denūtiatione, sed in scriptis. Quod si & in iudicio instruatur: omnimodo oportet mulierē certiorari: alioquin si eam non certiorauerit, vel patrem ipsius: nihil videatur maritus egisse.

HAEC Cōstitutio ad futura matrimonia pertinet. Nam in his, quæ adhuc cōstant, illa præcipimus obseruari: vt si quidē residuū decenniū sit; vel nōminus biēnio; id tēpus habeat in querimonia, quæ ei & transmissio

nem

nem præstat. Sin autē minus biennio residuum tempus fuerit, vel forte transactum est totum decenniū: tunc ipsi quidē biennium habeāt, heredes autem eorum tres menses postquam nuptiæ solutæ fuerint.

NOV. CI.

LICEAT curiali non solum curialē patriæ suę heredē scribere, sed etiam non curialem alicuius ciuitatis; siue cognatus sit, siue extraneus; aut in totum, aut in parte non minus nouē vncijs. ita tamē vt curialis fiat, & curialia munera impleat non tantum ipse, sed etiam liberi eius; quasi ab initio pater curialis fuisset. Sed & si curialis testamentum non fecerit; existat autem cognatus ipsius siue curialis, siue non; & sit paratus curialia munera implere: habeat successionem ipsius; & liberi eius curiales esse videātur; & nullā patiatur in quietudinē siue de nouē vncijs, siue dę I.

de quarta portione. quia sic videtur, quasi curialis ab initio natus esset.

II. SED & si quis donauerit alicui non minus noue vncijs res; & postea ille paratus sit curialia munera implere cum liberis suis & sua substantia: liceat hoc facere. quia nihil interest, vtrum curiali suæ ciuitatis aliquis propriã substantiã dat, an eiusdẽ ciuitatis curiali futuro. Cognatus autem extraneus, si intestati curialis cognati successionem voluerit occupare; intra sex mẽses actis interuenientibus suam manifestet voluntatem. SI curialis res suas ita vt diximus, non curiali donauerit: non aliter rerum traditio fiat, nisi in gestis sine damno vllo celebrãdis apud Prę sidem prouinciæ curialia munera cõfiteatur se impleturũ, & liberos suos. Sin autem donator antequam hoc procedat res suas non curiali tradiderit: liceat curiæ vsq. ad nouem vncias res donatas vindicare; nisi is cui donatę sunt, munera curialia subeat.

SI

SI quis ex testamento vel ab intę III.
stato non curialis heres curiali exi-
stat: conueniat curia statim, vt mor-
tuus est curialis, cum Defensore ciui
tatis: & relictam substantiã sine frau
de vlla in inuentario scribat. et præ-
sente religioso Episcopo vna cũ eiusd
dem ciuitatis Defensore signacula
rebus imponantur, curiæq. tradãtur.
ac postea si heres se curiæ dedit, &
substantiam suam, & liberos, actis a-
pud Præsidem sine vllo damno cele-
brandis: tunc res ei reddantur. Sin
autẽ noluerit heres curialis esse, qui
vocatur ab intestato ad successionẽ
defuncti cognati curialis: tres quidẽ
vncias ipse capiat, nouem autem cu-
riæ concedat. Quod si eiusdem gra
dus multi cognati existant: & alij qui
dem esse volunt, alij autem tale onus
recusant: volentibus quidem mune-
ra curialia subire nouem vnciæ præ-
stentur: recusantibus autem tres con
cedantur. Non curialibus enim
ex substantia curialis non plus dari,

quam tres vnciæ possunt.

IV. SI curialis habuerit filiam, eaque nupta fuerit curiali: vel aliquis paratus sit eam vxorem ducere, vt munera curialia impleat: non minus nouē vncijs a paterna substātia capiat. scilicet si aliæ filiæ curialibus nuptæ nō sint; vel his forte nupturæ sunt, qui curiales fieri volunt. Generaliter enim dicimus eas quidem, quæ curialibus nuptæ sunt, non minus accipere nouem vncijs. quæ autem curialibus nec constitutis nec factis coniunctæ sunt, nō plusquam tres vncias habeant. Illud autem dubium non est, quod dominiū quidē nouem vnciarū mulier habet; curialia autē munera maritus ex isdē rebus implere debet. Quod si talis mulier decesserit: si quidem liberos habeat apud ipsos curiales cōstitutos res manebunt. sin autē filiæ sint; si quidē iunctæ sunt curialibus vel nupturæ; ipsæ totū habeant; sin autem non, tres vncias capiant. Quod si neq. filios, neq. filias habuerit:

rit: maritus eius curialis res habeat. Et si quidem ex secũdo matrimonio filios habuerit vel filias curialibus nuptas vel nupturas: ad ipsos vel ad ipsas nouẽ vnciæ pertineant. Quod si nemo sit curialis, nemo curiali nupta, nemo futuro curiali nuptura: nouem vnciæ ad curiam deuoluantur.

CII. CIII. CIIII.

* * *

NOV. CV.

CONSVLES sportularum, & distributionum, aliarumq. impẽsarum nomine ea tantũ cõsumant, quę præsenti lege permissa fuerint. Processiones autẽ ipsius esse volumus septẽ omnes in circo, & in harena, & in theatro. Et prima quidem processio erit Kalendis Ianuarijs: secũda autẽ ea, quæ mappa dicitur: tertia autem ea, quæ θεάτρου κωνήγιον appellatur, vt semel non bis celebretur: quarta

autem ea, quæ μονημέριον dicitur: vbi & quod πάγκαρπον vocant; celebrandum est: quinta autem in theatro id faciat, quod πόρνας dicitur: in sexta autem in circum procedat, & faciat mappam: & in septima processione faciat spectaculum, in quo honorem suum deponat. Vxor autem Consulis decoranda est maritalibus insulis: ideoque & de expensis eius cõpetens descriptio facta est. Quod si non habeat vxorem, matri suæ talem honorem præstet, & si velit. Aliæ autem mulieri non habeat licentiam honorem Consularię dignitatis pręstare. Aurum autem non liceat Consuli spargere, argentum autem liceat, si velit. Si quis autem descriptionem a nobis factam transgrediatur: centum libras auri pœnæ nomine præstet. Aurum autem soli Imperatori liceat spargere. Non licere autem Consulibus maiora vasa spargere.

NOV. CVI.

ISTA CONSTITVTIO de nautico fœnore loquitur: est pro non scripta, quia ab alia posteriore Cõstitutione penitus deleta est, quasi nec scripta, nec promulgata fuisset.

NOV. CVII.

SI QVIS INTER liberos suos vltimam voluntatem componere maluerit: in primis tempus conscribat, postea autem nomina liberorũ suorum sua manu, & vnciarum quantitatem, in quibus heredes eos instituit, non per numerorum notas, sed ita vt litteris numerus exprimatur. Sed & si res aliquas liberis suis relinquere velit: aut ex rebus certis heredes quosdam de liberis instituere maluerit: dicat rerum demonstrationẽ, & manu propria significet, vt nulla postea dubitatio inter liberos fiat. I.

Sin autē extraneis personis, vel vxori suæ legata vel fideicommissa relinquere voluerit; & hoc manu propria scribat, & ante testes nuncupet: & valeat, quod ita actum est, quamuis ceteras testamentorū obseruationes nō habeat. Et si quidē in eadem perseuerauerit voluntate, nihil amplius quæratur. Sin autem dixerit aliquis testatorem pœnituisse: non aliter audiatur, nisi probauerit defunctum postea septem testibus præsentibus dixisse priorem voluntatem suā velle se irritam esse, & forte eam rupisse. Posterius autem testamentum vel in scriptis vel sine scriptis compositum validum est.

II. QVIA autem scimus quosdam rerum suarū inter proprios liberos distributionem facere, & in eadē quoq. liberos eorum subscribere: hoc quoque validum sit, secundum nostræ Constitutionis obseruationem, quā de huiusmodi distributione promulgauimus. Sed & si sine subscriptio

ne

ne liberorum, ipse parens subscribat; & omnia per subscriptionem suam manifesta faciat: id quoque ratum habebitur, quoniã & hoc in antefata Constitutione continetur.

Hæc autem lex in his casibus locũ habebit, quos postea moueri contigerit.

NOV. CVIII.

SI QVIS HEREDEM scripserit, & rogauerit eum id, quod ex hereditate superauerit tempore mortis suæ alijs restituere: nouem quidẽ vncias hereditatis scriptus heres habebit; ita vt quo modo voluerit, eis vtetur; tres autem vncias generali fideicõmissario restituere cogatur; & nullo modo eas deminuat, nisi vel dotis nomine, si aliam substantiam non habeat, vel redemptionis captiuorum causa, vel si egentia laborans, & ex ipsis tribus vncijs viuere se speraverit. Quod si aliam substan-

tiam habens tres istas vncias deminuat; repleatur id, quod deminutum est ex ipsius proprio patrimonio. Sin autem substantia quidem eius nulla appareat; tres autem vncias consumpserit, habens aliud vnde viuere: liceat fideicommissario in rem agere, & hypothecaria actione, vt res pro rata trium vnciarū euincat. Ideoq. conueniens est, vt scriptus heres generali fideicommissario cautionem præstet de tribus vncijs restituendis, nisi forte testator huiusmodi satisdationem siue cautionem specialiter non concesserit. Hæc autem Constitutio locum habeat non solum in futuro tempore, sed etiam in omnibus causis, quæ adhuc pendent. Pendere autem adhuc causa videtur, si non dum scriptus heres decesserit. Nulla autem discretio personarum sit: nam & in liberis, & in cognatis, & in extraneis ea lex locum habebit.

NOV. CIX.

NVLLVS HAERETICVS militet, vel curas publicas gerat. Hæreticos autem dicimus & Nestorianos, & Eutychianistas, & Acephalos, qui Dioscori & Seueri superstitionem secuti sunt, a quibus Manichæi & Apollinarij sacrilegia renouata sunt. Et omnino eos, qui non communicant in ecclesia hæreticos vocamus; quamuis nomen Christianorum vsurpant. Vt tamen orthodoxi plus quã hæretici iuris habeant: sciendũ est mulieribus hæreticis priuilegia in dotibus vel propter nuptias donationib. hypothecarũ, quæ tacita dedimus, denegari, & omnes huiusmodi prærogatiuas. Si autem pœnitentiam egerint, & in ea perseuerauerint: non careant beneficijs nostris. Eaque obseruare procurent nõ solũ religiosissimi Episcopi, sed etiam omnes magistratus & iudices siue maiores, siue minores,

NOV.

NOV. CX.

HAEC Constitutio tollit Constitutionem priorem, quæ de nautico fœnore posita est per innouationem; vt sic accipiatur, quasi omnino nec scripta, nec posita esset, & hoc illud continet.

NOV. CXI.

IVBEMVS vt in negotijs, quæ ante hac triginta annorum remouebat exceptio; nunc venerabilibus ecclesijs, ac monasterijs, & xenonibus, nec non orphanotrophijs, ac brephotrophijs, & ptochijs quadraginta annorũ protelatio conferatur; saluæ scilicet inter alias personas & causas virtute, quã semper tricennalis sibi præscriptio vindicauit. Quoniã hanc decẽ annorum adiectionẽ religiosis locis præstamus: vt personales & hypothecarię actiones in tãto tempore

pore propagentur. Annali autem exceptioni, vel triennali, vel alijs huiusmodi exceptionibus non derogetur. Hæc autem Constitutio & in præteritis temporibus locum habeat; nisi quædam causę amicali transactione, vel iudiciali sententia sopitæ sunt.

HAEC CONSTITVTIO INNOVAT CONSTITVTIONEM QVAE PRAESCRIPTIONEM GENTVM ANNORVM LOCIS VENERABILIBVS DEDERAT. NOV. CXI.

IDEM A. Theodoro.

QVOD MEDICAMENTA morbis, hoc exhibent iura negotijs. Vnde consequitur, vt nonnunquam a iudicio discordet effectus: & quod credebat cõiectura prodesse, experimento inueniatur inutile. Probat igitur hoc præsentis

etiam

etiã neceſsitas ſanctionis, in qua priuilegium ex religioſo proposito ſacroſanctis eccleſijs dei, & monaſterijs, alijſq. religioſis locis Conſtitutione noſtra nuper indultum, neceſſaria correctione diſtinguimus. Dudum ſi quidem inſſeramus ad centũ illis annos exceptionis propagari curricula, per cuius licentiã ſanctionis negotia quidem multa commota ſunt, & velut antiquorum vulnerum obductæ patuerunt iterum cicatrices. Sed eorum ſanitas prouenire nõ potuit; probationum ſcilicet difficultatibus impedita. Quoniam per rãtum ſęculi magis, quam temporis ſpatium, nec documentis integritas, nec actis fides, nec ętas valet teſtibus ſuffragari. Vnde quia largitatis noſtræ cauſarum nõ occurrit anguſtia: cum ratione ſimul ac religione tractãtes prædictum priuilegium vſq; ad poſſibilem modum deducere experimento retraximus. Et iubemus in negotijs, quæ ante hac triginta annorum

remouebat exceptio; nunc venerabi
libus ecclesijs, monasterijs, & xenoni
bus, nec non orphanotrophijs ac bre
photrophijs, & ptochijs quadraginta
annorum protelatio cõferatur; salua
scilicet circa alias personas & cau-
sas virtute, quam semper tricennalis
sibi præscriptio vindicabat. Quoniã
hanc decem annorum adiectionem
solis, vt dictum est, religiosis locis, eo-
rumque iuri vel contractib. indulge-
mus: vt sopitæ hoc temporis spatio tã
personales, quã hypothecariæ actio-
nes in perpetuum conquiescant. ni-
hil penitus alijs exceptionibus dero-
gãtes, sed tam in annuis, quã in trien
nio vim roburq. tenentibus. In illis
namq. vt dictum est, tantum negotijs
religiosos contractus memorato qua
draginta annor. priuilegio volumus
perfrui, in quibus eis centum anno-
rum prærogatiuam Constitutio no-
stra cõtulerat. Si quas plane causas
ante hanc nostram Constitutionem
ab ecclesijs ceteriscq. sacris locis vbi-
cum-

cumq. commotas iudicialis sentẽtia, aut transactionum conuentio terminauit: nolumus refricari; sed in reliquum illis hãc obici sanctionẽ; quas ante hac sopitas octo lustrorum silentio moueri hactenus aut motas terminari non contigit. Illustris igitur & magnifica auctoritas tua; quæ per hanc generalẽ legem nostra statuit æternitas: edictis propositis ad omnium notitiam faciat peruenire.
DAT. K. IVN. CP. IMP. DN. IVSTIN. PP. A. ANN. XV. BASILIO. V. C. COS.

NOV. CXII.

1. RES MOBILES VEL se mouentes vel immobiles litigiosas volumus appellari, quarum de dominio apud iudicem inter actorem & possessorẽ quæstio orta est aut iudiciali admonitione, aut per preces Imperatori porrectas, & apud iudicẽ intimatas, ac per ipsum aduersario

ſatio litigatori manifeſtatas. Nam ſecundum talem diſtinctionē & Cō-ſtitutionē noſtrā intelligi volumus, in qua cautum eſt de ſciēte vel ignorante emptore. Si quis autem pluribus heredibus derelictis deceſſerit; & illi cum alijs hereditarijs rebus rē litigioſam diuiſerint: id quod factum eſt lege nō reprobetur. nō enim recte videtur alienatio eſſe inter coheredes facta diuiſio. Si quis autem rem litigioſam legauerit; euētum litis videatur legaſſe: vt ſi quidem heres vicerit, legatum accipiat legatarius; ſin autem victus fuerit; nihil accipiat. Ideoque libera licentia legatario datur adeſſe in iudicio, vt nulla negligentia, vel conluſio ab here de committatur. De hypothecis autem quæſtio rem litigioſam non facit. Nam & ſi ſpecialiter hypothecæ nomine res obligata eſt: tamen vendere eam debitor nō prohibetur. ita tamē vt ex quātitate pretij creditori debitum perſoluatur: aut ſi hoc fa-

factum nō fuerit; liceat creditori hypothecariam actionē mouere, & rem sibi subpositam vindicare; donec satisfiat. scilicet vt creditoribus anteriora iura habentibus secūdum priores leges temporum prærogatiuæ reseruentur. Ex his apparet multo minus litigiosam rem vocari eam, quæ generaliter hypothecarū titulo obligata est.

II. SI iudex aliquem teneri voluerit; talem condicionem in sua interlocutione debet inferere: vt non aliter libellus accusationis reo detur, vel sportulæ ab eo exigantur; nisi prius actor in libello subscripserit vel sua manu, vel per tabularium, & monumentis interuenientibus fideiussorē præstet idoneum periculo officij promittētem, quod actor & obseruabit in iudicio, & exercebit suas actiones; & si postea ostendatur iniuste litem mouisse sumptuum nomine decimam partem dabit quantitatis, quæ libello comprehensa est, vt eam is

qui

qui accusatus fuit accipiat. Sin autem dicat se non habere fideiussorẽ: sanctis euangelijs propositis iuret, quod nõ potest dare fideiussorem; ac postea iuratoriæ cautioni committatur, in qua promittere debet ea, quæ supra scripta sunt. Quod si alio modo factũ fuerit: nullũ respõsum dare litis executori reũ concedimus. et si aduersus ea factũ fuerit, iudex quidẽ cum officio suo denarum librarum auri pœna multetur, executor autem litis publicatione suæ substãtię punitus, in exilium per quinqueniũ mittatur. Pœnæ autẽ ex hac lege inrogatæ periculo Comitis Rerum Priuatarum fisco nostro inferantur. Quidquid autem ex hac inlicita conuentione detrimenti reus passus est, resarciatur ei ex substantia actoris periculo iudicis eius, a quo executor missus ast. Excipimus autem ab huiusmodi pœnis illa litigia, quæ ex consensu litigatorum in iudicijs ventilantur.

III. SI quis per iudicialem admonitionem, vel preces Imperatori porrectas, & apud iudicē intimatas, ac per eum aduersario manifestatas, & sub legitima disceptatione iudicis factas rerum inligauerit: non liceat ei recedere a iudicio, & negotium suspensum deserere. Quod si hoc fecerit actor: liceat reo petere a iudice, apud quem lis cōtestata est, vt admoneatur actor, vt veniat in iudicium, vel procuratorē legitimum mittat. Quod si nec ipse venerit, nec procuratorem miserit: vocetur per tria edicta per interuallum in singulis nō minus triginta dierū. Nam ordinarios iudices non solum prēconijs, sed etiā propositionibus edictorum absentes partes vocare iubemus. Iā oponendi autem edicta licentiam & illis iudicib. damus, qui ex principali iussione facti sunt iudices. Hæc si litis cōtestatio facta est. Sin autem sola admonitio, & precum intimatio, atque manifestatio facta est tantum, deinde

actor

actor negotium deseruit: liceat reo similiter iudicē adire, & petere, vt tria edicta proponantur. et si propositis eis actor neque venerit, neque procuratorem legitimum miserit, habeat indutias vnius anni. Et si non venerit: licentiam damus iudici & ab vna parte reo solo præsente litem audire; & legibus consentaneum calculum proferre. Quod si intra prædictum annum peruenerit; & suas actiones exercere maluerit: nō antea eum suscipiat iudex, quam impensas reo præstet; ita tamen vt a iudicio iterum non recedat. Alioquin si hoc fecerit, & annus transactus sit; careat actionibus suis.

Illam autem regulam, qua cautum est neminem inuitum agere compelli, tunc locum habere volumus; cum res integra est, & actor aduersarium suum teneri non fecerit. Hanc autem Constitutionem in his casibus volumus obseruari, qui nec iudiciali senten-

Sin autē extraneis personis, vel vxori suæ legata vel fideicommissa relinquere voluerit; & hoc manu propria scribat, & ante testes nuncupet: & valeat, quod ita actum est, quamuis ceteras testamentorū obseruationes nō habeat. Et si quidē in eadem perseuerauerit voluntate, nihil amplius quæratur. Sin autem dixerit aliquis testatorem pœnituisse: non aliter audiatur, nisi probauerit defunctum postea septem testibus præsentibus dixisse priorem voluntatem suā velle se irritam esse, & forte eam rupisse. Posterius autem testamentum vel in scriptis vel sine scriptis compositum validum est.

II. QVIA autem scimus quosdam rerum suarū inter proprios liberos distributionem facere, & in eadē quoq. liberos eorum subscribere: hoc quoque validum sit, secundum nostræ Constitutionis obseruationem, quā de huiusmodi distributione promulgauimus. Sed & si sine subscriptione

ne liberorum, ipse parens subscribat; & omnia per subscriptionem suam manifesta faciat: id quoque ratum habebitur, quoniã & hoc in antefata Constitutione continetur.

Hæc autem lex in his casibus locũ habebit, quos postea moueri contigerit.

NOV. CVIII.

SI QVIS HEREDEM scripserit, & rogauerit eum id, quod ex hereditate supererit tempore mortis suæ alijs restituere: nouem quidẽ vncias hereditatis scriptus heres habebit, ita vt quo modo voluerit, eis vtetur; tres autem vncias generali fideicõmissario restituere cogatur; & nullo modo eas deminuat, nisi vel dotis nomine, si aliam substantiam non habeat, vel redemptionis captiuorum causa, vel si egentia laborans, & ex ipsis tribus vncijs viuere se speraverit. Quod si aliam substan-

tiam habens tres istas vncias deminuat; repleatur id, quod deminutum est ex ipsius proprio patrimonio. Sin autem substantia quidem eius nulla appareat; tres autem vncias consumpserit, habens aliud vnde viuere: liceat fideicommissario in rem agere, & hypothecaria actione, vt res pro rata trium vnciarũ euincat. Ideoq. conueniens est, vt scriptus heres generali fideicommissario cautionem præstet de tribus vncijs restituendis, nisi forte testator huiusmodi satisdationem siue cautionem specialiter non concesserit. Hæc autem Constitutio locum habeat non solum in futuro tempore, sed etiam in omnibus causis, quæ adhuc pendent. Perdere autem adhuc causa videtur, si non dum scriptus heres decesserit. Nulla autem discretio personarum sit: nam & in liberis, & in cognatis, & in extraneis ea lex locum habebit.

NOV. CIX.

NVLLVS HAERETICVS militet, vel curas publicas gerat. Hæreticos autem dicimus & Nestorianos, & Eutychianistas, & Acephalos; qui Dioscori & Seueri superstitionem secuti sunt, a quibus Manichæi & Apollinarij sacrilegia renouata sunt. Et omnino eos, qui non communicant in ecclesia hæreticos vocamus; quamuis nomen Christianorum vsurpant. Vt tamen orthodoxi plus quã hæretici iuris habeant: faciendũ est mulieribus hæreticis priuilegia in dotibus vel propter nuptias donationib. hypothecarũ, quæ tacita dedimus, denegari, & omnes huiusmodi prærogatiuas. Si autem pœnitentiam egerint, & in ea perseuerauerint: non careant beneficijs nostris. Eaque obseruare procurent nõ solũ religiosissimi Episcopi, sed etiam omnes magistratus & iudices siue maiores, siue minores,

NOV.

NOV. CX.

HAEC Constitutio tollit Constitutionem priorem, quæ de nautico fœnore posita est per innouationem: vt sic accipiatur, quasi omnino nec scripta, nec posita esset, & hoc illud continet.

NOV. CXI.

IVBEMVS vt in negotijs, quæ ante hac triginta annorum remouebat exceptio; nunc venerabilibus ecclesijs, ac monasterijs, & xenonibus, nec non orphanotrophijs, ac brephotrophijs, & prochijs quadraginta annorũ protelatio conferatur: saluæ scilicet inter alias personas & causas virtute, quã semper tricennalis sibi præscriptio vindicauit. Quoniã hanc decẽ annorum adiectionẽ religiosis locis præstamus: vt personales & hypothecariæ actiones in tãto tempore

pore propagentur. Annali autem exceptioni, vel triennali, vel alijs huiusmodi exceptionibus non derogetur. Hæc autem Constitutio & in præteritis temporibus locum habeat; nisi quædam causę amicali transactione, vel iudiciali sententia sopitæ sunt.

HAEC CONSTITVTIO INNOVAT CONSTITVTIONEM QVAE PRAESCRIPTIONEM CENTVM ANNORVM LOCIS VENERABILIB. DEDERAT. NOV. CXI.

IDEM A. Theodoro.

QVOD MEDICAMENTA morbis, hoc exhibent iura negotijs. Vnde consequitur, vt nonnunquam a iudicio discordet effectus: & quod credebat cõiectura prodesse, experimento inueniatur inutile. Probat igitur hoc præsentis

etiam

remouebat exceptio, nunc venerabi libus ecclesijs, monasterijs, & xenonibus, nec non orphanotrophijs ac brephotrophijs, & ptochijs quadraginta annorum protelatio cõferatur; salua scilicet circa alias personas & causas virtute, quam semper tricennalis sibi præscriptio vindicabat. Quoniã hanc decem annorum adiectionem solis, vt dictum est, religiosis locis, eorumque iuri vel contractib. indulgemus: vt sopitæ hoc temporis spatio tã personales, quã hypothecariæ actiones in perpetuum conquiescant. nihil penitus alijs exceptionibus derogãtes, sed tam in annuis, quã in trien nio vim roburq. tenentibus. In illis namq. vt dictum est, tantum negotijs religiosos contractus memorato quadraginta annor. priuilegio volumus petfrui, in quibus eis centum annorum prærogatiuam Constitutio nostra cõtulerat. Si quas plane causas ante hanc nostram Constitutionem ab ecclesijs ceterisq. sacris locis vbi-

cum-

cumq. commotas iudicialis sentẽtia, aut transactionum conuentio terminauit: nolumus refricari; sed in reliquum illis hãc obici sanctionẽ; quas ante hac sopitas octo lustrorum silentio moueri hactenus aut motas terminari non contigit. Illustris igitur & magnifica auctoritas tua; quæ per hanc generalẽ legem nostra statuit æternitas: edictis propositis ad omnium notitiam faciat peruenire. DAT. K. IVN. CP. IMP. DN. IVSTIN. PP. A. ANN. XV. BASILIO. V. C. COS.

NOV. CXII.

1. RES MOBILES VEL se mouentes vel immobiles litigiosas volumus appellari, quarum de dominio apud iudicem inter actorem & possessorẽ quæstio orta est aut iudiciali admonitione, aut per preces Imperatori porrectas, & apud iudicẽ intimatas, ac per ipsum aduer

sario

sario litigatori manifestatas. Nam secundum talem distinctionē & Cō-stitutionē nostrā intelligi volumus, in qua cautum est de sciēte vel ignorante emptore. Si quis autem pluribus heredibus derelictis decesserit; & illi cum alijs hereditarijs rebus rē litigiosam diuiserint: id quod factum est legē nō reprobetur. nō enim recte videtur alienatio esse inter coheredes facta diuisio. Si quis autem rem litigiosam legauerit; euētum litis videatur legasse: vt si quidem heres vicerit, legatum accipiat legatarius; sin autem victus fuerit; nihil accipiat. Ideoque libera licentia legatario datur adesse in iudicio, vt nulla negligentia, vel conlusio ab here de committatur. De hypothecis autem quæstio rem litigiosam non facit. Nam & si specialiter hypothecæ nomine res obligata est: tamen vendere eam debitor nō prohibetur. ita tamē vt ex quātitate pretij creditori debitum persoluatur: aut si hoc

fa-

factum nō fuerit; liceat creditori hypothecariam actionē mouere, & rem sibi subpositam vindicare, donec satisfiat. scilicet vt creditoribus anteriora iura habentibus secūdum priores leges temporum prærogatiuæ reseruentur. Ex his apparet multo minus litigiosam rem vocari eam, quæ generaliter hypothecarū titulo obligata est.

II. SI iudex aliquem teneri voluerit, talem condicionem in sua interlocutione debet inserere: vt non aliter libellus accusationis reo detur, vel sportulæ ab eo exigantur, nisi prius actor in libello subscripserit vel sua manu, vel per tabularium, & monumentis interuenientibus fideiussorē præstet idoneum periculo officij promittētem, quod actor & obseruabit in iudicio, & exercebit suas actiones; & si postea ostendatur iniuste litem mouisse sumptuum nomine decimam partem dabit quantitatis, quæ libello comprehensa est, vt eam is

qui

qui accusatus fuit accipiat. Sin autem dicat se non habere fideiussorē: sanctis euangelijs propositis iuret, quod nō potest dare fideiussorem; ac postea iuratoriæ cautioni committatur, in qua promittere debet ea, quæ supra scripta sunt. Quod si alio modo factū fuerit: nullū respōsum dare litis executori reū concedimus. et si aduersus ea factū fuerit, iudex quidē cum officio suo denarum librarum auri pœna multetur, executor autem litis publicatione suæ substātię punitus, in exilium per quinqueniū mittatur. Pœnæ autē ex hac lege inrogatæ periculo Comitis Rerum Priuatarum fisco nostro inferantur. Quidquid autem ex hac inlicita conuentione detrimenti reus passus est, resarciatur ei ex substantia actoris periculo iudicis eius, a quo executor missus ast. Excipimus autem ab huiusmodi pœnis illa litigia, quæ ex consensu litigatorum in iudicijs ventilantur.

III. SI quis per iudicialem admonitionem, vel preces Imperatori porrectas, & apud iudicē intimatas, ac per cum aduersario manifestatas, & sub legitima disceptatione iudicis factas rerum inligauerit: non liceat ei recedere a iudicio, & negotium suspensum deserere. Quod si hoc fecerit actor: liceat reo petere a iudice, apud quem lis cōtestata est, vt admoneatur actor, vt veniat in iudicium, vel procuratorē legitimum mittat. Quod si nec ipse venerit, nec procuratorem miserit: vocetur per tria edicta per interuallum in singulis nō minus triginta dierū. Nam ordinarios iudices non solum prēconijs, sed etiā propositionibus edictorum absentes partes vocare iubemus. *l*ª oponendi autem edicta licentiam & illis iudicib. damus, qui ex principali iussione facti sunt iudices. Hæc si litis cōtestatio facta est. Sin autem sola admonitio, & precum intimatio, atque manifestatio facta est tantum, deinde

actor

actor negotium deseruit: liceat reo si militer iudicē adire, & petere, vt tria edicta proponantur. et si propositis eis actor neque venerit, neque procuratorem legitimum miserit, habeat indutias vnius anni. Et si non venerit: licentiam damus iudici & ab vna parte reo solo præsente litem audire; & legibus consentaneum calculum proferre. Quod si intra prædictum annum peruenerit; & suas actiones exercere maluerit: nō antea eum suscipiat iudex, quam impensas reo præstet; ita tamen vt a iudicio iterum non recedat. Alioquin si hoc fecerit, & annus transactus sit; careat actionibus suis.

Illam autem regulam, qua cautum est neminem inuitum agere compelli, tunc locum habere volumus; cum res integra est, & actor aduersarium suum teneri non fecerit. Hanc autem Constitutionem in his casibus volumus obseruari, qui nec iudiciali senten-

tia, nec amicali compositione, vel alia legitima decisione sopiti sunt.

NOV. CXIII.

NEMO nostrorum iudicum siue in pecuniaria, siue in criminali causa pragmaticam timeat nostram sanctionem, vel aliud cuiusuis generis rescriptum, siue diuinas iussiones, siue referendariorum depositiones, aut Inlustrium magistratuum præcepta. Nam secūdum generales leges singulas causas finiri iubemus; & prędictas ambitiones nullum sibi locum in iudicijs vindicare. Nam si velit Princeps aliquam causam dirimere; ipse sententiam dicat, non iudicibus imperet, quomodo debent in singulis causis emergentibus iudicare; nisi forte de iure fuerit dubitatum. tunc enim licebit iudici ad Imperatorem referre, vt sibi iuris obscuritas illuminetur. Et hæc omnia volumus obseruari non apud magi-

stratus

ſtratus tantum, ſed etiam apud iudices quoque ſiue diuina iuſsione deputatos, ſiue ab alijs magiſtratibus datos, immo etiam apud compromiſſarios arbitros ſiue cum ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis apud eos cauſarum proceſſetit diſceptatio. Hanc autem Conſtitutionem locum habere volumus non ſolũ in iudicijs poſtea mouendis, ſed etiam in his, quæ adhuc pendent: vt vnuſquiſque generali lege fiduciam habeat. Nam ambitioſis reſcriptionibus finita iam negotia tefricari nullo modo volumus. Finitum autem videtur id, de quo ſententia definitiua prolata eſt; quamuis appellatio vel retractatio contra eam ſperetur. Excipimus autem illa reſcripta, quæ iudices iubẽt ſine tarditate & mora cauſas diri mere, vel legibus conſentaneum calculũ proferre, vel acta litigatori edere, vel ſi iuſſerint eum cum alio iudicare. Tales enim iuſsiones ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis fieri non

prohibemus. Iudex autem, qui generalem legem contempserit, & inlicitam rescriptionem admiserit: decem librarum auri pœna, & alias grauissima indignatione nostra plectetur. Sed vt nemo hæc saluberrima nostra statuta ignoret: iubemus in ipso litis exordio, ante ipsam personarum confirmationem præsentem legem inseri: vt nemo possit contra generales leges aliquid sibi prœciputum sperare.

NOV. CXIV.

VT DIVINAE IVSSIONES SVBSCRIPTIONEM HABEANT GLORIOSISS. QVAESTORIS.

IDEM A. Theodoto P.P.

NOSTRAE serenitatis sollicitudo remedijs inuigilat subiectorum nec cessamus inquirere, si quid sit in nostra Republica corrigendũ. Ideo nam

namq. volũtarios labores adpetimus, vt quietem alijs præparemus. Vnde ad vniuersorum vtilitatẽ pertinere perspeximus, si sacras etiã iussiones cum competenti iubeamus cautela procedere: ne aliquib. liceat eas pro sua voluntate conficere. Nam præsenti lege decernimus nullam diuinam iussionem neq. per viri magnifici Quæstoris adiutores, neq. per aliã cuiuslibet militiæ, aut dignitatis, aut officij personã quocumq. iudicio cõfisam a quolibet suscipi cognitore, cui magnifici viri Quæstoris adnotatio subiecta non fuerit: qua continetur & inter quos, & ad quẽ iudicẽ, vel per quã fuerit directa personã, quatenus omni post hac ambiguitate submota nulla cuilibet excusationis relinquatur occasio. sciẽtibus iudicibus vel administratoribus vniuersis, quod si in quolibet negotio sacram susceperint iussionem, nisi cui Quæstoris viri magnifici fuerit subiecta notatio: multa viginti librarum

auri, & officium eorum simili pœna plectetur. Quibus iubemus, si qua ad eos talis iussio aduenerit, mox ad prædictum virum magnificum Quæstorem referre, aut cum illo, qui hoc ingerit destinare; vt in eum vindicta procedat, quam in falsarios iura nostra constituunt, Theodote parens carissime, atq. amantissime. Quam legem perpetuo valituram Celsitudo tua ad vniuersorum faciat peruenire notitiam.

NOV. CXV.

I. SI CONTRA sententiam iudicis prouocatio porrecta fuerit, & post ea lex noua sit promulgata; deinde iudices appellationis dubitēt, quo modo causas definiant, vtrum secundum leges, quæ positæ erant rei iudicatæ tempore, an secundum legem, quæ postea secūdum nouationem introducta est: æquum nobis videtur illas obseruari leges, quæ tempore rei iudi

iudicatæ valebant; quãuis lex postea lata retrorsum se retulit. Idq. nõ solũ in prouocationibus iubemus optinere, sed etiam in retractionibus, vel in relationibus; vbi iudices postquã litigatores allegationibus renuntiauerint, ignorantes quid statui oporteat, nostram interrogant pietatem.

SVNT quidam malitiosi litigatores, qui post renũtiationem aduersæ partis, & tempora probationũ statuta: tamen ipsi dicant aliquas se habere allegationes, vt nullus scilicet liti terminus imponatur. Ideoq. iubemus vnum mensem ei ad indutias dari; & iubeatur a iudice, vt quod vult dicat. Et si dicat se iterum dilatione opus habere; præstetur ei mensis secundus; quo completo si iterum dilationem petat; ad vincendam malitiam eius tertius mensis præstetur. quo completo si nihil dixerit, omnib. modis iudex legitimam sententiam dicat. II.

NEQVE pater aut mater, neq. auus III.

auus vel auia, neque pro auus vel pro auia liberos suos præteritos vel exheredatos in suo testamẽto faciant, quãuis vel per donationem, vel fideicommissum, vel alio modo legitimam eis portionẽ dereliquerint. nisi forte ingrati probentur, & ipsas ingratitudinis causas parẽtes proprio inscripserint testamẽto. Causæ autẽ ingratitudinis iustæ sunt hæ. Si quis parentibus suis audaces manus imponat. Si grauem atq. inhonestã contumeliam eis faciant. Si in criminalibus causis accusator contra parentem extiterit, exceptis insidijs aduersus Principẽ vel Rempublicã. Si cũ maleficis quasi maleficus conuersetur. Si vitę suor. parentũ per venenũ, vel alio modo insidiari tentauerit. Si nouercæ suæ vel concubinæ patris sese turpiter miscuerit. Si calumniator contra parẽtes filius fiat, & per delationem suam grauissimũ damnum eis inflixerit. Si inclusus in carcere parens liberos suos vel

vnum

vnum ex his, qui ad successionē eius ab intestato vocantur, rogauerit, vt in fidem suam ipsum recipiant; & illi vel ille noluerint fideiubere siue pro persona, siue pro debito in quantum idoneus esse is, qui rogatus est, probetur. Hoc autem, quod de fideiussione diximus, ad masculos liberos pertinere volumus. Item si conuictus fuerit filius prohibuisse parētes suos testamentū facere: si quidē illi postea potuerint testamentum ordinare; liceat eis propter hāc causam exheredare eum. Sin autē in ipsa prohibitione decesserint: omnes siue heredes sibi futuri, vel legatarij, vel alij qualēcumq. læsionem passi secundū priora iura suas aduersus eum exerceāt actiones. Item si contra voluntatē parentum filius cum harenarijs aut mimis conuersetur, & in hac professione permanserit. nisi forte parētes ipsius harenarij vel mimi fuerint. Item si pater quidē vel auus filiā suā vel neptem marito voluerit collocare;

care; & illa non consenserit, sed turpiter viuere cum alio maluerit. Sin autem filia vigintiquinq. annorum ætatis facta à parentibus suis marito non sit copulata; & ex hoc cõtigerit eam in corpore suo peccasse; vel sine consensu parentium marito se, libero tamen, coniunxisse: hoc nolumus ad ingratitudinem filiæ reputari.

Item si furioso parenti liberi curã non adhibeant, sed alij cognati, qui ab intestato vocantur: si quidem resipuerit; liceat ei si velit inofficiosos liberos ingratos in suo scribere testamento. Sin autem in ipso furore decesserit, & liberis nullam curam adhibẽtibus vnus ab extraneis, vel his, qui ab intestato vocantur, misericordia ductus curare eum voluerit: testatione in scriptis vtatur ad eos, qui ex testamento vocantur ante furorem forte composito, vel ad eos, qui ab intestato existunt, vt curam adhibeant furioso. Sin autem & post huiusmodi testationem in eadem negligentia

per

perſeuerauerint; & extraneus in ſua domo futioſum ſuſceperit,& impenſis ſuis vſq. ad mortem eius curam fecille probatus fuerit: ipſum quamuis extraneus ſit,ad ſucceſsionem furioſi ſanctimus peruenire,refutata inſtitutione teſtamenti eius,& heredibus ſcriptis vtpote indignis repellendis, ceteris videlicet capitulis teſtamẽti in ſua firmitate duraturis. Item ſi vnus ex parẽtibus in captiuitate ſit, & liberi eius vel vnus ex his non curauerint eum redimere: ſi quidem redierit ille ab hoſtibus, liceat ei inoffitioſos liberos ingratos in ſuo ſcribere teſtamento. Sin autem apud hoſtes deceſſerit,& omnes liberi eius redemptionem facere contempſerint; omnes res ipſius,eccleſię ciuitatis addicantur,a qua oriundus eſt;inuentario ſcilicet cũ publica teſtatione faciendo,vt nihil ex ſubſtantia eius pereat. Sic tamẽ vt omne,quod ex hac cauſa ad eccleſiam peruenerit,in redemptionem captiuorũ expẽdatur.

Et

Et generaliter dicimus, quotiens aliquis ex his, qui ab intestato vocãtur ad successionem eius, qui in captiuitate est, non curauerit eum redimere: nullatenus heres ei existat. et si in testamento heres scriptus est, ante captiuitatem forte composito, similiter ab hereditate repellatur ceteris autẽ testamenti capitulis valituris, substãtia scilicet similiter vt supra diximus ecclesiæ addicenda ciuitatis, vnde captiuus oriundus fuerit; & ad nihil aliud procedente nisi ad captiuorum redemptionem. Et si extraneus heres ante captiuitatem scriptus est, & ille sciens se heredem scriptum non curauerit eum redimere; simili pœna afficiatur. Quod in illis personis volumus obtinere, quæ octauumdecimum annum suæ ætatis impleuerunt. Vbi autem in redemptionem captiuorum necessarium sit pecuniam dari: facultatem habeat, si prædictæ ætatis sit, mutuam pecuniã sumere, & res mobiles vel immobiles

les obligare hypothecæ titulo, siue suas proprias habeat, siue illius, qui in captiuitate tenetur. Tales enim contractus, qui in redemptionem captiuorum in prædictis casibus fiunt, valere volumus, quasi sui iuris,& legitimæ ætatis fuisset is, qui cõtraxisset. redempto autem a captiuitate necessitas imponitur ratum contractũ habere,& id quod dedit creditor, ei persoluere,& quasi suo debito respõdere, atq. obligari. Item si parens liberos suos vel vnum ex his hæreticum habeat, ipse orthodoxus constitutus: liceat eos vel eum in testamento suo exheredare. quoniam non minima hæc causa ingratitudinis est. Orthodoxos autem dicimus eos, qui communicant in sacrosancta ecclesia catholica, in qua omnes Patriarchæ vna conspiratione & concordia colliguntur, & quattuor sancta concilia prædicantur: Nicænum & Constantinopolitanum, & Ephesinum primum, & Chalcedonense.

Hære-

Hæreticos autem dicimus eos, qui catholicis non communicant; quibus connumerari necesse est Nestarianos, atq. Acephalos. Sed vt plenius de hac parte loquamur: sciendum est non posse hæreticos parentes, si orthodoxos liberos habeat, alios quam ipsos instituere heredes; vel liberis non extantibus cognatos suos catholicos scilicet heredes instituant. Quod si ex liberis superstitibus alij quidem orthodoxi, alij autem hæretici appareant: omnem substantiam parentis ad orthodoxos peruenire volumus; vt fratres eor. hæretici, si in eodem errore perseuerauerint vsq. ad mortem, nihil omnino accipiant. Sed mortuis eis sine pœnitentia liceat orthodoxis in omnem substantiam parentum eorum peruenire. Sin autem pœnitentiam egerint: portiones suas accipiant sine fructibus tamen medij temporis, & sine vlla de administratione rerum molestia. Quod si omnes liberi hæretici fuerint: alij autem cognati de-

fun-

functi orthodoxi existãt, ipsis liberis anteponantur in successione. Quod si & ipsi hæretici fuerint; si quidem is qui defunctus est, habitum clerici habeat: ecclesię ciuitatis, in qua domicilium habuit, substãtia eius deferatur. Sic tamen vt si intra annum non vindicauerit ecclesia huiusmodi personarum patrimonia: ad fiscum nostrũ deuoluantur. Sin autem laici fuerint: sine vlla discretione res eorum fisci iuribus vindicentur. Quæ non solum si testamento scripto hæreticus decesserit, locum habere sanximus: sed etiam si intestatus defunctus sit, omnib. scilicet legibus valituris, quæ contra hæreticos, & Nestorianos, atq. Acephalos, & omnes, qui nõ communicant catholicę ecclesiæ, positæ sunt. SIVE igitur omnes prædictas causas, siue vnam ex his parentes in suo scripserint testamento; & filios suos exheredauerint: si quidem scripti heredes probauerint causam ingratitudinis veram esse;

valeat testamentum. Sin autem probare nõ potuerint: institutiones eor. infirmentur; & parentium hereditatẽ filij ab intestato peruenientes ex æquis portionib. capiãt. legata autẽ, vel fideicommissa, vel libertates, vel tutorũ dationes, vel alia legibus cognita capitula in testamento cõscripta valeant; vt sola institutio heredũ tollatur. Hæc de testamentis parẽtium constituimus. Modo videamus de testamentis liberorum.

IIII. SANCTIMVS itaq. non licere liberis parentes suos prẽterire, vel alienos a substãtia sua quocumq. modo facere; nisi specialiter causas testamentis suis inscripserint, quas exposituri sumus. Idest, si vitæ liberorum parentes insidiarẽtur, excepto crimine Maiestatis. Si venenis, aut sufuris magicis vitæ eorum insidiarẽtur; & hoc ipsum postea probatũ fuerit. Si pater cum nuru sua, vel concubina filij sui commixtus fuerit. Si parentes liberos suos testamenta face-

re

re prohibuerint in his rebus, in quibus testari possunt: quæ diximus de parentibus, in hoc casu similiter teneant. Si maritus vxori suæ venenum dederit, siue vt occidatur, siue vt mentem eius cognoscat: vel ex contrario si vxor marito dederit huiusmodi venenum: moueatur quidē inter eos crimen publicum, & competenti vindicta tale facinus remedium capiat. Liberis autem liceat ei, qui tale aliquid perpetrauerit, nihil omnino relinquere. Item si furiosus filius, vel quæcumq. persona liberorum sit in furore: eadem teneant, quæ superius de furiosis parētibus diximus. Item si vnus ex liberis in captiuitate sit; eumq. parens non redemerit: eadem teneant, quæ de parentib. captiuis supra constituimus. Itē si filius orthodoxus fuerit; & parentē suum senserit hæreticum esse: eadem iura teneant, quæ supra de parentibus diximus.

SI igitur liberi omnes istas causas

vel vnam ex his contra suos parentes inscripserint; & heredes eorum omnes, aut certas, aut vnã ex his probauerint: testamentum in suo robore permanere præcipimus. Enimuero si hæc non fuerint obseruata: testamentum quidẽ refutetur; iura autem ab intestato successionis locum habeant, legatis scilicet, & fideicommissis, & libertatibus, & tutorum dationibus, & alijs capitulis in testamẽto conscriptis in sua firmitate durantibus. Quidquid autem huic Cõstitutioni in alijs legibus cõtrarium inueniatur; hoc irritum atq. inutile sit. Et hę quidem exheredationis & præteritionis pœnæ, quantum pertinet ad ingratitudinis causas aduersus prædictas personas dispositæ sunt. Si quæ autem ex his ad crimina referantur: non prohibemus & ceteras pœnas subsisti eos, qui obnoxij fuerint reperti. Si qui autem heredes scripti ex certis rebus, iussi fuerint, vt nihil amplius quærerẽt: in

hoc

hoc casu hoc tantum iubemus fieri, vt si quid eis desit ad legitimam portionem, hoc quidem repleatur; testamentum autem non rescindatur.

SI quis in quacumq. causa obnoxium habuerit aliquem; & ille decesserit: non liceat ei neq. parentes defuncti, neq. liberos, neque vxorem, neq. adnatos, neq. cognatos, neq. heredes, neq. fideiussores eius conuenire, vel molestare, vel in iudicium vocare ante, quam nouem luctuosi dies transeant. Sin autem ante prædictos dies cõtra hoc aliquid fecerint; & vel cautionem, vel promissionem, vel fideiussionem ab eis acceperint: omnia irrita sint. Post nouem tamen dies si quas sibi cõpetere putauerint actiones; eas exerceant nulla temporali præscriptione, vel alia allegatione legitima ex hac dierum trãsactione creditori generanda. V.

SI quis alicui constituerit dicens SATIS TIBI FACIO: in quãtitate, quam dixerit, modis omnib. VI.

obligetur, vt debitum soluat. Si quis autem constituerit dicens SATIS TIBI ERIT: non tenebitur. quia impersonaliter locutus est. Quod si quis dixerit ERIT TIBI SATIS A ME ET AB ILLO ET ILLO: eis quidem, quos nominauit non consentientibus non præiudicat. Sed neq. pro ipsis obligatur, sed pro rata parte debiti teneatur. Sin autē ita dixerit ERIT TIBI SATIS A ME VEL AB ILLO VEL ILLO: illis quidem non consentientibus, quos nominauit, non præiudicat; ipse autem in toto debito teneatur. Si quis autem aduersus eos sibi cōpetere putauerit actiones; eas moueat, & auxilio iuris perfruatur. Hæc autem omnia in his causis sanctimus obtinere, quæ nondum iudiciali calculo, vel amicali compositione finitæ sunt.

NOV.

NOV. CXVI.

*

NOV. CXVII.

SI MATER vel auia vel quicũq. parens filium heredem scripserit ex parte legitima: liceat ei nepotibus vel neptibus ab eo procreatis, & omnibus deinceps personis aliã substantiam suam totam vel partẽ eius donare, vel relinquere sub hoc modo & condicione, vt pater eorum in his rebus nec vsumfructũ, nec vllã omnino habeat cõmunionẽ. Quod similiter obtinere iubemus, & si extraneus filiofamilias reliquerit, aut donauerit sub eodem modo & condicione. Et si quidem ipsi, qui alieni iuris sunt, vicesimũ quintum annum egressi fuerint, licentiã habeãt, quo voluerint modo res sibi donatas administrare. Sin autẽ adhuc minores sint; per quẽ velit testator vel donator

I

administrari debent. Licentiam autem habeant testator vel donator matri vel auiæ filijfamilias administrationem credere, quamuis maritos habeant; si tamen & ipsæ administrationem receperint. Quod si testator vel donator vel omnino non dederit; vel dederit quidem, ille autem noluerit, vel non potuerit, vel ante mortuus fuerit: tunc cõpetens iudex curatorẽ eis dare cũ idoneo fideiussore debet; vt curator res eorũ administret, & conseruet eis donec legitimæ ætatis fiant. Nam & in his casibus volumus vsumfructũ patrẽ habere, in quibus nulla talis cõdicio imposita est.

II. SI quis aliquẽ in instrumẽto, quod idoneos tres habeat testes, vel in testamẽto, vel in monumentis publicis filiũ suũ nominauerit; neq. addiderit, vtrũ naturalem an legitimum: videatur eum legitimũ dixisse; & nulla ab eo alia probatio exigatur: sed rebus paternis potiatur, & proficiat matri

suæ,

sue; vt etiã illa videatur patri eius legitima vxor fuisse. etsi fratres habeat ex eadẽ matre progenitos, ipsis quoque eiusdẽ testimonij defensio prosit.

III. SI quis sine dotalibus instrumentis affectione maritali vxorem duxerit, & ex ea liberos habuerit; & postea secundas nuptias cõtraxerit; & ex eo quoq. matrimonio filios procreauerit: vtraque progenies similiter ad patris hereditatem vocetur. Et ex diuerso si quis cum dotalibus instrumẽtis nuptias celebrauerit, & liberos habuerit; posteaq. sine scriptis adfectione sola matrimonium contraxerit, & ex eo habuerit liberos: similiter omnes ad paternam successionẽ vocabuntur.

IIII. ILLVSTRES homines, & qui supra eos sunt, sine dotalibus instrumentis matrimonia non cõtrahant. Quod si ante dignitatẽ sine scriptis vxorem duxerint: maneat & post dignitatem legitima copulatio, & liberi procreati legitimi sint, exceptis tã

tum

tummodo barbaris dignitate decoratis. His enim sub nostra ditione cõstitutis propter simplicitatem eorum damus licentiam & nuda adfectione nuptias facere. Ceteris autem nostris subiectis licebit & sine dotalibus instrumentis sola adfectione nuptias facere; vt ex hoc matrimonio nati liberi legitimi sint. Legib. nostri Principis cautum est, vt si quis sine scriptis vxorem habuerit, eamq. sine causa repudiauerit; vt quartam partem suæ substantiæ ei daret, & quarta pars centum libras auri non excedat. Eademq. statuta sunt, & si vsq. ad mortem mariti in eodẽ habitu matrimonij perseuerauerit. In vtroq. autem casu liberi procreati ad legitimã patris hereditatẽ vocentur. Mulier autẽ in vtroq. casu, si quidem vsq. ad tres liberos maritus eius reliquerit siue ab ea, siue ab alia vxore natos, quartã ipsam portionem accipiat. Sin autem vltra tres habuerit: tantum ipsa habeat, quantũ ex liberis

ris defuncti vnus accepturus est. Ita tamen vt vsumfructum quidem eius portionis accipiat ipsa, proprietatem autem liberis lex conseruet, qui ex ipso matrimonio nati sunt. Quod si liberos non habeat: iure quoq. domi nij portionẽ eadẽ mulier capiat. Ea autem, quæ sine causa repudiata est, in ipso tẽpore repudij prædictam capiat portionẽ. Sed in talibus causis nolumus maritum quartã partem ex bonis vxoris suæ sibi vindicare.

LEONIS diuinæ memoriæ Cõstitutio in omnibus optineat casibus, qui præsenti Constitutione non continentur. Constantini autẽ pijssimi Constitutionẽ, quæ ad Gregoriũ rescripta est, & interpretationem eius, quã Diuus Marcianus scripsit exponẽs, quæ sunt viles mulieres, quas copulari maritis quibusdã dignitatibus decoratis Constantiniana lex prohibebat: nullo modo cõcedimus; sed facultatẽ præstamus tales mulieres ducere etiã eis, qui magnis dignitatib.

læ-

lætantur, dotalibus tamen instrumẽtis compositis. Qui autem non magnas dignitates habent, nõ solum in scriptis, sed etiam sine scriptis maritali tamẽ adfectione huiusmodi mulieres ducant, si modo liberę sunt, & matrimonium eorum licitum est.

V. SI quando matrimonium solutũ fuerit: disidiũ eius liberis ex eo procreatis non noceat: sed habeant integra iura hereditatis parentum capiẽdæ: & sine vlla dubitatione alãtur ex paterna substantia. Et si quidem pater causam diuortij dedit, & mater ad secundas nuptias nõ migrauerit: alantur apud matrem sumptibus patris. Sin autem probatum fuerit causam disidij matrem dedisse: apud patrem alantur, & maneant liberi. Sin autem pater inopia laborauerit; mater autem eorum locuples est: apud matrem alantur ipsa sumptus liberis suis administrante, quemadmodum liberi locupletes matrem suam egentem alere coguntur. Quod in omnibus

bus parentib.& liberis inuicem obti nere iubemus.

ANTERIORES quidem Cõ VI.
ſtitutiones de pluribus cauſis faciũt commemorationem; quarum ſingulæ ſi interceſſerint, cauſam repudij iuſtam præſtabunt. Sed nos præſenti lege certas & pauciores cauſas enumeraturi ſumus;quas ſolas volumus ad repudij iuſtam occaſionẽ ſufficere. Et maritus quidem iuſtas cauſas repudij, vt dotem vxoris lucretur cõ ſeruanda liberis ex eodem matrimonio natis rerum proprietate;vel ſi liberi nõ ſint, etiam dominio eius ſibi vindicando,tales habeat. Si contra Imperatorem quibuſdã aliquid molientibus mulier conſcia fuerit;& marito ſuo non manifeſtauerit. Sin autem maritus hoc ab vxore ſua ſibi indicatum tacuerit: liceat mulieri per qualemcumq. perſonam hoc ad Imperatorem referre;vt vir ex hac cauſa nullam inueniat occaſionem repudij. Si de adulterio maritus putauerit

rit vxorem suam posse cõuinci: prius debet inscriptiones deponere, vel cõtra mulierem, vel aduersus adulterũ. Et si talis accusatio vera probata fuerit: tunc repudio misso habere maritum nõ solum propter nuptias donationem, sed etiam dotem. Et si liberos non habeat; tantum capere ex alia substantia mulieris, quantũ pars dotis tertia facit: vt dominio eius adiudicatur non tantum dos, sed etiam pœna, quam nos constituimus. Si enim liberos habeat ex eodem matrimonio: iubemus & dotem secundum legem, & aliam mulieris substãtiam liberis conseruari; sic deinde adulterum legitime conuictum cum muliere puniri. Et si quidẽ habeat adulter vxorẽ: capere eam dotẽ suã, & propter nuptias donationem. Sic tamen vt liberis superstitibus vsumfructũ quidẽ donationis mulier habeat, proprietatẽ autem liberi secundũ leges lucrentur; quibus donamus ex nostra mãsuetudine & aliam adulte-

ti patris substantiam. Nullis autem extantibus liberis, dotem quidem cũ donatione propter nuptias facta pleno iure mulier habeat: aliam autem substantiam adulteri mariti fisco nostro secundum veteres leges vindicamus. Item si quocumq. modo vitæ mariti insidiaretur; vel alijs hoc facientibus conscia marito nõ manifestauerit. Vel nolente marito extraneorum conuiuijs conuersetur. Vel cum masculis lauauerit. Item si nolente marito extra domum mãserit: nisi forte apud parentes suos. Si in circo, vel in theatro, vel harena perueniat spectaculi causa ignorante vel prohibente marito. Sin autem contigerit aliquẽ sine vna causa ex his, quas diximus, suam vxorem propria domo expellere: vt illa non habente parentes, apud quos permanere possit; ex necessitate foris per noctem mãserit: iubemus nullã marito fieri facultatem propter istã causam repudium mittere mulieri.

CAV

VII. CAVSAS autem, propter quas iuste potest vxor marito repudiū mittere, & dotem suā capere, & ante nuptias donationem similiter exigere dominio rerum scilicet liberis cōsentiuando, & his non existentibus etiam dominio apud mulierem residente, eas solas esse constituimus. Si cōtra Imperatorem ipse aliquid moliturus sit, vel alijs hoc molientibus cōscius non manifestauerit Imperatori aut per se, aut per aliam qualemcumque personam. Si vir vitæ mulieris quocumq. modo insidiatus fuerit; vel si alijs hoc facientib. conscius non manifestauerit mulieri, & secundum leges eam non vindicauerit. Si castitati mulieris insidiatus fuerit, vel cum alijs eam in adulterio prodere conatus fuerit. Item si maritus de adulterio inscriptiones deposuerit, & adulterium probare non potuerit: liceat mulieri volenti vel propter hāc causam repudium mittere marito, & suā recipere dotem & donationem propter

pter nuptias. et propter hanc calumniam si liberos nō habeat, ex eodem matrimonio: tantum capiat iure dominij ab alia mariti substantia, quantum tertia pars ante nuptias donationis facit. Si enim liberos habeat: iubemus omnem mariti substantiam liberis conseruari. scilicet his firmiter permansuris, quæ de donatione propter nuptias alijs legibus continentur. Sic tamen vt etiam illis pœnis maritus subiciatur, si adulterij accusationem non probauerit, quas mulier passura erat, si conuicta fuisset. Si in eadem domo, in qua mulier cum ipso habitat, contemnens eam cum alia muliere inueniatur in domo manens; vel in eadem ciuitate degens in alia domo cum alia muliere frequenter manēs conuincatur; et semel & bis criminatus vel per parentes suos, vel per parentes mulieris, vel per alias idoneas personas, huiusmodi turpitudine nō abstinuerit: liceat mulieri & propter

hanc cāusam dissoluere nuptias, & recipere dotem, quam dedit, & ante nuptias donationem; & propter hāc iniuriam tertiam partem æstimationis, quam propter nuptias donatio facit, ex alia mariti substantia capere. Sic tamen vt si liberos habeat, vsumfructum tantum mulier habeat ante nuptias donationis & pœnę tertiæ portionis, dominio scilicet communibus liberis conseruando. Si enim liberos non habeat ex eodem matrimonio, & dominium rerum ei concedimus.

VIII. NVLLI liceat consensu matrimonium soluere (nisi ex causa probabili) nisi forte castitatis amore hoc fecerit. Sed & si huiusmodi personæ liberos habeant; tam dotem, quam donationem propter nuptias custodire præcipimus. Sin autem post solutum matrimonium per consensum castitatis velamine factum, inuenti fuerint vel nuptias contrahentes alias, vel turpiter viuētes, vel vnus ex

his hoc faciens repertus fuerit: si quidem liberi extant: ipsi capiāt dotem & ante nuptias donationem: & dominium substantiæ illius personæ, quæ hoc perpetrasse conuicta fuerit. Sin autem liberi imperfectæ ætatis sint: alere eos, & res eorum administrari ab ea vel ab eo parente iubemus, qui quæue huic legi nihil contrarium fecit. Sin autem ambo parentes tali delicto teneātur: vtriusq. parētis substātia liberis addicatur. Administratorē eis in imperfecta ętatę cōstitutis a cōpetenti iudice deputari disponimus. Liberis autē nullis extantib. substātiā delinquētis personæ publicis rationib. vindicari sanctimus, & legitimis pœnis subicimus. Aliter enim disiunctionē nuptiarū fieri ex cōsensu nulla ratione cōcedimus.

IVBEMVS vxores militum siue in expeditionib. degentium, siue in militijs, siue milites sint, siue fœderati, siue scholares, siue alia qua cumque armatā militia decorati, VIIII.

expectare quãtoscumq. annos in expeditione fecerint; & si nullas litteras, nullum responsum a maritis suis receperint. Sin autem talis mulier maritum suum defunctum audierit: non liceat ei statim ad alias nuptias peruenire; nisi prius peruenerit aut per se, aut per parentes suos, aut per aliam qualemcumq. personã ad priores numeri & chartularium, in quo maritus eius militabat: & eos vel Tribunum, si præsto sit, interrogauerit, si reuera defunctus est maritus ipsius: vt illi sanctis euãgelijs propositis sub fide monumentorum deponant, si reuera maritus mortuus est. Et postquã hæc fecerit, & exceperit mulier monumenta pro testimonio pudoris sui, & expectet vnius anni spatiu m & postquam trãseat, liceat ei legitimas contrahere nuptias. Quod si cõtra hanc obseruationem mulier ausa sit nubere: & ipse, & qui eam duxit vxorem, vt adulteri puniantur. Quod si illi, qui sub fide gestorum deposuerunt,

runt, cõuicti postea fuerint falsas depositiones dixisse: ipsi quidem militia suâ nudati decem librarum auri pœnam compellentur præstare ei, quem falso dixerunt decessisse; ipse autem si velit, licentiam habet vxorem suam recipere. Quod si scholaris sit ille, cuius de morte dubitatio est, de primatibus scholę, & actuario: sin autem fœderati, de ordine prædictam dispositionem vxorem eius capere iubemus: isdem ipsis custodiendis & in alijs omnibus, qui ad armatã militiam referuntur.

X. SVNT quædam iustæ, ex quibus matrimonia sine pœna soluuntur. Veluti si maritus misceri mulieri suę non potuerit. Si maritus vel vxor religiosam vitam & solitariam elegerit. Si in captiuitate ad certum tempus tenti fuerint. De quibus tribus casibus ea firma esse iubemus, quæ superioribus nostris legibus continentur. Omnes igitur antefatas causas, quæ nostra hac lege cõtinentur;

sufficere iubemus ad solutionem matrimoniorum. Alias autem omnes cessare præcipimus; & nullam aliam causam posse matrimonia soluere siue nostris, siue veterib. legibus cognita est, nisi nominatim in hac Constitutione inuenta fuerit.

XI. SI mulier marito suo sine iusta causa repudium miserit, & in hac impia voluntate permanserit: dotem quidē ipsius maritus habeat, proprietatem rerum dotalium communibus liberis conseruaturus. Sin autem liberos non habeat: ipse eam lucretur, mulier autem periculo iudicis huic causæ præsidentis religiosissimo antisti tradatur eius ciuitatis, in qua cō muniter domicilium habēt. Episcopus enim curabit eā monasterio immittere, vt ibi degeret vsq. in diē mortis suæ. Et si quidem liberos habeat, bessem quidem substātiæ eius ipsi capiant, tertia autem parte monasteriū potiatur iure dominij. Sin autem nullos liberos habeant, sed parētes:

ipsi quidem tertiam partē accipiant, monasterium autem bessem. nisi forte mulier in potestate parentis cōstituta cōsensu eius repudium sine causa miserit. Tunc enim nihil ex filiæ patrimonio parentem sperare oportet: sed omnia monasterium capiat. Quod similiter procedere debet, & si nullos, neq. parētes, neq. liberos habuerit. Sin autem iudex, apud quem conuicta est mulier sine causa repudium misisse, nō tradiderit eam ciuitatis Episcopo, vt mittatur in monasterium: si quidem in hac florentissima ciuitate magistratus sit: ipse quidem viginti libras auri pœnæ nomine dabit, officium autē eius alias decem. Quod si prouincialis sit magistratus, & præcepta nostra neglexerit: ipse quidem pœnam decem librarum auri præstabit; officiū autē eius quinque. Sin autem iudex sit, non magistratus: ipse quidē decem libras auri præstabit, ministri autem eius quinque. Istæ autem pœnæ per

Comitem Rerum Priuatarũ, & scho lam Palatinorum fiscalib. rationib. inferãtur. Sed & si maritus sine causa repudiũ miserit vxori suæ: reddat ei & dotem, & propter nuptias donationem, & extrinsecus ex substantia sua tantum præstet, quantum tertia pars propter nuptias donationis facit. Et si quidem habeat liberos ex eodem matrimonio natos: ipsa quidem vsumfructum habeat, liberis autem proprietatem custodiat tam donationis, quam pœnæ. Sin autem nullos liberos habeat: tũc & proprietatem omnium rerum prædictarum lucrabitur.

XII. SI quis vxorem suam flagellis vel lignis castigauerit sine aliqua earum causarum, quæ contrà mulierem ad dissoluẽdum matrimonium sufficit: pro hac contumelia conuictus maritus tantum præstet mulieri ex substãtia sua; quantum tertia pars propter nuptias donationis facit.

XIII. SI quis suspicatus fuerit de aliquo, velle

velle cum pudori vxoris suæ illudere: liceat ipsi marito testationes in scriptis habitas ad suspectum hominem mittere, & ter ei denuntiare per ipsas attestationes idoneos testes cõtinentes; ne cum vxore sua inueniatur. Et si post tres testationes in scriptis habitas, & idoneos homines habentes eum inuenerit, quem cõtestatus est, cum vxore sua, vel in sua domo, vel in domo mulieris, vel in domo illius adulteri, vel in popina, vel in proastio: liceat marito sine vllo periculo suis manibus eum occidere. Sin autem in alio loco eum deprehẽderit cum vxore sua colloquium habentem: conuocatis tribus idoneis testibus, per quos possit probare apud iudicẽ inuenisse eum cum vxore sua colloquium habẽtem: tradat eum iudici. Et iudex inuenerit post tres testationes suspectum hominem locutum cum muliere fuisse: nullo alio exquisito quasi adulterum puniat. Marito autem liceat contra vxorem suã

qua

qualiter voluerit secundum leges crimen exequi.

XIV. SI post tres cõtestationes inuenerit maritus vxorem suam in sancto loco cum suspecto homine colloquiũ habentem: tradat ambos ecclesiæ defensori, vel alijs clericis, vt separatim custodiantur periculo defensoris vel aliorum clericorum. vt aditus iudex mittat ad religiosum ciuitatis Episcopum, & auctoritate ipsius accipiat eos, & pœnis contra adulteros positis vtrosq; adficiat, nullo alio requisito, nisi quod post tres contestationes inuentus est cum muliere loqui. Est autem iustissimum neq; adulterum, neq; raptores mulierũ sanctorum septis vindicari: & multo magis si quis de ipso adulterio inter sancta loca alienę mulieri locutus est. Et generaliter definimus, si quis inuenerit vxorẽ suam, vel filiã, vel neptem, vel nurum, & deprehenderit cum aliquo colloquium habentem: & suspicatus fuerit turpitudinis causa eos conuenisse:

nisse: liceat eos ei ambos tradere vel defensori ecclesiæ, vel alijs eiusdem ecclesiæ clericis periculo eorũ separatim custodiẽdos: donec iudici innotescat: & ille secundũ leges personas acceperit, & causam discusserit. Quæ omia huius Constitutionis capitula valere sanctimus tam in futuro tempore, quam in præterito, nisi iudiciali calculo vel amicali compositione causæ decisæ sint.

NOV. CXVIII.

DE HEREDITATIBVS quę ab intestato nobis deferũtur multę leges a veterib. cõscriptę sunt, quas ab hoc tẽpore placet cessare, & præsentẽ legẽ in huiusmodi successionibus valere. Nã & simpliciter, & sine vlla obscuritate diuisionẽ huius causæ per hanc Constitutionẽ exponimus. Cõstat enim apud omnes cognationes tres ordines habere, quorum alius est ascẽdentiũ personarũ, alius I.

alius descendentium, alius ex latere venientium; quorũ alij adgnati sunt, alij cognati. Sed descendentiũ quidem ordinem alijs omnibus anteponimus: vt in successione ab intestato capienda potiora iura habeant alijs omnibus & ascẽdentibus & ex latere venientibus personis, cuiuscumq. fuerint sexus qui ad successionẽ vocantur, cuiuscumq. gradus, nulla discretione habita vtrũ ex masculina progenie, an ex feminina editi sunt: & vtrum filijfamilias sint, an patres familiarum. Licet enim filiusfamilias sit is, qui mortuus est: tamen liberos eius omnibus alijs prẽponimus in his scilicet rebus, quæ adquisitionem effugiunt: vt in proprietate capienda defuncto succedant, vsufructu scilicet ad patrem pertinente. Sic tamen vt si contigerit vnum ex descendentibus personis decedere: liberi ab eo relicti locum ipsius obtineant; & tantum capiant, quantũ pater ipsius si viuus esset, acceptur[illegible] fuisset;

fuisset; quas successiones veteres leges in stirpes vocant. Item si aliquē mori contigerit filio vel filia derelicta, & filio vel filia iam defuncto vel defuncta nepotibus vel neptibus relictis: nepotes vel neptes vna cum filio vel filia successionem aui sui capere debent. Nam in personis descendentibus gradus differētia nulla est, nec vlla discretio inducitur, vtrū masculi sint, an feminæ; & vtrum ex masculino sexu, an feminino progeniti sunt; & vtrum sui iuris, an alieni fuerint. Hæc de personis descendentium.

II. DE ascendētibus autem personis talis obseruatio tenet. Si enim decesserit aliquis intestatus nullo liberorum derelicto, sed patre vel matre vel alijs ex ordine adscendentiū personis: præferantur omnibus, qui ex latere veniunt, excepto fratre & sorore, qui ex vtroq. parente defuncto copulantur, secūdum quod inferius declarabitur. Sin autem multi ascen

den

dentes supersint: eos anteponi volumus, qui proximiore gradu fuerint siue masculi sint, siue feminæ, siue ex masculino sexu, siue ex feminino cognationi defuncti iunguntur. Sin autem parem gradum cognationis obtineant: pariter vocabuntur: vt qui per patrem ascendunt, dimidiam portionẽ hereditatis accipiant, quãticumq. inuenti fuerint: qui autẽ per matrem ascendunt, alterã dimidiã capiant, quanticũq. sint, nisi forte fratres defuncti existant ex vtroq. parente eidem mortuo fratri suo copulati, vel sorores eodẽ iure cõiunctæ: tunc enim cum proximis parẽtibus ad hereditatem vocabũtur hereditate scilicet pro virili portione, id est in capita, inter omnes diuidẽda, quamuis pater & mater fuerint. Vt tamẽ pater vsumfructum partis ad filiũ vel filiã peruenientis nullum habeat, sed pleno iure apud filium vel filiã maneat, nulla obseruãda differẽtia inter illas personas, vtrum masculini sexus, an femi-

feminini sint; & vtrum per masculinum sexũ an femininũ defuncto cognatione iungatur. Sed neq. in defuncto interest, cui succedunt, vtrum sui an alieni iuris decesserit.

RELIQVVM est vt despiciamus de tertio ordine ex latere venientium personarũ, qui per adgnatos, & cognatos diuiditur. Hac enim parte disposita plenissima Cõstitutio erit. III.

Si quis igitur decesserit, & neq. descẽdentes, neq. ascẽdẽtes reliquerit: primos ad hereditatem vocamus fratres & sorores, qui ex eodẽ patre vel matre progeniti vel progenitę sunt: ex quibus & mortuus editus est. Talibus enim fratribus vel sororibus nõ superstitibus illos fratres vel sorores vocamus, qui ex vno parẽte defuncto copulãtur, idest siue per patrem, siue per matrẽ. Quod si decesserit aliquis fratre vel sorore relicta: & ex alio fratre vel ex alia sorore iã defũcto vel defuncta liberis relictis: cũ auũculis suis vel patruis liberi fratris vel sororis

ve

venient, & tantam capient portionem, quantam pater eorũ vel mater accepisset, si viuus vel viua fuisset. Vnde consequens est, vt si ante mortuus est frater, qui tam ex patre, quã ex matre copulatus fuisset ei, qui modo defunctus est; alij autẽ fratres supersint vel sorores, qui ex matre tãtũ vel ex patre defuncto copulãtur: præferantur eis filius & filia eius, qui vtroq. iure subnixus est. Et ex contrario si filius vel filia existant fratris vel sororis defuncti vel defunctę vno tantum iure coniuncti; alij autem fratres existant vel sorores vtroq. iure decorati: præponantur fratres filijs vel filiabus ante defuncti vel ante defunctæ sororis. Nulla enim differẽtia est, vtrum de hereditate masculi an feminæ quęratur, & vtrum masculi sint, qui inter se certant, an feminini sexus. Alia autẽ persona ex transuerso gradu in locum defuncti parẽtis sui omnino non succedat, nisi fratris filius. Tunc autem cum auun

culis

culis suis vel patruis fratris vel sororis filij filiæue vocantur: cum nullus ex ascendentibus personis defuncto superstint: tunc enim excludēdos eos esse censemus. Quod si nullus ex ascendentibus sit: tunc fratris vel sororis filij, quasi secundum gradum obtinentes sic ad hereditatem defunctæ personæ vocentur. ideoq. modis omnib. auunculis vel patruis defuncti præponantur: quia illi tertiū gradum cognationis obtinent. Quod si neq. fratres, neq. sorores, neque filios vel filias fratrum vel sororum defunctus reliquerit: alia deinceps cognatio ad successionem eius vocabitur secundum sui gradus prerogatiuam, vt qui proximior est, ipse ceteris præponatur. Quod si plures personæ eundē gradū cognationis obtineāt, & alijs proximiores sint: in capita diuidatur inter eos hereditas, nulla differentia habenda, vtrum qui vocantur ad successionem defuncti masculi sint, an feminæ; & vtrum persona

defuncta masculini an feminini sexus fuerit. Nulla autem differentia sit adgnationis & cognationis: sed solus gradus sanguinis naturalis spectetur. nam cognatus proximior vlteriori adgnato præponitur. Hæc de successionibus.

IIII. EX his autem, quæ de hereditatibus ab intestato deferendis diximus: facile possumus intelligere, quid de tutelis iuris sit. Nam quæcumque persona siue adgnationis, siue cognationis titulis decorata ad hereditatem impuberis, si morietur, vocatur: necesse est, vt etiam tutelæ onus suscipiat. Nam ibi tutelæ grauamen imponendum est, vbi hereditas deferri speratur. Nam si multi eundem gradum proximiorem cognationis obtineant, omnes pariter ad hereditatem & ad tutelam vocantur, exceptis feminis & minoribus viginti quinque annis, & his, qui propter diuersas rationes tutores esse non possunt, veluti mi-

lites, & hi qui excusatione vallati sunt. Mater autem, vel auia, si velit tutelam gerere filiorum suorum vel nepotum, non prohibentur: si tamen actis interuenientibus nuptijs alijs & Velleiano senatusconsulto renuntiauerint. Hoc enim facientes omnibus ex transuerso venientibus cognatis præponantur in tutela solis cedentes testamentarijs tutoribus. Vbi autem multi ex eodem gradu cognationis ad tutelam impuberis vocantur: conuenire eos oportet apud competentem iudicem, vt ille vnum vel plures ex his, qui ad administrationem pupillaris rei sufficiunt, creet: quem ipsi vel quos vtpote idoneos elegerint, & nominauerint: vt periculum ad omnes respiciat, & substantia eorum tacitis hypothecæ titulis pupillo obligetur. HAEC autem, quæ de successionibus diximus: obtinere oportet in his personis, quæ fidem catholicam sequun

tur. nam leges hæreticis positas nullo modo ex hac lege innouari patimur. Hæc autem Cõstitutio teneat in his casibus, qui ab initio Iulij mensis præsentis sextæ indictionis contigerunt, vel postea contigerint. Præcedentes enim causas, quæ emerserunt vsq. ad memoratum tempus veteribus legibus relinquimus, vt ex his dirimantur. DAT. VII. K. AVG. VII. MILIARIO IMP. IVSTIN.*

NOV. CXIX.

I. PROPTER nuptias donatio insinuatione monumentorum non indigeat: quamuis supra quingentos solidos sit. sed valeat & in persona mulieris & in persona mariti; & siue ipse maritus conscripserit eandẽ donationẽ, siue alius pro eo, siue in personam ipsius mariti, siue in personã mulieris.

II. SI quis quartumdecimum annum

ætatis

ætatis impleuit,& testamentum propter hoc facere potest: non impediatur in vltima voluntate seruos suos manumittere, quamuis imperfectæ ætatis sit.

SI quis in aliquo instrumento alterius instrumenti mentionem fecerit, non aliter hoc factum esse videatur, nisi ipsum prolatum fuerit, idest antiquum instrumentum, vel alio modo legitimo debita quãtitas probata sit. Hoc enim & veteribus legibus cognitum est. III.

SANCTIMVS vt in prouocationib. vltimo fatali die, vel vtraque parte veniente, vel eo solo, qui appellauit, & manifestante præsentiã suã vel magistratui, qui de appellatione cogniturus est, vel consiliarijs eius, vel eis, qui lites introducunt. Et si iudices eum intra statutos dies recipere distulerit, nullum præiudicium sit partibus, vel vni ex his propter huiusmodi causam. Sed prouocationes tales legitimo calculo terminentur. IIII.

v. Leges quidē noſtrę pręcipiunt, vt cōtra ſentētias glorioſiſsimorū Præfectorū Prætorij cuiuſq. regionis prouocatio nō porrigatur: ſed certo tempore elapſo retractatio ſentētiæ concedatur. Sed humanitatis ratione facultatē pręſtamus ei, qui ſe ex ſententia Præfectorū grauatū eſſe putauerit, libellum offerre vel ipſi Præfecto Prætorij, qui ſententiā dixit, vel cōſiliarijs eius, vel his, qui lites introducūt intra decē dies poſt ſentētiā prolatā; vt hoc ſubſecuto non aliter executioni ſentētia tradatur, niſi prius fideiuſsores idoneos dederit is qui vicit, de tāta quātitate reddēda, quantā ſentētia cōtinet. Vt ſi poſtea retractatione legitimo modo veniēte calculꝰ reſcindatur, res aduerſarię parti cū legitimis augmētis reſtituātur. Quod ſi intra decē dies poſt ſententiā prolatā libellus ab ea parte, quæ victa eſt non porrigatur: ſine fideiuſsione qui dē executio ſentētiæ fiat. Sed tamen ius retractationis integrum aduerſa

riæ

riæ parti custodiatur, sibi imputato, quod intra decem dies libellum præstare secundum definitionem nostrã non curauerit.

SI minor vigintiquinq. annis temere susceptã a se hereditatẽ nolit habere: & in integrũ restitutionẽ implorauerit. si quidem præsto sint omnes creditores hereditatis: vocẽtur iussione iudicis, & præsentibus eis restitutio petatur. Quod si vel omnes, vel quidã ex his absint: vocẽtur quidẽ legitimis prẽconijs. Sin autẽ intra tres menses nõ venerint: liceat adultis in integrũ restitutionẽ impetrare sine periculo. Vt tamẽ iudex, qui prẽsidet, prospiciat, vbi debeãt res hereditariẽ mobiles & immobiles seruari, quãtitate scilicet ear. per publicã descriptionẽ actis interueniẽtib. manifestãda. VI.

SI quis mala fide res alienas possidens vẽdiderit eas, vel donauerit, vel alio modo alienauerit: is autẽ, qui se dominũ rer. putauerit, sciens hoc testatione non denũciauerit ei, qui res VII.

accepit intra decennium inter præsentes, vel inter absentes intra vicennium: res firmiter apud emptorẽ, vel qui donationem excepit, vel alio modo alienata nactus est, permaneant. Quod si ignorante domino malæ fidei possessor alienauerit: non aliter præiudicet domino, nisi triginta annorum spatium transactum sit: quãuis is, qui emit, vel alio modo alienata nactus est, bonæ fidei possessor fuerit.

VIII. SCIMVS quod inter præsentes longi temporis prę̃scriptio decenniũ est, inter absentes autem vicẽnium. Quid ergo si in quibusdam annis prę̃sto sit aliquis, in quibusdam autẽ absens fuerit? Et dicimus tantum tempus decennio expleto adiciendum esse, quantum in absentia fuit. Ea autem, quæ de temporali præscriptione constituimus: nõ in præteritis causis, sed in futuris casibus obtinere sanctimus, qui post hanc legem emerserint.

NE-

NEMO cogatur in testamento suo propria manu vel testium nomina heredũ scribere; sed valeat testamentum ipsius siue per ipsum testatorem, siue per aliam qualemcumq. personam nomẽ heredis eius scribatur: si tamen aliam testamẽtorum obseruationem habeat. IX.

SCIMVS legẽ nos posuisse, qua cautum est, vt non transeant ad alias domos religiosas, res immobiles, quę ad nostram domũ ab ecclesia sacrosancta peruenerint: hanc igitur legẽ præcipimus euacuari non solũ in his, quæ postea peruenerint ad nostram domum, sed etiã in his, quæ iam peruenerunt. X.

SI quis testamentum fecerit, & rẽ immobilẽ familiæ suæ legauerit, vel aliæ personæ legati nomine reliquerit; & is specialiter dixerit nullo tempore eandem rem alienari; sed apud hæredes vel successores eius, cui res relicta est semper manere: in hoc legato iubemus Falcidiam legem locũ omni XI.

omnino non habere. quia alienationem eius ipse prohibuit, qui testatus est. HAEC autem obtinere iubemus in his casib. quos nec iudicialis calculus, nec amicalis cōpositio, nec alius legitimus modus terminauit.

NOV. CXX.

I. NVLLI liceat administratori rerum ecclesiæ maioris huius imperialis ciuitatis, vel orphanotrophij, vel xenodochij, vel ptochotrophij, vel nosocomij, vel alterius religiosi loci intra imperialem ciuitatē vel intra territorium eius positi, exceptis monasterijs, vēdere, vel donare, vel permutare, vel impari donatione, vel alio quocumq. modo alienare rem immobilē, vel annonas ciuiles, vel rusticum mancipium; nisi ad imperialem domum permutatio tantū fiat. Sed neque parœcico iure dare quippiam concedimus. Emphyteuseos autem cōtractus ab antefata ma-

iori

iori ecclesia & alijs memoratis locis fieri iubemus in persona ipsius, qui accepit, & duobus alijs heredibus: vt non plus quam sexta portio subsistentis reditus concedatur ei, qui emphyteusim accepit. De proastijs autem, quæ ad prædictas pertinēt domos, iubemus; siquidem talia proastia reditum habeant, in solido reditu ab administratoribus iure emphyteuseos ea præstari secundum prædictum modum, ideſt in personam eius, qui accepit; & alias duas successiones nulla releuatio fiat, sed magis accedat augmentum. Quod si nullum reditum eadem proastia habeant: tunc liceat administratorib. ea præstare sub quadam quātitate. Quod si res emphyteuseos iure ab antefatis domib. præstita, vel ad imperialē domū peruenerit, vel ad fiscū, vel ad aliquam ciuitatem, vel ad curiā, vel ad aliā religiosam domū: liceat administratoribus locorum, a quibus ab initio emphyteusis constitit, quando ad aliquam

per-

perſonam talis contractus peruenerit, manifeſtare voluntatem ſuam intra biennium. et duorũ alterum vel apud eum relinquere rem, & annuũ reditum, qui pacto cõtinetur accipere, vel ipſam rẽ recipere iure emphyteuſeos reſoluto, ſi hoc ipſum conducere ſibi putauerit. Quod ſi quædam ſunt loca, in quibus poſitæ veteres domus dirutæ ſunt, ex quibus nullus reditus prædictis religioſis locis colligitur; neque poſsint dirutas domos renouare: liceat adminiſtratoribus huiuſmodi loca emphyteuſeos iure perpetuo præſtare. Sic tamen vt tertia portio penſionum religioſis locis præſtetur, quæ colligebãtur ex habitationib. nondũ dirutis: eamq. tertiam portionem cedere ab initio cõtractui emphyteuſeos. Quod ſi emphyteuticarius magis eligat ſub hac pactione loca accipere, vt prius ædificet, & ex venientibus poſtea pẽſionibus dimidia portio religioſis locis præſtetur: & hoc fieri concedimus.

Sed

Sed & si materias ex dirutis ædificijs in eodem loco emphyteuticarius inuenerit: sine impedimento eis vtatur. Quod si quis velit rem immobilē ab antefatis religiosis locis vsus nomine accipere: non aliter hoc accipiat, nisi aliā rem statim iure dominij præstet eidem religioso loco, a quo eandem rem acceptauit habentem reditum, quātum habet res, quæ ei datur, & non pluribus tributis grauatam: vt post mortē eius vel post tēpus, quod vsui additum est; vt tamē non sit longius, quam vita eius, qui cepit, vtraq; res in integrū tam iure dominij, quā iure vsus in eundem religiosum locū perueniat. Locationes autem ab his religiosis locis fieri concedimus in tantos annos, quantos inter contrahentes placuerit, vt tamen nō extendātur vltra triginta annos. Quod si cōtigerit memoratis locis propter tributa vel alias necessitates pecunijs opus habere: liceat administratoribus rem immobilem supponere, & dona-

donare in ſpeciale pignus; vt creditor poſsideat eandem rem, & fructus eius accipiat, & imputet ſibi quoſdã in ipſas, quas mutuauit, pecunias: quoſdã in vſuras non ampliores, quã quartam portionẽ cẽteſimæ. Quod ſi adminiſtratores debitum ſoluerint: vel ex fructibus creditori ſatisfiat: iubemus rem ad locum religioſum redire. Contractus autem emphyteuſeos, & hypothecas, & vltra quinquẽnium locationes volumus fieri a ſacroſancta quidẽ maiori eccleſia huius ciuitatis arbitrio & conſenſu beatiſsimi eiuſdem Patriarchæ, iurantibus præſente eo tam religioſis œconomis, quam chartularijs eiuſdẽ maioris eccleſiæ, quod non ad fraudem ipſius eccleſiæ contractus fit; in alijs autem religioſis domibus ſi quidem ſint chartularij; eodem modo iurare præſente adminiſtratore. Quod ſi nulli chartularij ſint; ipſos adminiſtratores propoſitis ſacroſanctis euangelijs contractum facere in ſcri

pto

pto cum iureiurando huiusmodi instrumentis eo quod non ad læsionem vel circumscriptionem religiosi loci contractus fiat. Oeconomis autem, & orphanotrophijs & ceterorum locorum administratoribus, & cuiuscūq. loci chartularijs, & parentibus, & liberis eorum, & alijs, qui iure cognationis vel adfinitatis eis copulantur, interdicimus emphyteusim, & locationes, & hypotecas rerum ad religiosa loca pertinentiū siue per se, siue per interpositam personam accipere. Scituris quod si tale aliquid fuerit, & hoc ipsum inualidum erit; & omnem substantiam eorum, qui ceperint, & œconomorum, & chartulariorum, & administratorum, quibus secundum prædictum modum copulantur; in religiosam domum, ex qua rem acceperint, post mortem eorum peruenire iubemus. Et hæc quidem de sacro sancta maiori ecclesia, & prædictis religiosis locis, quæ intra imperialem

rialem ciuitatem sunt, vel intra territorium eius, disposuimus.

II. DE alijs autem sacrosanctis ecclesijs & monasterijs & xenonib. & nosocomijs, & ceteris religiosis domibus, quæ in omnib. prouincijs nostræ Reipub. positę sunt, nec non monasterijs in imperiali ciuitate & territorio eius positis, consequenter definiẽdum est. His igitur locis liberam facultatem præstamus non solum temporalem emphyteusim facere immobilium rerum ad ipsos pertinẽtium, sed etiam perpetuo eas iure emphyteutico volentibus dare. Et si quidẽ sacrosanctæ ecclesiæ fuerint, vel alię religiosæ domus, quarũ administrationem Episcopus vel per se, vel per clerum expediat: arbitrio eius & cõsensu fieri talem contractum iurantibus præsente eo œconomis, & administratoribus, & chartularijs eiusdem religiosæ domus, quod ex hoc emphyteuseos contractu nullum damnum eidem religiosæ domui fiat.

Quod

Quod si ptochia vel xenones vel nosocomia, vel alia religiosa loca sint propriã habentia administrationẽ: si qui dẽ sancta domus oratoria habeat; cõ sensu amplioris partis clericorum oratorij contractus procedat, nec nõ œconomi. Quod si solum xenodochium sit, vel ptochium, vel nosocominum, vel alia religiosa domus: is qui præpositus ipsius est, contractum faciat iurantib. administratoribus eorum sub præsentia religiosissimi Episcopi, a quo præpositi vel creati fuerint, quod nihil ad læsionem vel circumscriptionem eorundem locorũ in tali contractu fiat. In monasterijs autẽ per hegumenos eorũ cũ ampliori parte eiusdem monasterij monachorum contractum fieri. In his autem omnibus iubemus inscribi instrumentum cum iureiurando, quod non ad læsionem vel circumscriptionem eorũdem locorum negotiũ agitur. et hac tamẽ obseruatione precedente releuationem nõ amplius fieri

sexta portione reditus, quam habet res iure emphyteuseos præstita.
Quę autem diximus de ædificijs diru tis pertinẽtibus ad religiosas domos in hac imperiali ciuitate posita: eadem obtinere volumus & in istis religiosis domibus. Illud quoque iubemus obtinere, vt si quando eædem religiosæ domus vel propter publicas tributiones, vel propter alias necessarias causas obligatę fuerint; & nõ habeant ex rebus mobilibus, vnde eadẽ debita persoluãt: tũc primo quidẽ ordine in speciale pignus rẽ immobilẽ dari creditori volumus, vt huiusmodi pignoris fructus accipiens imputet sibi quosdam in ipsam pecuniam creditam, quosdã in vsuras nõ plures quarta portione centesimæ. Quod si non possint hoc modo debitũ obtinere: iubemus eos quidẽ, qui a beatissimo Patriarcha creãtur siue metropolitani siue alij Episcopi fuerint, siue archimandritę, siue orphanotrophi, vel brephotrophi, vel xenodochi,
vel

vel nosocomi, vel alij religiosarum domorum administratores apud sanctissimos Patriarchas, a quibus creãtur monumenta fieri cum sacramento administratorũ & consensu maioris partis eorũ, qui ibi ministeriũ faciunt, debitũ manifestũ fiat, & quod non est possibile ex rebus mobilibus hoc exsolui. Eos autem, qui a metropolitanis Episcopis creantur, siue Episcopi sint, siue archimandritę, siue orphanotrophi, siue ptochotrophi, vel alij domorum religiosarũ administratores; apud ipsos similiter metropolitanos Episcopos talia monumẽta cõscribere. Apud illos autẽ Episcopos, qui vel a Patriarchis, vel a metropolitanis creantur, & habent sub iurisdictione sua monasteria, vel ptochia, vel xenones, vel nosocomia, vel alias religiosas domos: eodẽ modo monumenta fieri. Sic tamẽ vt apud Patriarchas, vel metropolitanos, vel alios Episcopos talia monumẽta sic fiant, vt nullum super his damnum vel

ſumptum domos religioſas pati. Propter hoc enim volumus de cetero apud Præſides prouinciarũ, vel apud Defenſores locorum talia monumẽta a prædictis perſonis vel domibus, vt nullum detrimentum patiantur. Poſtquam autem hoc ita ſecutũ fuerit apud memoratos ſanctiſsimos Patriarchas, vel metropolitanos, vel alios Epiſcopos: tunc antefatos adminiſtratores eiuſdem loci, cui debitũ imminet, in ſcriptis in publico ciuitatis proponere per viginti dies. et hoc modo adhortari eos, qui comparare rem immobilem volũt: vt is qui plus præſtiterit, alijs præponatur. His autem omnibus præcedentibus venditionẽ fieri pretio modis omnibus pro debito eundo: vt non aliter habeat emptor cautum, niſi pretium ſuper ipſo debito ſoluerit; & hoc ſpecialiter ſcriptum ſit cum iureiurando in emptionali cõſcriptione, & quod nihil ad læſionem vel circumſcriptionem eiuſdẽ religioſæ domus ſit. Sin autem

autem per antefatum modũ emptor talis rei non inueniatur: iubemus debitum quidem percipere creditorem iure eo, quod pro soluto dicitur: vt ipsam possessionẽ creditor accipiat iusta & subtili æstimatione facienda, & adicienda pretio decima portione totius æstimationis. Et sic in ea quantitate capere rem creditorem pro solutione firmo dominio possidẽ dam. Sic tamen vt administratores eius loci, cui debitũ imminet, & pars maior eorum, qui ibidem ministeriũ faciunt, huiusmodi venditionibus cõ sentiant. Ea autem res, quæ pro soluto immobilis constituta datur, nõ electione creditoris præstetur; sed quod medium est fertilium & infertilium possessionum, quæ ad religiosum pertinent locum, æstimari oportet ex reditu suo, & publicarum tributionum functione, & reliquo statu. Si quis autem Episcopus, vel œconomus, vel administrator cuiuscũq. religiosi loci, siue in imperiali ciuitate, siue in pro-

uincijs positi pecuniã mutuatus est, vel postea mutuatus fuerit: iubemus non aliter ei in rationes religiosæ domus imputari, nisi prius probauerit, quod in causas prædicti religiosi loci hoc processit. Sed neq. ipsum creditorem vel heredes eius contra domũ religiosam habere aliquam actionẽ; nisi probauerit in causas ad religiosam domum pertinentes pecuniam processisse: sed contra eum, qui mutuatus est, vel heredes eius suas mouere actiones. Hoc quoq. iubemus, vt excepta sanctissima maiori ecclesia imperialis ciuitatis, & sancto orphanotrophio, & xenonibus, & ptochijs, quæ in hac imperiali ciuitate sunt, vel quæ intra territoriũ eius; licere omnib. sanctissimis ecclesijs, & religiosis domib. nec nõ monasterijs, quæ vel in imperiali ciuitate, vel in diuersis prouincijs posita sunt, per mutationes secũ facere cũ indemnitate vtriusq. loci, consentientibus in scriptis vel per depositiones huic cõ-

tractui

tractui nõ solum administratoribus vtriusq. religiosi loci, sed etiã maiore parte eorũ, qui ibi ministeriũ faciũt. Res autẽ immobiles, quę ab imperiali domo ad quẽcumq. religiosum locum peruenerũt, vel postea peruenerint, nullo modo vendi, vel supponi, vel permutari, vel quocũq. modo alienari cõcedimus, nec si secũ religiosæ domus tale aliquid fecerint.

III. NVLLI liceat monasteriũ alienare, vt in profanũ statum transeat: sed liceat Episcopis huiusmodi facinora emendare, & in pristinum statũ locum reducere.

IV. SI quis autẽ ex prædictis locis excepta maiori ecclesia imperialis vrbis possessionem habeat tributis plurimis prægrauatã, ex qua nullus reditus sancto loco præstatur, facultatẽ liberã damus administratorib. religiosi loci talem possessionem alienare, quocũq. modo putauerint cõmodũ eidem religioso loco fore, monumentis scilicet in tali alienatione faci-

endis apud illos, a quibus administra tores talium locorum præponuntur, vel creantur; & iurantibus per diuinas scripturas his, qui eisdem locis præpositi sunt, & maiori parte eorũ, qui ibi ministeriũ faciũt: quod nulla proditione, nulla gratia, nulla circũscriptione alienatio fiat. OECONOMIS autem, vel administratoribus, vel chartularijs cuiuscumq. loci religiosi, & parentibus & liberis eorũ, & alijs, qui vel cognatione, vel iure nuptiarum eis copulantur, locationes, vel emphyteusis, vel emptiones, vel hypothecas rer. immobilium ad eosdem religiosos locos pertinentium subire vel per se, vel per interpositam personam sub isdem pœnis interdicimus, quas superius diximus.

V. SI quis autem conductor, vel emphyteuticarius rem, quæ ad locum religiosum pertinet, deteriorem fecerit; vel per biennium emphyteuticũ canonem siue mercedem non soluerit: liceat administratoribus religiosi loci

loci eum expellere de locatione, vel emphyteuseos contractu; & exigere ab eo transacti temporis debitum canonem; & propter emponemata nullam ei competere actionem. Sin autem nolint administratores religiosi loci eũ expellere: id quod debet, præstet; & teneat rem donec tẽpus statutum finiatur; & canonem secundum quod pactus est, præstet. Quod si fugerit; liceat administratoribus religiosi loci indemnitatem seruare ex rebus ipsius; & propter emponemata nullam timere actionem.

VI. SANCTISSIMIS ecclesijs Odessi, & Tomeos permittimus alienare res immobiles pro captiuorum redemptione; nisi forte ad hoc etiam præstitæ fuerint, vt nullo modo alienarentur. Illud quoq. concedimus, vt Hierosolymitana ecclesia licẽtiã habeat domos suas in eadem ciuitate positas vendere non in minori pretio, quam ex pensionibus earum per quinquaginta annos colligitur, vt ex

ea

ea æstimatione alius reditus melior comparetur.

VII. SI quis cuicũq. sancto loco vel in imperiali ciuitate, vel in prouincijs posito possessiones penuria laborantes donauerit, vel vendiderit, vel alio modo præstiterit, vel reliquerit: iubemus pro talibus rebus nullã læsionẽ perpeti religiosam domũ, ad quã talis possessio peruenit siue publicarũ functionũ nomine, siue alterius cuiuscumq. causæ: sed totum grauamẽ ad eos, qui dederunt, vel heredes eorum redire, cogendos recipere tales possessiones, & restituere de sua substantia religioso loco omne detrimẽtum, quod ei ex tali causa contingit. Sed & si fraus interceſſerit tãta, vt etiam pecunia a religioso loco præstetur; vt possessiones illas religiosus locus suscipiat: iubemus, vt is, qui dedit, vel eius heredes suscipiant possessiones, & pecunias non exigãt. Nulli autem ecclesiæ necessitatem imponi volumus possessiones vbicumq.

cumq. posítas, quamuis fertiles sint, comparare.

VIII. SI quis vsus nomine rem immobilem ab ecclesia prouinciali accipere velit: eodē iure, & sub isdem cōdicionib. accipiat, quas superius diximus in ecclesijs, quæ in imperiali ciuitate sunt, vel intra territorium eius posítæ.

IX. HAEC de rebus immobilibus. Nā de sacris vasis cuiuscumq. ecclesiæ vel oratorij iam legem posuimus: vt nō aliter liceat ea distrahere, nisi pretium eorum procedat in redemptionem captiuorū: aliter enim vendi, vel obligari non possunt. Sin autē religiosa domus habeat superflua vasa, quæ nullum vsum necessarium faciunt: ipsa autem debitis prægrauatur: & non sunt aliæ res mobiles, ex quibus possint debita persolui: licentiam damus actis interuenientibus, secundum modum superius præfinitum, memorata superflua vasa, vel alijs religiosis locis, si hoc eis vtile sit, ven-

vendere, vel conflare & similiter vẽdere; & eorum pretium debiti nomine dare: vt res immobiles non alienentur.

X. SI contra ea, quæ diximus in præsenti lege, cõtractus fiat in rebus mobilibus, & immobilibus ad religiosa mdomũ pertinẽtibus: iubemus reddi quidem eidem religioso loco rem, in qua tale aliquid secutum est cum medij temporis fructibus. Maneat autem apud eundem religiosum locum & pretium, & si quid remunerationis, vel permutationis gratia, vel alterius cuiuscumq. causę nomine ei præstitum est. Quod si emphyteusis facta sit cõtra ea, quę dispposuimus: res quidem religioso loco reddatur; pactionem autem emphyteuticã præstet emphyteuticarius secundum tenorem instrumentorum, quæ in huiusmodi contractu cõpposita fuerint. Quod si donata fuerit res ad religiosum locum pertinens: reddatur ei cũ medij temporis fructibus, & aliud rãtum,

tum, quantum eadem res digna est.

Sin autē in hypothecam cōtra prę dictas distinctiones data fuerit: creditor quidem debitum amittat, & rem religioso loco reddat. Tabelliones autem, qui contra præsentem legem instrumēta componere ausi fuerint, perpetuo exilio condemnentur.

QVIDQVID ante præsentē Constitutionem factum est, si quidē secūdum veteres leges valeat; sin autē aduersatur eis, radicitus euatur. De cetero autem veteribus legibus in hac parte euacuatis præsentem legem in rempublicā nostram pullulare sanctimus.

NOV. CXXI.

QVIDAM mutuatus ab aliquo quingentos aureos, soluit aliquam quātitatem vsurarum, quasdā autem debens cautionem emisit in sexcentis aureis: quoniam autem omnis solutio nongentis quadraginta

ta nouem aureis peruenit; & creditores dicebant totum in vsuris solutum fuisse; exigebant sexcentos, qui cautioni continebantur. Ait autem lex, si reliquos quinquaginta vnum solue rit, vt debitũ duplicetur, nihil aliud exigebatur. quamuis veteres dixerunt, tunc super duplum non peti debitum, quãdo nulla solutio in medio contingit.

NOV. CXXII.

*

NOV. CXXIII.

DE ADMINISTRATIONE, & priuilegijs, & alijs diuersis capitulis ad ecclesias & alias religiosas domos pertinentibus iam quę dam dispoſuimus. In præsenti autem ea; quæ de religiſiſſ. Episcopis & clericis & monachis antea in diuersis Cõstitutionibus dispoſita sunt, cum competenti emendatione hac con-

continere lege existimauimus.

SANCTIMVS igitur quando opus fuerit Episcopum creari, clericos & primates ciuitatis eius, cuius Episcopus desideratur fieri; in tribus personis decreta facere propositis sanctis euangelijs periculo animæ suæ, dicentes in ipsis decretis, quod neque propter aliquam præstationē, neque propter promissionem, vel amicitiam vel aliā qualēcumq. causam, sed scientes eos rectæ & catholicæ fidei, & honestæ vitæ esse, & litteras scire eos elegerunt; & quod neque vxorem, neque liberos eorum quis habet, neque concubinam, vel liberos naturales cognoscunt eos habuisse, vel habere. Sed & si prius quis vxorem habuit, & ipsam vnam & primam, & neque viduam, neq. marito disiunctam, neque legibus, vel sacris canonib. reprobatam, idest scenicam. Sed neque curialem, vel taxeotam esse eum cognoscunt: vel si curiali, vel taxeotica 1.

suppo

ſuppoſitus eſt condicioni ; ſciunt ipſum in monaſterio nō minus quindecim annis ſolitariam vitam peꝛegiſſe. Et hoc autem decretis oportet imponi, quod nō minus,quam triginta quinq.ætatis annos agere electam a ſe perſonam cognoſcūt. vt ex trib. perſonis , pro quibus talia decreta fuerint , melior creetur electione & periculo creatoris. Curialem autē vel taxeotam,qui ſecundum ea, quæ diximus,per quindecim annos in monaſterio moratus eſt,& ad Epiſcopatum prouectus , liberum eſſe propria condicione.ſic tamē vt liberatus curia quartam portionem ſui patrimonij ſibi retineat,ceteris reb. ipſius ſecundum noſtram legem curiæ & publico vindicandis. Damus autem licentiā illis,qui decrata faciunt,ſi qui dem laicum citra curialem & taxeotam dignum prædictæ electionis eſſe putauerint : talem hominem vna cū alijs duobus clericis vel monachis eligere. Sic tamen vt laicus,qui hoc

modo

modo ad Episcopatum electus est, nō statim Episcopus creetur, sed primū clericis non minus tribus mensibus connumeretur, & ita sanctos canones, & sacrosanctæ ecclesiæ ministerium edoctus Episcopus creetur. Qui enim alios docere debet, ab alijs post consecrationem doceri non debet. Quod si in aliquibus locis non inueniantur tres personæ ad talem electionem idoneæ: liceat decreta facientibus & in duabus vel in vna persona decretum facere; vt tamen omnia antefata habeat testimonia. Sin autem hi, qui debent Episcopum eligere, talia decreta intra sex menses non fecerint: tunc periculo animæ suæ ille, cui competit consecrare, Episcopum consecret omnibus alijs quæ diximus obseruandis. Si quis autem præter memoratam obseruationem Episcopus creatus sit; iubemus eum modis omnibus ab episcopatu repelli. Sed & illum, qui contra hæc præ-

cepta ausus fuerit Episcopum consecrare; separari per vnum annum a sacro ministerio & totam eius substantiam, si qualicumque tempore vel modo in ipsius dominium peruenerit, propter delictũ, quod fecit, dominio ecclesiæ cuius Episcopus est vindicari.

II. SI QVIS autem eius, qui ad Episcopatus consecrationem electus est, accusator extiterit: in causa, quæ per leges vel canones inhibet consecrationem eius: prius de accusatione Episcopus, qui consecraturus erit, disceptationem faciat vel præsente accusatore & implente suam accusationem, vel non implente, sed per tres menses differente. Et si quidem inuenerit eum, qui electus est, obnoxium, inhibeatur consecratio. Enimuero si innocens appareat, non impediatur: sed accusator, qui vel non probauit id, de quo accusauit, vel si destituit litem; expellatur prouincia,

in

in qua domicilium habet. Si quis autem ante cognitionem accusatū consecrauerit: consecratus quidem sacerdotio expellatur; qui autem cōsecrare eum præcipitatus est, superius expositis pœnis subiciatur. id est vt per vnum annum ministerio sacro abstineat, & vt res ipsius ecclesiæ addicantur, cuius Episcopus est.

ANTE omnia illud obseruari sanctimus, vt nemo sub præstatione auri, vel alterius rei Episcopus consecretur. Quod si tale aliquid admissum fuerit: semetipsos & suas animas hi qui pecuniam accipiunt, vel præstant, & mediatores eorum secundum diuinas regulas & sacros canones, condemnatione subiciunt. et propter hoc & qui dat, & qui accipit, & qui mediator factus est, sacerdotio vel clericatus honore remoueatur. Quod autem pro ea causa datum est, ecclesiæ illi vindicetur, cuius voluit sacerdotium emere. III.

Sin autem laicus erit, qui pro hac cau
sa aliquid accepit, vel mediator rei
factus est: ea quæ data sunt, in duplũ
ab eo exigi ecclesiæ vindicanda. Nõ
solum autem ea, quæ data sunt vindi
cari præcipimus; sed omnem cautio-
nem super hoc quocumq. modo im-
positam, & pignorum obligationem,
& omnem aliam qualemcumq. actio
nem vel obligationem cessare sancti
mus. Vt ille, qui promissionem acce-
pit, non solum cautionem reddere;
sed & aliud tantum, quantum cautio
continet, conueniatur ecclesiæ dare.

IIII. SI quis post Episcopatum, vel an-
te cõsecrationem voluerit proprias
res suas, vel earum partẽ ecclesiæ of-
ferre, cuius Episcopus erit, hoc lauda
bile est: quia non est emptio sed o-
blatio.

V. PRO consuetudine autem illa
sola concedimus præstari ab Episco-
pis consecratis, quæ deinceps presen
ti lege continentur. Iubemus igitur
beatissimos quidẽ Patriarchas, idest
Papam

Papam Romanum,& Cõstantinopolitanum,& Alexandrinum,& Theopolitanum,ideſt Antiochenũ,& Hieroſolymitanum,ſi quidem conſuetudo eſt Epiſcopis vel clericis in eorum conſecratione minus quã viginti auri libras præſtari:ea tantũ dare, quæ conſuetudo vult. Quod ſi plus ſit, quod antea dabatur:nihil ab hoc tẽpore vltra viginti libras auri præſtetur. Metropolitanum autem, qui a concilio ſuo vel beatiſsimis Patriarchis creatur, & omnes alios Epiſcopos,qui vel a Patriarchis,vel a metropolitanis conſecrantur: ſi quidẽ non minus triginta auri libris reditũ habeat eccleſia conſecrati:dare pro cathedratico ſolidos centum. notarijs autem cõſecrantis,& alijs,qui ex cõſuetudine capiunt,ſolidos trecẽtos. Sin autem eccleſiæ reditus minor ſit triginta libris annalibus auri,nõ minor autem decem: pro cathedratico quidem dari ſolidos centum; alijs autem omnibus, qui ex cõſuetudine capiunt,

piunt, solidos ducentos. Sin autē reditus minor sit decem, non minor quinq. libris auri: pro cathedratico quidē solidos quinquaginta dari; omnibus autē alijs, qui ex cōsuetudine capiunt; solidos septuaginta. Sin autem minorem quidem quinq. nō minorem autē tribus auri libris habeat ecclesiæ reditum: pro cathedratico quidem decem & octo; omnibus autem, qui ex consuetudine capiunt, solidos viginti quattuor. Sin autem minor tribus, non minor autem duabus auri libris sit quantitas ecclesiastici reditus: pro cathedratico quidē præstari solidos duodecim, pro omni autem consuetudine alia solidos sex decim. Episcopum autē ecclesiæ minorem duabus auri libris reditum habentis neq. pro cathedraticis, neque pro consuetudine alia aliquid dare concedimus. Ea autem, quæ præstari disposuimus, primus presbyter consecrantis Episcopi, & archidiaconus eius suscipiētes ex consuetudine capien-

pientibus diuidant. Hæc itaq. iubemus omnibus modis obseruari, ne ex talibus occasionibus & ecclesiæ debitis prægrauentur, & sacerdotia venalia fiant. Si quis autem vltra statutam a nobis quantitatem pro cathedratico vel cõsuetudine quocũq. modo ausus fuerit capere: iubemus eius quod plus cepit, triplũ ex rebus ipsius vindicari ecclesię eius, qui dedit.

VI. CONSECRATIO Episcopi liberum faciat eum tam seruili, quã adscripticia condicione. Taxeotas enim, vel curiales, qui contra prædictam distinctionẽ ad Episcopatus apicem prosiluerint: officio iterũ, & curiæ restitui sanctimus: ne ex tali condicione sacerdotio iniuria fiat. Illos autem, qui ante nostram præsentem legem ex curiali condicione inuenti fuerint Episcopi creati: tali quidem condicione liberos esse, legitimam autem portionem de rebus suis curiæ & publico præstent.

Sic tamen vt nullam deminutionẽ

patiantur eccleſiaſtica iura in rebus, quas poſt Epiſcopatum adquiſitas ec cleſiæ eorum cõpetere diſpoſuimus.

VII. PRESBYTER, diaconus, ſubdiaconus iure cognationis ad tutelã vel curationẽ vocatus munus adminiſtrationis in hoc caſu tantum ſuſcipere cõcedatur: ſi tamẽ intra quatuor menſes numerandos ab eo tempore, quo vocatus eſt, apud competẽtem iudicem in ſcriptis manifeſtauerit, quod huiuſmodi munus ſua ſponte recepit. Si quis eorum hoc fecerit: nullum ex hoc circa aliam tutelam, vel curationẽ præiudicium patiatur.

VIII. CLERICVS neque exceptor, neq. exactor publicarum ſtributionum, neq. conductor vectigalium, vel alienarum poſſeſsionum, vel curator domus, vel curator litis, vel fideiuſſor in talibus cauſis ſiue Epiſcopus ſit, ſiue œconomus, vel alius clericus cuiuſcumq. gradus, vel monachus, niſi ſuo nomine vel eccleſiæ, vel monaſterij cauſa exiſtat: ne ex hac occaſione,

ne,& ſanctis locis damnum fiat, vel diuina miniſteria impediãtur. Quod ſi eccleſijs vel monaſterijs poſſeſsiones quædam cõfines inueniantur;& voluerint adminiſtratores eorũdem venerabilium locorum ad cõductionẽ vel emphyteuſim eas capere:tunc omnib.clericis & monachis ſuper talibus cauſis vel in ipſo inſtrumento, vel in publicis monumentis conſentientibus,& contractum facientibus pro vtilitate venerabilium locorum hoc fieri, cõcedimus tales cõtractus procedere. Ipſis quoq. ſanctis eccleſiijs & alijs ſanctis locis damus facultatem conductiones & emphyteuſis ſecum facere: & clericis ſimiliter ſuarum eccleſiarum poſſeſsiones cõducere & adminiſtrare,conſenſu tamen Epiſcopi & œconomi exceptis illis perſonis, quas per alias leges hoc facere prohibuimus. Si quis autem contra prædicta aliquid fecerit: ſi quidem Epiſcopus ſit; omnes eius res ex quacũq. cauſa vel perſona ſiue

ante

ante Episcopatum siue postea ad eum peruenerint, ecclesiæ eius vindicari sanctimus. Sin autem œconomi vel alij clerici sint, qui hoc admiserunt pœnam eos pecuniariam, quam Episcopus eorum existimauerit exigere; ecclesiæ vindicandam. Cum & hi, qui locationem vectigalium, vel cuiuscumque possessionis, vel publicarum tributionũ exceptionẽ vel exactionẽ vel curationem domus ei cõmittentes, vel fideiussores pro memoratis causis capientes nullam contrà ecclesiam, vel monasterium, vel res eius, vel administratores, vel aduersus illas personas, quibus crediderint, vel contra substantias vel fideiussores eorum habeant actionem. Illi autem, qui publicarum tributionum, vel vectigalium exceptionem, vel locationem, vel exactionem memoratis personis crediderint, vel fideiussores eorum receperint; quidquid publico damni contigerit, hoc de sua

sub

substantia restituere compellantur.

NVLLVS Episcopus cogatur ad iudicium venire dicendi testimonij causa, sed iudex ad Episcopum mittat ministros suos: & propositis sanctis euangelijs, quod scit, Episcopus dicat secũdum hoc, quod sacerdotibus honestum est. IX.

NVLLVS Episcopus neque pro ciuili, neque pro criminali causa apud quemuis iudicem siue ciuilem, siue militarem producatur vel exhibeatur, nisi imperialis iussio præcesserit. Magistratus enim, qui hoc iubere ausus fuerit, amissione cinguli, & viginti librarum auri condemnatione plectetur: vt istæ viginti libræ ecclesiæ addicantur, cuius Episcopus produci, vel exhiberi iussus est. Litis autem executor post cinguli amissionem tormentis subiiciatur, & in exilium mittatur. X.

NON liceat Episcopis suas quidem XI.

dē ecclesias relinquere in alias autē prouincias peruenire. Sin autē hoc ex causa fecerint necessaria; ostēdāt vel litteras Patriarchæ, aut metropolitani sui, vel imperialem iussionem. Nam nec illis Episcopis, qui sub Patriarcha Constantinopolitano sunt, aliter in hanc imperialem ciuitatem venire permittimus, nisi ex permissione eius, vel nostra iussione peruenerint. Quicumq. autem ex quauis diœcesi venerit in hanc ciuitatē Episcopus: intret primum apud beatissimum Patriarcham Constantinopolitanum, ac per ipsum ad nostram post ea serenitatem. His autem, qui contra præsentē dispositionē proficiscūtur, vel vltra vnius anni spatiū extra suam prouinciam degunt: primū quidem sanctimus nō subministrari impensas ab œconomis ecclesiæ suæ; deinde admoneri per litteras à sacerdotibus, quibus subiecti sunt, vt redirēt in suas ecclesias. Quod si distulerint: secūdum sacros canones euocari.

ri. Et si intra definitum tempus a sacerdotibus ad ecclesias suas non redierint: ipsos quidem Episcopatu repelli, alios autem pro ipsis meliores consecrari secundum vim præsentis legis. hoc eodē & in clericis optinēte cuiuscūq. gradus sint, vel ministerij.

XII. VNVSQVISQVE Episcopus vel Patriarcha vel metropolitan⁹ subiectos sibi Episcopos semel aut bis per singulos annos apud se cōuocare debet: & omnes causas subtiliter cognoscere, quas Episcopi, vel clerici, vel monachi secum habent, easq. cōponere: & si quid contra canones ex quacumque persona admissum est, emendare.

XIII. NEQVE Episcopus, neq. presbyter, neq. diaconus, neq. subdiaconus, neq. lector, neq. alius cuiuscumq. consortij, vel habitus cōstitutus tableiare * audeat. vel socius ludentium fieri, vel spectator, vel in quocumq. spectaculo spectandi causa venire. Ac si quis contra hoc fecerit: per tres annos

nos sacro ministerio prohibeatur, & in monasterium mittatur. Sin autẽ dignam pœnitentiam in priori tempore ostenderit: statim reuocatur, & dignus sacerdotio reddatur, vel ministerio suo. sciẽtib. sacerdotibus, quĩ talia peccata scientes dissimulauerint, quod ipsi deo rationẽ reddunt.

XIV. NVLLVS Episcopus inuitus cogatur subiectum sibi clericum qualẽcumq. dẽ suo clero dimittere.

XV. NEMO Episcopus, nemo presbyter excõmunicet aliquem ante, quã causa probetur, propter quã ecclesiastici canones hoc fieri iubẽt. Si quis autem aduersus ea excommunicauerit aliquem: ille quidem, qui excõmunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctæ communicationis redeat: is autem, qui non legitime excommunicauerit; in tantũ abstineat tempus sacrosancta cõmunione, quantum maiori sacerdoti visum fuerit: vt quod iniuste fecit, ipse iuste patiatur.

2. q. 1. c. 11.

NON

NON liceat Episcopo manibus suis aliquẽ cẽdere: hoc enim alienum a sacerdote est. XVI.

SI EPISCOPVS expulsus aut fusus fuerit ingredi ciuitatem, de qua repulsus est, vel exire de loco, in quo degere iussus est: iubemus eũ in monasterio in alia prouincia constituto tradi, vt quæ in sacerdotio peccauit, degens in monasterio corrigat. XVII.

NON alium clericum concedimus creari, nisi eũ, qui & litteras scit, & rectam fidem, & vitam honestam habeat; & neq. concubinam, vel naturales liberos habeat, vel habuit. Sed vel castitate præditum, vel vxorem legitimam, & ipsam vnam & primam habentẽ; vel si iam habuerit & neq. viduam, neq. disiunctã a marito, neq. aliter legibus vel diuinis canonibus reprobatam. XVIII.

NEMO presbyter cõsecretur, qui minor triginta annis sit. nemo diaconus, vel subdiaconus fiat minor XIX. dist. 78. c. 2.

vigin

vigintiquinq. annis. nemo lectoribus connumeretur, qui minor decem & octo annis fuerit. nemo inter diaconissas consecretur sacrosanctæ eccle siæ, quę minor sit quadraginta annis, vel ad secundum matrimonium peruenit.

X. SI consecraturo clericum Episco po cuiuscumq. collegij vel gradus, ac cusator extiterit, qui dicat illum indignum consecratione esse: ipsa quidem cõsecratio differatur; omnia autem, quæ prò cognitione vel coërtione consecratationis Episcoporum superius diximus, & in hac optineant parte.

XXI. SI subdiaconus vel diaconus futurus non habeat vxorem, secundũ ea, quæ supra exposuimus, sibi coniunctam; non aliter cõsecretur, nisi prius a consecratore interrogatus promiserit posse post consecrationem, & sine legitima vxore caste viuere. non concedendo a consecratore cõsecrationis tempore diacono vel subdiacono

cono futuro permittere, vt post consecrationem vxorem accipiat. Quod si hoc permiserit fieri: Episcopatu suo expellatur. Presbyter autē, vel diaconus, vel subdiaconus, qui vxorē duxit, repellatur quidem de clero: curiæ autem ciuitatis eius, in qua clericus erat cū facultatibus suis tradatur. Sin autem lector secundas contraxit nuptias, vel primas quidē, sed duxerit vxorem viduam vel disiunctam a marito, vel legibus vel sacris canonibus reprobatā: ad alium gradum ecclesię non procedat. Quod si quocumq. modo in maiorem gradum productus sit: reijciatur ab eo, & priori restituatur.

NEQVE curialis, neque taxeota clericus cōsecretur. Quod si hoc factum fuerit, priori condicioni restituatur. nisi forte non minus, quā quin decim annos in solitaria vita peregerit. Tales enim homines consecrari iubemus, reddenda scilicet a curiali legitima portione tam curię, quam XXII.

publico. SI MONACHVS cle
ricatus honorem meruerit: solitariæ
vitæ canones non transgrediatur.
Ideoq. quamuis in tali gradu fuerit,
vt liceat clericis in eo cõstitutis vxo
rem ducere: nõ audeat ipse hoc face-
re. Alioquin si concubinam vel vxo-
rem duxerit: curiæ, vel officio, vel cõ
dicioni, cui subiectus ante fuerat,
restituatur. Idemq. dicimus, & si nul
la antea cõdicione suppositus postea
monachus factus ad clericatus hono
rem peruenerit. Et generaliter de-
finimus nulli licere in quocumq. gra
du ecclesiastico posito recedere ab
eo, & inter laicos connumerari. Si
enim ausus fuerit facere: cingulo vel
dignitate, vel militia, si quam ha-
beat spoliatus curiæ suæ ciuitatis
tradatur. EOS autem, qui ante no
stram legem clerici creati sunt, a cu-
riali condicione per substitutas per-
sonas pecuniaria implere munera:
de corporalib. autem immunes & li-
beros custodiri.

NVL

NVLLVS clericus cuiuscumq. gradus præstet aliquid ei, a quo consecratur, vel aliæ cuicumque personæ. Solas autem consuetudines consecratori, & ministris eius ex more capientib. vnius anni diaria nõ excedẽtes pecunias præstet. In sancta autem ecclesia, in qua cõsecratur, nihil omnino cõclericis suis præstet super processu suo; neq. propter hanc causam proprijs solatijs, vel alijs partibus suis defraudetur. XXIII.

NVLLVS neq. xenodochus, neq. ptochotrophus, neq. nosocomus, neq. alius religiosę domus administrator, vel cuiuscũq. cũrę ecclesiasticæ gestor præstet aliquid ei, a quo præponitur, vel cuicũq. personæ pro cõmissa sibi administratione. Qui autem prę ter hæc, quæ disposuimus, dederit aliquid, vel acceperit, vel mediator factus fuerit: sacerdotio, vel clero, vel cõmissa sibi administratione nudabitur, his quę data sunt vindicãdis religioso loco, cuius talis persona XXIV.

consecrationem, vel curam, vel administrationem accepit. Sin autem laicus sit, qui acceperit, vel mediator factus est: duplum ab eo exigatur, & religioso loco, in quo talis persona administrationem, vel consecrationem, vel curam accepit, prestetur.

XXV. SI clericus cuiuscumq. gradus, siue administrator cuiuscumq. religiosi loci ante consecrationē, vel administrationem, vel curam sibi cōmissam, vel postea voluerit aliquid de proprijs suis rebus offerre ecclesię, in qua consecratur, vel loco, cuius administrationem, vel curam recepit: non solum prohibemus hoc fieri, sed magis exhortamur talia pro salute animę suę facere. Nos enim illa tantū dari prohibemus, quæ specialiter quibusdam personis præstantur, non ea, que sacrosanctis ecclesijs, vel alijs religiosis locis offeruntur.

XXVI. SI seruus sciente & non contradicente domino in clero sortitus sit: ex hoc ipso liber & ingenuus fiat. Si enim

enim ignorante domino consecratio facta fuerit; liceat domino intra annum tantum condicionem probare, & proprium seruum recipere. Sin autẽ seruus sciente domino vel ignorante secundũ ea, quæ diximus, ex ipso honore clericatus libertatẽ meritus postea ecclesiasticum ministerium reliquerit, & ad laicorum vitam transierit: domino suo in seruitio tradatur.

ADSCRIPTICIVS in ipsis tantum possessionibus, in quibus censitus est, clericus fiat; quamuis inuito domino hoc fuerit factum: sic tamen vt & clericus factus impositã sibi cultura impleat. XXVII.

SI quis oratoriam domum ædificauerit; & ipse vel heredes eius clericos in ipsa domo consecrari maluerint sumptus administrãtes eiusdem domus audiantur, si dignos nominauerint clericos. Sin autem illi tales sint, vt diuinis canonibus non comprobentur: ad Episcopum pertine- XXVIII.

bit alios clericos idoneos eligere.

XXVIII SANCTIMVS vt reuerētissimi clerici suis obseruent ecclesijs, & sibi cōpetens ecclesiasticū impleant ministerium. Idq. inquirere debet cū iuscūq. ciuitatis religiosissimus Episcopus, & in singulis gradibus ecclesiasticis primates, vt qui ea non custodierint, canonicis pœnis subiciātur.

XXX. PRESBYTERI, diaconi, subdiaconi, lectores, & cantores, quos omnes clericos vocamus, res quōcūq. modo in eorum dominium peruenientes habeant in propria potestate ad similitudinē castrēsis peculij. vt liceat eis donare, & secundū leges in eas testari: quāuis in parentū suorū fuerint potestate. Sic tamē vt liberi eorum, vel liberis nō superstitibus parentes eorum legitimā portionē capiant.

XXXI. PRESBYTERI & diaconi si in causa pecuniaria falsum testimoniū dixerint: nō tormentis subiciantur, sed per tres annos separētur a diuino ministerio, & monasterijs tradā

tur.

tur. Pro criminalibus autē cauſis ſi falſum teſtimonium dixerint: clericatus honore nudati legitimis pœnis ſubiciantur. Ceteri autē in alio ordine eccleſiaſtico relati ſi falſum teſtimoniū in quacumq. re ſiue pecuniaria, ſiue criminali dixiſſe cōuincantur: ordine eccleſiaſtico reiecti legitimis coērtionibus ſubiciantur.

SI quis contra clericū, vel monachū, vel diaconiſſam, vel monaſtriā, vel aſcetriā habeat aliquā actionē: adeat primum religioſiſsimū Epiſcopum, cui eorum vnuſquiſq. ſubiectus eſt. Ille autē rem inter ipſos diſcernat. Et ſi quidem vtraq. pars iudicatis adquieſcat: iubemus per Præſidē locorū ea executioni pleniſsime tradi. Sin autē vnus ex litigatoribus intra decē dies cōtradixerit iudicatis: tūc locorū Præſes rē cognoſcat. Et ſi inuenerit iudiciū recte prolatū: & ſuo calculo hoc cōfirmet, & executioni tradat iudicata; & non liceat ei, qui bis in tali re victus eſt, prouocare. XXXII

Sin autem calculus Præſidis contrarius ſit Epiſcopi calculo: tunc locum habeat appellatio contra calculum Præſidis;&ea ſecundum legis ordinẽ referatur,& exerceatur. Sin autem ex imperiali vel iudiciali iuſsione Epiſcopus iudicauerit inter qualeſcũq. perſonas:prouocatio ad Imperatorem vel ad iudicem,qui iuſsit, referatur. Sin autem crimen ſit,quod aduerſus memoratas reuerentiſsimas perſonas referatur:ſi quidẽ apud Epiſcopum aliquis accuſetur:& ipſe veritatẽ inuenire potuerit:de honore vel gradu eum ſecundum eccleſiaſticos canones reiciat. Et tunc competens iudex ipſum comprehendat, & ſecũdum leges litigium diſcernẽs finem ei imponat. Sin autem prius ciuilem Præſidem adeat accuſator, & crimẽ per legitimam diſceptationẽ potuerit probare: tunc Epiſcopo locorum monumenta intimentur.et ſi ex ipſis cognitum fuerit propoſita crimina eum admiſiſſe:tunc ipſe Epiſcopus lo

corum

corum eum secundum regulas de honore vel gradu, quē sustinet, separet: iudex autem vindictam ei inferat legibus competentem. Sin autem putauerit Episcopus acta non iuste constitisse: liceat ei honoris spoliationē differre vel gradus. vt talis persona sub legitima cautela fiat; & ita ad nos causa per Episcopum & iudicem referatur: vt eā nos cognoscentes, quod nobis iustum fuerit visum, hoc iubeamus. Si quis autē pro pecuniaria causa cōtra prædictas personas aliquam habuerit actionē; & Episcopus distulerit inter eos iudicare: licentiam habeat actor ciuilem Præsidē adire. sic tamē, vt accusata persona nullo modo cogatur fideiussorē dare; sed tantum promissionem sine iureiurando cum hypotheca suarum rerum exponere. Sin autem pro criminali causa accusatio contra memoratas personas deponatur: sub legitima cautela accusata persona fiat.

SI de negotio ecclesiastico (idest canonico) XXXIII.

canonico) causa emerserit: non magistratus, sed religiosus Episcopus secundum sacros canones imponat negotio finem.

XXXIIII. SI inter Episcopos eiusdem concilij dubitatio emerserit de ecclesiastico iure, vel de alijs negotijs: prius metropolitanus eorũ cum alijs quibusdam concilij sui considerans rem iudicet. Et si nõ adquiesceret vtraq. pars iudicatis: tunc beatissimus Patriarcha illius regionis inter ipsos audiat: & quod ecclesiasticis canonibus & legibus nostris cõsentaneum sit: hoc definiat; & nulla pars valeat calculo eius contradicere.

XXXV. SI clericus vel quis alius contra Episcopũ propter qualemcunq. causam adire potestatẽ maluerit: prius metropolitanus eorum secũdum sanctas regulas & nostras leges negotiũ discernat. et si quis iudicatis contradixerit, ad Patriarchã illius regionis res referatur: & ille secundum canones & leges finem ei præbeat.

SI

SI contra metropolitanum iudex quispiã velit: regionis illius Patriarcha negotium discernat. xxxvi.

QVICVMQVE Episcopus apud quemuis iudicẽ accusatus fuerit omnino nullã neq. fideiussionẽ, neq; promissionẽ pro litigio facere cõpellatur. sic tamen vt operã dare p̃ intentiones & causas actoris dissoluere. xxxvii.

OEconomos, & xenodochos, & nosocomos, & prochotrophos, & aliorũ sanctorũ locorũ administratores, & omnes clericos iubemus super administrationib. sibi commissis apud proprium Episcopũ, cui subiecti sunt, rẽspõdere, & rationes suę administrationis facere, & executionẽ suscipere, si quid ab his debitũ fuerit probatũ; vt hoc eis loco reddatur, cui ex administratione debitũ apparuerit. Sin autem putauerint sese prægrauatos, post exactionẽ metropolitanus rẽdiscernat. Sin autẽ metropolitanus sit, qui iudicauit, & exegit: & ille, qui exactionẽ passus est, putauerit se lęsũ fuisse: xxxviii. ix.

se: administrationis illius, beatissimus Patriarcha rem discernat. Non enim concedimus antefatis personis in memoratis causis ante disceptationē & exactionem debiti suos Episcopos deserere, & in alia peruenire iudicia.

XXXIX. SI quis ex his, quibus administratio religiosi loci cōmissa est, ante quā rationes exponat, & debitā a se quātitatem exsoluat, decesserit: heredes eius similiter & rationib. & exactionibus subiciantur.

XL. SI Episcopus vel quiuis clericus in ciuitate CP. inueniatur ex quacūque prouincia: & aliquis voluerit aduersus eum actionē mouere: & si quidem iam de re litis contestatio facta est in prouinciali iudicio: ibi impleatur, ideſt in ea prouincia, in qua lis contestata est. Sin autem nōdum cepta est: apud eminentissimos tantum Præfectos Prætorio Orientis iudiciū peragatur, vel apud eos iudices, quos nostra iussio depurauerit.

NVL-

NVLLVS apocrisiarius cuiusq. cumq. ecclesię siue in hac ciuitate degens, siue apud Patriarchas vel metropolitanos ab episcopo suo missus pro suo Episcopo vel pro negotio ecclesiastico, vel debito publico siue priuato aliquam actionē vel exactionem patiatur. nisi forte ei mandatum est ab Episcopis vel œconomis quosdam cōuenire. Ipsis enim, qui conueniuntur solis præstamus facultatē, si quas actiones habuerint contra ecclesiam vel Episcopos, aduersus apocrisiarios eas mouere. Sed si obligauerint se in eo tēpore, quo apocrisiarij officium peragunt, ex his causis actiones suscipiant. XLI.

EPISCOPI & clerici pro ciuitate vel ecclesia sua legationis causa vel cōsecrationis Episcopi siue in imperiali ciuitate, siue in alio quocūq. loco peruenientes nullam molestiā, vel repulsam a quacumq. persona patiantur. Nam qui obnoxios eos habere putauerint; postquam in prouinciam XLII.

ciam reuertantur, pulsare eos pote-
runt, nullo eis præiudicio generãdo
in tẽporali prẽscriptione propter tẽ-
pus, quod in tali profectione transa-
ctum est.

XLIII. SI quando causa emerserit, vt ad-
monitio vel executio inferatur pro
pecuniaria causa siue publica, siue
priuata clerico, vel monacho, vel mo-
nachæ, vel cuicũq; monasterio, & ma
xime mulierũ, sine iniuria & cum o-
mni honore admonitio vel executio
fiat. Monacha autẽ, vel ascetria mo-
nasterio vel asceterio non detraha-
tur: sed procuratorẽ ab his præponi,
qui pro negotio respõdebit. Mona-
chis autem liceat siue per se, siue per
procuratores suos monasterij vel a-
sceterij causas pẽragere: sciente eo,
qui trãsgressus fuerit hęc statuta siue
iudex sit, siue executor litis, quod &
cingulo spoliabitur, & pœnã quinq; li
bratũ auri præstabit: quã debet exi-
gere ab eo vir magnificus Comes Re
rũ Priuatarũ. Executor autẽ & peri-

culum

culũ patiatur,& in exiliũ mittatur:religiosis locorũ Episcopis prospiciẽtibus, vt nihil istis contrariũ fiat;vel si quid peccatũ fuerit,vt prædicta coërtio fiat. Præside autẽ vindictam differente imponere, ad nostram scientiam Episcopus referat.

Sportularũ nomine quæcũq.perso XLIIII
na in quocũq.ecclesiastico ordine cõstituta,idest diaconus, & monachus, & ascetria, & monacha pro quacũq. criminali,vel pecuniaria causa cuiuscumq.sit quãtitatis,siue a clerico, siue ab aliquo militante admonitionẽ susceperit, siue in imperiali ciuitate, siue in prouincijs,in quib.degũt;non plus quã quattuor siliquas prẽstẽt. Si vero extra iussionẽ siue a Prẽside,vel a beatiss.Patriarcha missus executor in alias causas admonitionẽ obtulerit alicui de memoratis personis: nõ vltra solidũ accipiat. Sed etsi plures pro vna eadẽq. causa cõuẽti fuerint: nõ plus sportularũ nomine prẽstent, quã si vna persona conuenta fuisset.

NVL-

XLV. NVLLVS Episcopus pro rebus ecclesiæ suæ executionem vel molestiam patiatur. Sportulas autem nec pro suis negotijs admonitus præstet. Actiones autem contra ecclesiã propositas œconomi suscipiãt, vel hi, qui in hac causa præpositi sunt. SI quis aduersus nostra statuta sportulas exigere fuerit ausus, in duplum, quod accepit, præstet ei, a quo exegit. Et si quidem militat, amittat cingulum: sin autem clericus sit, clero expellatur.

XLVI. PRESBYTERIS, & diaconis, & subdiaconis, & alijs in clero scriptis non habentibus vxores secũdum diuinas regulas interdicimus & nos mulierẽ habere in sua domo excepta matre, & filia, & sorore, & alijs personis, quæ omnem quærelam effugiunt. Si quis autem aduersus istam obseruationem mulierem in domo sua habuerit, quæ potest ei suspicionem inferre turpitudinis: & ille a cõ clericis suis audierit cum tali muliere nõ habitare; & noluerit eam a domo

mo sua repellere; vel accusatore emergente probatus fuerit inhoneste cum tali muliere cõuersari: tunc Episcopus secũdum ecclesiasticos canones de clero eum repellat curię ciuitatis, cuius clericus est, tradendus.

NVLLVS Episcopus cum mulie XLVII.
re habitet penitus: nullam mulierem habeat. Sin autem probatum fuerit hoc non obseruasse: Episcopatus honore reiciatur: quia ipse se indignum sacerdotio ostendit.

CAVEANT diaconissæ cũ ma LXVIII.
sculis habitare, per quos in honestæ vitæ suspicio possit emergere. Sin autem hoc non obseruauerint: sacerdotis, cui subiectæ sunt, admonitione abstineant conuersatione masculorum. Sin autem hoc distulerint facere: ecclesiastico ministerio, & suis salarijs careãt, & monasterio tradantur, & omnem vitam suam ibi peragant. Res autem earum si quidem liberos habeãt: inter ipsas & illos secundum numerum personarum diui

dantur: vt competens eidem mulieri portio monasterio addicatur, & alat eam. Sin autem non habeat liberos: tota ipsius substantia inter monasterium, vbi immissa est, & ecclesiam, in qua prius fuerat, ex æqua portione diuidatur.

XLIX. SI quis diuinis mysterijs, vel alijs sanctis ministerijs celebrandis in sanctam intrauerit ecclesiam: & Episcopo, vel clericis, vel alijs ministris ecclesiæ iniuriam fecerit: iubemus eum tormentis subiectum in exilium mitti. Sed si ipsa sancta oratoria, vel diuina ministeria cõturbauerit, vel celebrari prohibuerit: capitali supplicio puniatur. Hoc eodem obseruando & in litanijs, in quibus Episcopi, vel clerici inueniuntur: vt si quidem contumeliam tantum fecerit: tormẽtis & exilio tradatur; sin autem litanias conturbauerit; capitale periculum subsistat: eaque defendere volumus non solum ciuiles, sed etiam militares iudices.

NON

NON liceat laicis litanias facere sine Episcopo & clericis, qui sub Episcopo sunt. Sanctas quoque cruces, quas in litanijs portant, in sanctis locis reponi iubemus, & his proferri, si litanię tẽpus vocauerit. eaq. obseruẽt non solũ antistites locorũ & clerici, sed etiam magistratus. Si quis autem præsentis legis vim transgressus fuerit, vel vindictam imponere neglexerit: prædictas pœnas patiatur. L.

RESTAT, vt de monachis dicamus. Igitur sanctimus, vt abbas, siue archimandrita singulis monasterijs præponatur nõ secundũ gradus monachorũ, sed quẽ cuncti monachi vel melioris opinionis constituti elegerint propositis sanctis euãgelijs dicẽtes quod nõ propter amicitiã vel gratiã, sed sciẽtes eũ fidei rectę, & vitę castæ, & administratione dignũ, & potẽtem monachorũ disciplinã & omnẽ monasterij statũ vtiliter custodire, eũ elegerint, & si sic electus fuerit modis omnib. confirmetur ab Episcopo, LI.

cui monasterium subiectum est. Quæ autem de monasterijs monachorum diximus, eadem teneant & in monasterijs vel asceterijs mulierum.

LII. SI quis monachus esse velit, si quidem notum sit nulli condicioni subiectum esse: hegumenus monasterij quando existimauerit, habitū ei præstet. Sin autē incognitus sit, per tres annos habitum ei nō præstet, sex experimentū & probationē vitæ ipsius accipiat. Et si quidem intra trienniū venerit aliquis dicens eum seruum suum esse, vel adscripticium vel colonum; & ideo ad monasteriū veniſſe, vt culturā agrorum fugeret, vel propter furta, vel alia delicta in monasterio intrasse: eaq. fuerint probata: domino suo reddatur cū rebus, quas in monasterio duxisse probetur, vt tamen prius fidem accipiat a domino suo, quod nihil patiatur. Sin autem intra trienniū nemo ex prædictis personis inquietauerit eum; & trāsacto triennio probatū se hegumeno ostēderit

derit: tũc accipiat habitum, & nemo eum postea pro condicione inquietet. Sic tamẽ vt res, quas in monasterio duxit, domino restituantur. Sin autem monasterium reliquerit, & laicus fiat, & in ciuitatẽ, vel in agris deambulet: suæ condicioni reddatur.

LIII. MONACHI in vna domo habitent, communiter alantur, in vna domo semotim dormiant. nisi forte quidam ex his propter prolixam in monasterio exercitationem semotim velint viuere vel senectutis, vel corporalis imbellicitatis causa, in cęllulis quibusdam intra monasterium degerint: & hoc tamen non citra voluntatem hegumeni fiat. his omnibus & in monasterijs vel asceterijs mulierum obseruandis.

LIV. IN nullo loco monachos & monachas permittimus vnum monasteriũ habere. Sed nec ea, quæ duplicia vocant; & si quid tale est: religiosus Episcopus mulieres quidem in suo loco studeat manere: monachos autem a-

liud monasterium ædificare sibi cogat. Sin autem plura sint alia monasteria: separentur in alijs monasterijs monachæ, & in alijs monachi. res autem, quas habent communes, secundū iura sibi competentia distribuantur. Quem autē monachæ presbyterum, vel diaconum elegerint, vt eum apocrisiarium habeant, vel sanctam communionem vt eis adferat, religiosus Episcopus, cui subiectæ sunt, deputet: si tamen & fidei rectæ, & vitæ bonæ fuerit. Sin autem is, quē elegerunt, neq. presbyter, neq. diaconus sit; probatus tamen in castitate & fide: consecret eum Episcopus in illa consecratione, qua dignus sit, & fiat apocrisiarius, & sanctæ communionis minister. sic tamen vt nec ipse habeat licentiam, quamuis ita electus est, in monasterio mulierum permanere.

LV. SI quis sub cōdicione nuptiarum, vel liberorum, vel dotis causa, vel ante nuptias donationis donauerit, vel reli

querit ſuis liberis vel aliæ cuicumq. perſonę hereditatē vel legatū: vel ab initio pure reliquerit, vel donauerit: ſubſtitutiones autē, vel reſtitutiones eis fecerit ſub condicione quacumq. ex his, quæ prædictæ ſunt: iubemus talibus cōdicionibus ſubiecti tam maſculi, quam feminæ ſi in monaſteriū intrauerint, vel clerici, vel diaconiſſæ, vel aſcetriæ fuerint: tales cōdiciones irritas, & pro non ſcriptis eſſe. Hoc autem auxilio clerici & diaconiſſæ eccleſiarum fruantur, ſi in eadē vita perſeuerauerint; & ea, quæ ſic eis donata vel relicta fuerint, in pias cauſas conſumpſerint, vel donauerint, vel reliquerint. Nam de his, quæ in monaſterium, vel aſceterium intrauerint, certa forma eſt, vt totū patrimonium eorum, vel earum cum huiuſmodi rebus ad monaſterium, vel aſceterium pertineat. Sin autem ad redemptionem captiuorum vel alimoniam ſubſtitutio, vel reſtitutio facta eſt ſub antefatis condicio-

nibus: ex nullo modo prædicto reclu
di eam concedimus.

LVI. SI mulier vel vir ad solitariam vi-
tam transierit, & liberos nō habeat:
res eius monasterio competāt, in quo
intrauit. Sin autem talis persona li-
beros habeat: liceat ei substantiā suā
liberis suis distribuere: sic tamen vt
nulli eorum legitimam portionē de-
minuat; & sibi retineat vnius filij par
tem ad monasterium scilicet peruen
turam. Quod si ante quam delibe-
ret inter liberos suos propriam sub-
stantiā, in monasterio decesserit: so-
la legitima portio liberis eius defe-
ratur.

LVII. SI sponsalia legstime inter spon-
sum & sponsam cōtracta fuerint: de-
inde antequam nuptiæ celebrentur:
sponsus vel sponsa intrauerit in mo-
nasterium: id quod arrarum nomine
datum est, in simplum tantum redda-
tur, & pœna vtriq; parti remittatur.

LIIX. SI constāte matrimonio solus vir,
vel sola vxor ad solitariam vitā tran
sierit

fierit,& monachicum habitum acceperit; hoc ipso matrimoniũ dissoluatur etiam nullo repudio misso. Et si quidẽ solus vir monachus factus est: reddat mulier dotem, & quidquid aliud ab ea susceperit, & propter nuptias donationis tantam partem,quã tam mulier accepisset ex morte mariti secundum dotalium instrumentorum tenorem. Sin autẽ mulier monacha facta sit:maritus quidem retineat nuptialem donationem, mulier autem recipiat dotem suam,excepta illa portione, quæ apud maritum ex morte mulieris secundum pacta dotalia residere debet. Sed & quidquid aliud mulier apud maritũ habuerit, restituatur eidem mulieri. Quod si vtraq. persona solitariam vitam elegerit:vnaqueque pars suas res accipiat;& nemo nihil neq. lucretur, neque detrimentum sentiat. Sed maritus quidem retineat propter nuptias donationem, mulier autem recipiat dotem suam,& quidquid aliud mari-

to de-

to dediſſe probetur. Hæc omnia tam de ſponſo, quam de ſponſa, & viro & vxore ſtatuta ſunt: niſi altera pars alteri quippiam donare vel concedere velit.

LIX. NON liceat parentibus liberos, vel liberis parẽtes ab hereditate ſua repellere monachos factos; quamuis dum laici fuerint, in cauſam ingratitudinis inciderint. *19.q.3.c. vlt.*

LX. NON liceat parentibus liberos ſuos ad ſolitariam vitam trãſeuntes abſtrahere de monaſterijs. *Ibid.*

LXI. SI quis monaſteriũ ſuum reliquerit, & ad aliud monaſterium tranſierit: res eius priori monaſterio, in quo ante intrauerat, competant.

LXII. AGANT ſollicitudinem Epiſcopi, vt neq. monachi, neq. monachę in ciuitatibus ambulent: ſed ſi quas habent neceſſarias cauſas, eas agãt per apocriſiarios ſuos, vel ipſi, vel ipſæ in monaſterijs permanentes.

LXIII. SI monachus laicus factus fuerit; honore & cingulo ſpolietur, & res eius

eius monasterio addicantur, quod ab eo relictum est, instante Episcopo loci, & Præside prouinciæ: ipse quoq. in monasterium mittatur. Quod si iterum monachicam vitam reliquerit: tũc cum Præses prouinciæ, in qua inuentus sit, teneat, & taxeotis suis connumeret.

SI quis rapuerit, vel sollicitauerit, vel corruperit ascetriam, vel diaconissam, vel monastriam, vel aliam mulierem religiosam vitam, vel habitum habentem: bona ipsius, & eorum, qui huiusmodi sceleris communione contaminati sunt, a religioso loco vindicentur, in quo talis mulier habitabat per religiosos Episcopos, & œconomos, & præsides prouinciarum, & officiales eor. ipsi autem capitali periculo subiciãtur. Mulier autẽ vbiq. inuestigetur: & cum suis reb. monasterio cautiori tradatur. Sin autẽ diaconissa fuerit liberos habẽs legitimos: pars legitima liberis eius legitimis præstetur. Quod si intra annũ LXIIII 27.q.1.c. 30.

post

post cognitum tale scelus huiusmodi res a religiosis locis non vindicẽtur: Comes Priuatarum rerũ hæc nostro fisco addicat. Præses autem prouinciæ si vindictam tali crimini imponere supersederit: & cingulo careat, & pœnam quinq. librarum auri dare, fisci iuribus compellatur.

LXV. NON liceat laico, præsertim scenicis viris & mulieribus, & prostitutis habitu monachi vel monachę vel ascetriæ vti, vel quocũq. modo imitari; nec in qualemcumq. ecclesiasticum statum liceat illudere. Si quis enim ausus fuit aliquid facere cõtra: & corporales pœnas subsistat, & exilio tradatur. Hæc autem ad curam & sollicitudinem Episcoporũ & clericorum, qui eis subiecti sunt, & iudicum tam ciuilium, quam militarium, & officiorum, qui eis obtemperant, & defensorum ciuitatum pertineãt.

POENAE, quæ præsenti lege cõtinẽtur, si quidem priorib. quoq. legibus cognitæ sunt, exerceantur nõ solum

lum in futuro, sed etiam in præterito tempore. Si quæ autem in hac lege per innouationem positæ sunt, in futuris tantũ temporibus custodiãtur.

NOV. CXXIIII.

QVOTIENSCVMQVE apud quoslibet iudices lis aliqua inchoatur, vel appellationis examen agitur: oportet & ipsas principales personas litigantium, vel eos, ad quos pendente adhuc iudicio causa trãslata est, in ipso disceptationis exordio tactis sacrosanctis scripturis sacramentum prębere, quod nihil penitus iudicibus aut patrocinij causa ipsis vel alij cuicumque personæ pro hac causa quolibet modo dederunt, aut promiserunt, aut postea dabunt, vel per se, vel per interpositam personam, exceptis his rebus, quæ proprijs aduocatis pro patrocinio præstant, vel alijs, quib. ex legibus aliquid dare permittitur. Sed & si in sacro audito- I.

rio

XLV. NVLLVS Episcopus pro rebus ecclesiæ suæ executionem vel molestiam patiatur. Sportulas autem nec pro suis negotijs admonitus præstet. Actiones autem contra ecclesiã propositas œconomi suscipiãt, vel hi, qui in hac causa præpositi sunt. SI quis aduersus nostra statuta sportulas exigere fuerit ausus, in duplum, quod accepit, præstet ei, a quo exegit. Et si quidem militat, amittat cingulum: sin autem clericus sit, clero expellatur.

XLVI. PRESBYTERIS, & diaconis, & subdiaconis, & alijs in clero scriptis non habentibus vxores secũdum diuinas regulas interdicimus & nos mulierẽ habere in sua domo excepta matre, & filia, & sorore, & alijs personis, quæ omnem quærelam effugiunt. Si quis autem aduersus istam obseruationem mulierem in domo sua habuerit, quæ potest ei suspicionem inferre turpitudinis: & ille a cõ clericis suis audierit cum tali muliere nõ habitare; & noluerit eam a domo

mo

mo sua repellere; vel accusatore emergente probatus fuerit inhoneste cum tali muliere cõuersari: tunc Episcopus secũdum ecclesiasticos canones de clero eum repellat curię ciuitatis, cuius clericus est, tradendus.

NVLLVS Episcopus cum mulie XLVII.
re habitet penitus: nullam mulierem habeat. Sin autem probatum fuerit hoc non obseruasse: Episcopatus honore reiciatur: quia ipse se indignum sacerdotio ostendit.

CAVEANT diaconissæ cũ ma LXVIII.
sculis habitare, per quos in honestæ vitæ suspicio possit emergere. Sin autem hoc non obseruauerint: sacerdotis, cui subiectæ sunt, admonitione abstineant conuersatione masculorum. Sin autem hoc distulerint facere: ecclesiastico ministerio, & suis salarijs careãt, & monasterio tradantur, & omnem vitam suam ibi peragant. Res autem earum si quidem liberos habeãt: inter ipsas & illos secundum numerum personarum diui

dantur: vt competens eidem mulieri portio monasterio addicatur, & alat eam. Sin autem non habeat liberos: tota ipsius substantia inter monasterium, vbi immissa est, & ecclesiam, in qua prius fuerat, ex æqua portione diuidatur.

XLIX. SI quis diuinis mysterijs, vel alijs sanctis ministerijs celebrandis in sanctam intrauerit ecclesiam: & Episcopo, vel clericis, vel alijs ministris ecclesię iniuriam fecerit: iubemus eum tormentis subiectum in exilium mitti. Sed si ipsa sancta oratoria, vel diuina ministeria cõturbauerit, vel celebrari prohibuerit: capitali supplicio puniatur. Hoc eodem obseruando & in litanijs, in quibus Episcopi, vel clerici inueniuntur: vt si quidem contumeliam tantum fecerit: tormẽtis & exilio tradatur; sin autem litanias conturbauerit; capitale periculum subsistat: eaque defendere volumus non solum ciuiles, sed etiam militares iudices.

NON

NON liceat laicis litanias facere sine Episcopo & clericis, qui sub Episcopo sunt. Sanctas quoque cruces, quas in litanijs portant, in sanctis locis reponi iubemus, & his proferri, si litanię tẽpus vocauerit. eaq. obseruẽt non solũ antistites locorũ & clerici, sed etiam magistratus. Si quis autem præsentis legis vim transgressus fuerit, vel vindictam imponere neglexerit: prædictas pœnas patiatur. L.

RESTAT, vt de monachis dicamus. Igitur sanctimus, vt abbas, siue archimandrita singulis monasterijs præponatur nõ secundũ gradus monachorũ, sed quẽ cuncti monachi vel melioris opinionis constituti elegerint propositis sanctis euãgelijs dicẽtes quod nõ propter amicitiã vel gratiã, sed sciẽtes eũ fidei rectę, & vitę castæ, & administratione dignũ, & potẽtem monachorũ disciplinã & omnẽ monasterij statũ vtiliter custodire, eũ elegerint, & si sic electus fuerit modis omnib. confirmetur ab Episcopo, LI.

cui monasterium subiectum est. Quæ autem de monasterijs monachorum diximus, eadem teneant & in monasterijs vel ascæterijs mulierum.

LII. SI quis monachus esse velit, si quidem notum sit nulli condicioni subiectum esse: hegumenus monasterij quando existimauerit, habitū ei præstet. Sin autē incognitus sit, per tres annos habitum ei nō præstet, sex experimentū & probationē vitæ ipsius accipiat. Et si quidem intra trienniū venerit aliquis dicens eum seruum suum esse, vel adscripticium vel colonum; & ideo ad monasteriū veniſſe, vt culturā agrorum fugeret, vel propter furta, vel alia delicta in monasterio intrasse; eaq. fuerint probata: domino suo reddatur cū rebus, quas in monasterio duxisse probetur; vt tamen prius fidem accipiat a domino suo, quod nihil patiatur. Sin autem intra trienniū nemo ex prædictis personis inquietauerit eum; & trāsacto triennio probatū se hegumeno ostē-

derit

derit: tũc accipiat habitum, & nemo eum postea pro condicione inquietet. Sic tamẽ vt res, quas in monasterio duxit, domino restituantur. Sin autem monasterium reliquerit, & laicus fiat, & in ciuitatẽ, vel in agris deambulet: suæ condicioni reddatur.

LIII. MONACHI in vna domo habitent, communiter alantur, in vna domo semotim dormiant. nisi forte quidam ex his propter prolixam in monasterio exercitationem semotim velint viuere vel senectutis, vel corporalis imbellicitatis causa, in cęllulis quibusdam intra monasterium degerint: & hoc tamen non citra voluntatem hegumeni fiat. his omnibus & in monasterijs vel asceterijs mulierum obseruandis.

LIV. IN nullo loco monachos & monachas permittimus vnum monasteriũ habere. Sed nec ea, quæ duplicia vocant; & si quid tale est: religiosus Episcopus mulieres quidem in suo loco studeat manere; monachos autem a-

liud monasterium ædificare sibi cogat. Sin autem plura sint alia monasteria: separentur in alijs monasterijs monachæ, & in alijs monachi. res autem, quas habent communes, secundū iura sibi competentia distribuantur. Quem autē monachæ presbyterum, vel diaconum elegerint, vt eum apocrisiarium habeant, vel sanctam communionem vt eis adferat, religiosus Episcopus, cui subiectæ sunt, deputet: si tamen & fidei rectæ, & vitæ bonæ fuerit. Sin autem is, quē elegerunt, neq. presbyter, neq. diaconus sit; probatus tamen in castitate & fide: consecret eum Episcopus in illa consecratione, qua dignus sit, & fiat apocrisiarius, & sanctæ communionis minister. sic tamen vt nec ipse habeat licentiam, quamuis ita electus est, in monasterio mulierum permanere.

LV. SI quis sub cōdicione nuptiarum, vel liberorum, vel dotis causa, vel ante nuptias donationis donauerit, vel

reli

querit ſuis liberis vel aliæ cuicumq. perſonę hereditatē vel legatū; vel ab initio pure reliquerit, vel donauerit: ſubſtitutiones autē, vel reſtitutiones eis fecerit ſub condicione quacumq. ex his, quæ prædictæ ſunt: iubemus talibus cōdicionibus ſubiecti tam maſculi, quam feminæ ſi in monaſteriū intrauerint, vel clerici, vel diaconiſſæ, vel aſcetriæ fuerint: tales cōdiciones irritas, & pro non ſcriptis eſſe. Hoc autem auxilio clerici & diaconiſſæ eccleſiarum fruantur, ſi in eadē vita perſeuerauerint; & ea, quæ ſic eis donata vel relicta fuerint, in pias cauſas conſumpſerint, vel donauerint, vel reliquerint. Nam de his, quæ in monaſterium, vel aſceterium intrauerint, certa forma eſt, vt totū patrimonium eorum, vel earum cum huiuſmodi rebus ad monaſterium, vel aſceterium pertineat. Sin autem ad redemptionem captiuorum vel alimoniam ſubſtitutio, vel reſtitutio facta eſt ſub antefatis condicio-

nibus: ex nullo modo prædicto reclu
di eam concedimus.

LVI. SI mulier vel vir ad solitariam vi-
tam transierit, & liberos nõ habeat:
res eius monasterio competãt, in quo
intrauit. Sin autem talis persona li-
beros habeat: liceat ei substantiã suã
liberis suis distribuere: sic tamen vt
nulli eorum legitimam portionẽ de-
minuat; & sibi retineat vnius filij par
tem ad monasterium scilicet peruen
turam. Quod si ante quam delibe-
ret inter liberos suos propriam sub-
stantiã, in monasterio decesserit: so-
la legitima portio liberis eius defe-
ratur.

LVII. SI sponsalia legstime inter spon-
sum & sponsam cõtracta fuerint: de-
inde antequam nuptiæ celebrentur:
sponsus vel sponsa intrauerit in mo-
nasterium: id quod arrarum nomine
datum est, in simplum tantum redda-
tur, & pœna vtriq. parti remittatur.

LIIX. SI constãte matrimonio solus vir,
vel sola vxor ad solitariam vitã tran

sierti

fierit,& monachicum habitum acceperit; hoc ipso matrimoniū dissoluatur etiam nullo repudio misso. Et si quidē solus vir monachus factus est: reddat mulier dotem, & quidquid aliud ab ea susceperit, & propter nuptias donationis tantam partem,quā tam mulier accepisset ex morte mariti secundum dotalium instrumentorum tenorem. Sin autē mulier monacha facta sit:maritus quidem retineat nuptialem donationem, mulier autem recipiat dotem suam,excepta illa portione, quæ apud maritum ex morte mulieris secundum pacta dotalia residere debet. Sed & quidquid aliud mulier apud maritū habuerit, restituatur eidem mulieri. Quod si vtraq. persona solitariam vitam elegerit:vnaqueque pars suas res accipiat;& nemo nihil neq. lucretur, neque detrimentum sentiat. Sed maritus quidem retineat propter nuptias donationem, mulier autem recipiat dotem suam,& quidquid aliud marito de-

to dediſſe probetur. Hæc omnia tam de ſponſo, quam de ſponſa, & viro & vxore ſtatuta ſunt: niſi altera pars alteri quippiam donare vel concedere velit.

LIX. NON liceat parentibus liberos, vel liberis parẽtes ab hereditate ſua repellere monachos factos; quamuis dum laici fuerint, in cauſam ingratitudinis inciderint.

19.q.3.c. vlt.

LX. NON liceat parentibus liberos ſuos ad ſolitariam vitam trãſeuntes abſtrahere de monaſterijs.

Ibid.

LXI. SI quis monaſteriũ ſuum reliquerit, & ad aliud monaſterium tranſierit: res eius priori monaſterio, in quo ante intrauerat, competant.

LXII. AGANT ſollicitudinem Epiſcopi, vt neq. monachi, neq. monachę in ciuitatibus ambulent: ſed ſi quas habent neceſſarias cauſas, eas agãt per apocriſiarios ſuos, vel ipſi, vel ipſæ in monaſterijs permanentes.

LXIII. SI monachus laicus factus fuerit; honore & cingulo ſpolietur, & res eius

eius monasterio addicantur, quod ab eo relictum est, instante Episcopo loci, & Præside prouinciæ: ipse quoq. in monasterium mittatur. Quod si iterum monachicam vitam reliquerit: tũc eum Præses prouinciæ, in qua inuentus sit, teneat, & taxeotis suis connumeret.

SI quis rapuerit, vel sollicitáuerit, vel corruperit ascetriam, vel diaconissam, vel monastriam, vel aliam mulierem religiosam vitam, vel habitum habentem: bona ipsius, & eorum, qui huiusmodi sceleris communione contaminati sunt, a religioso loco vindicentur, in quo talis mulier habitabat per religiosos Episcopos, & œconomos, & præsides prouinciarum, & officiales eor. ipsi autem capitali periculo subiciãtur. Mulier autẽ vbiq. inuestigetur; & cum suis reb. monasterio cautiori tradatur. Sin autẽ diaconissa fuerit liberos habẽs legitimos: pars legitima liberis eius legitimis præstetur. Quod si intra annũ LXIIII 27. q. 1. c. 30.

post

post cognitum tale scelus huiusmodi res a religiosis locis non vindicētur: Comes Priuatarum rerū hæc nostro fisco addicat. Præses autem prouinciæ si vindictam tali crimini imponere superfederit: & cingulo careat, & pœnam quinq. librarum auri dare, fisci iuribus compellatur.

LXV. NON liceat laico, præsertim scenicis viris & mulieribus, & prostitutis habitu monachi vel monachę vel ascetriæ vti, vel quocūq. modo imitari: nec in qualemcumq. ecclesiasticum statum liceat illudere. Si quis enim ausus fuit aliquid facere cōtra: & corporales pœnas subsistat, & exilio tradatur. Hæc autem ad curam & sollicitudinem Episcoporū & clericorum, qui eis subiecti sunt, & iudicum tam ciuilium, quam militarium, & officiorum, qui eis obtemperant, & defensorum ciuitatum pertineāt.

POENAE, quæ præsenti lege cōtinētur, si quidem priorib. quoq. legibus cognitæ sunt, exerceantur nō solum

lum in futuro, sed etiam in præterito tempore. Si quæ autem in hac lege per innouationem positæ sunt, in futuris tantũ temporibus custodiãtur.

NOV. CXXIIII.

QVOTIENSCVMQVE apud quoslibet iudices lis aliqua inchoatur, vel appellationis examen agitur: oportet & ipsas principales personas litigantium, vel eos, ad quos pendente adhuc iudicio causa trãslata est, in ipso disceptationis exordio tactis sacrosanctis scripturis sacramentum præbere, quod nihil penitus iudicibus aut patrocinij causa ipsis vel alij cuicumque personæ pro hac causa quolibet modo dederunt, aut promiserunt, aut postea dabunt, vel per se, vel per interpositam personam, exceptis his rebus, quæ proprijs aduocatis pro patrocinio præstant, vel alijs, quib. ex legibus aliquid dare permittitur. Sed & si in sacro audito- I.

rio

rio consulatio celebratur: debēt sub præsentia senatorum hoc idem partes iurare. Quod si forsitan aliqui ex litigatoribus non possunt ad iudices peruenire: præsentes quidem litigatores similiter iurare debēt, ad absentes vero ex officio destinari oportet competentes personas vna cū aduersarijs, vt præsentibus eis simili modo iusiurandum detur. nisi forsitā pro aduersaria parte mulier sit honestissima; quæ se non soleat extraneis viris ostendere. Et enim sub præsentia tantum officialiū, qui missi sunt, non etiam aduersarij credere debēt sacramentū. Quod si vterq. litigatorum, vel alteruter absens fuerit: oportet eū, qui absens est, in ea prouincia, in qua degit, inter acta apud iudicem eiusdem prouinciæ, vel Defensorem idem sacramentum præstare. Quod si præsens vel absens litigator noluerit tale iusiurandum subire; & hoc iudici manifestum fuerit: si quidem actor est, condemnabitur, quatenus

tenus ab actione sua cadat: sin vero reus est, qui iurare non vult, condemnabitur in ea quantitate, in qua conuentus est. Plane si confessus sit litigator aliquid dedisse, vel promisisse, & personã dixerit, cui dedit, aut promisit; & hoc ipsum probauerit: a prædicta pœna immunis erit, cum veniã mereatur. Is autem, qui conuictus erit sub tali delicto: si quidem in pecuniaria causa, spoliabitur magistratus sui potestate; & eius quidem, quod accepit, triplum fisco restituat; eius vero, quod ei promissum est, duplum fisco præstabit. Sin autem criminalis sit causa: publicabitur, & in exilium mittetur. Quod si litigator non potuerit ostẽdere id, quod datum, vel promissum est: oportet eum, cui datum vel promissum dicitur, iurare, quod neq. perse, neq. per quamlibet aliam personam datum sibi aliquid vel promissum est. Ita enim ipse quidem pœnam euitabit, litigator vero, qui non potuit eum con-

cõuincere; si quidem pecuniaria cau
sa sit; æstimationem litis fisco nostro
præstabit; lis autẽ cepta legitimo mo
do determinetur. Quod si crimina-
lis fuerit causa: bona eius publicen-
tur omnia, causa vero similiter legiti
mum finem accipiat apud competen
tes iudices. Quod si recuset dare ius-
iurandum is, cui dicitur datum ali-
quid vel promissum fuisse: eisdem pœ
nis subicitur. Enimuero si litigator
sacramentum dederit, quod neq. pro
miserit, neq. dederit aliquid; & post
sententiã intra quattuor menses con
uictus fuerit peieraſſe: veniam nullã
merebi tur. Sed eisdẽ pœnis tam ipse,
qui dedit, quam ille, qui accepit, sub-
icietur. Quod si per tutorem, vel cura
torẽ lis exerceatur: iusiurandũ quis
dem ipsi præstare necesse habebunt:
Alioquin eisdem pœnis subiciuntur.
Minoribus vero nullum præiudiciũ
ex hoc generabitur.

II. NEQVE ciuilis, neq. militaris
iudex in quacumq. prouincia permit
tere

tere debet executoribus litis vltra modum legitimum ſportularũ a qua cumque perſona capere aliquid vel exigere ſiue magiſteriani, ſiue præfectiani, vel etiam ex diuina iuſsione dati ſunt executores. Quod ſi inuenerint aliquem amplius exegiſſe: debent eundem conſtringere, vel includere; & quod amplius exegerint, in quadruplum ab eo repetere. Et ſimplum quidem ei, ex quo exactum eſt, reſtituere; triplum vero fiſco inferre. Quod ſi de hoc interpellatus iudex eum, qui ſuper exactus eſt, audire noluerit: quadruplum de ſuo fiſco præſtare. Idem eſt autem & ſi de officio eius ſit exactor. QVI ſupra legitimum modum ſportulas exegit: iure litis executori reſiſtet.

LEX quæ poſita eſt in primo libro Codicis, qua cauetur, ne iudices ex ſuis ſententijs pronuntient; quod ex diuina iuſsione ſine ſcriptis habita præcipimus aliquem exhiberi, III.

siue deduci; in suo robore custodiatur. VIRI Spectabiles referendarij competentes diuinas iussiones iudicibus debent insinuare. Cum autem ad diuinas aures causas referunt: nullus eorum poterit neque per se, neque per alium quemlibet tenere aliquem, vel fideiussores desiderare, vel aliquid exigere, vel compellere, quod transactionem vel pactionem aliquam cum aduersario suo faciat. Nullatenus enim in qualibet causa se immisceat; sed tantum vnusquisque diuinas iussiones vel scriptis, vel sine scriptis in qua cumque causa prolatas competentibus iudicibus insinuare debebit. Quod si qui contra hæc fecerint; is qui detrimentum passus est, vel circumscriptus: nullum præiudiciũ circa iura priora sustinebit; qui autem ei detrimentum intulit hoc per competentem iudicem resarcire ei compellitur.

NOV.

NOV. CXXV.

IVDEX sententiam definitiuam ex suo arbitrio consentaneam legibus promat: & non vtatur indicatione ad nostram clementiam, nec referat. Sed quod sibi visum fuerit legitimum, dicat, postquam perfectissime de lite cognouerit. Quæ similiter obtinere iubemus siue vnus, siue duo, siue plures iudices fuerint causæ cuiuscumq. cognitores.

NOV. CXXVI.

INVENIMVS Quæstorem, & Præfectum Prætorio per Orientē in sacro auditorio isdem interlocutionibus vti, quibus nos vtimur. I.

Dicebat enim NOSTRA SERENITAS, & NOSTRA PIETAS, & NOSTRA MANSVETVDO: & aduocati isdem vocibus ad eos vtebantur; & vestitu

eodem omnes ornabantur, quo tantum vti apud Principem licet. Nos autem Quæstorem quidem cum Præfecto conuidere; & tales causas audire, & legitimos calculos proferre; & consueta scrinia in talibus causis suũ ministerium præbere permittimus. Illa autem illicita verba & vestitum vindicare sibi nulli concedimus. Sin autem hoc fiat: maiestatis crimine temeratores obnoxij sunt.

II. IN omnibus prouocationib. hoc obtinere iubemus, vt appellatione facta intra tempus statutum si vtraque pars fatalem diem obseruauerit: sine dilatione iudices & ea, quę acta sunt, perscrutentur, & legitimum calculũ proferant. Quod si solus, qui appellauit, intrauerit: iudices spectent vsque ad vltimum fatalem diem; & si is, qui vicit, non inueniatur: perscrutentur acta, & finis legitimus sequatur. Quod si victor intrauerit, & is, qui appellauit, requisitus nõ inueniatur: expectent iudices non solum vltimum

fata

fatalem diem: sed etiam tempus reparationis, ideſt tres menſes. Quod ſi his quoq. tranſactis qui prouocauit, non inueniatur: nullatenus temporis curſu calculus confirmetur. Sed ex vna parte iudices perſcrutentur acta prioris iudicij: & ſi quidem recte pronuntiatum eſt, confirmare. Quod ſi aliquid non recte habeat: hoc corrigere, & legitimum calculũ proferre. Semel autem appellatione intra fatales dies vel ab vna, vel ab vtraq. parte introducta, nullatenus biennalis temporis tranſactione primus calculus cõfirmetur; ſed veritas & iuſtitia perſcrutetur, & finis legitimus talib. cauſis imponatur, ſiue vna, ſiue vtraque parte præſente. Et propter hoc iubemus in talibus cauſis non in primo introitu omnes cognitiones referri, ſed ſingulas propriam diem habere perſcriptam.

OMNES iudices legibus non interdictam prouocationẽ intra ſtatutos dies recipere non recuſent. intra III.

triginta autem dies, postquam prouocatio porrecta est, acta cum sua subscriptione litigatoribus dare: vt illi apud competentem iudicem ea intimare possint. Si quis autem iudicum hoc facere distulerit: calculus quidem temporis transactione non confirmabitur, ipse autem iudex, qui ea non obseruabit, & qui ministeriũ ei præbent; omne damnũ quod litigator passus fuerit, actis ei non editis: de suis substantijs reddere compellantur, & denas auri libras pœnæ nomine nostris priuatis inferendas exsoluant.

NOV. CXXVII.

1. SANCTIMVS ex hoc tempore si quis intestatus decesserit fratribus derelictis ex vtroque parente sibi copulatis, & filio ex fratre ante mortuo, qui & ipse ex vtroque parente ei copulabatur; & aliquo ex personis ascendentibus: simul omnes ad here

hereditatem vocari; & ascendentes personas non impedire fratris filios ad hereditatem defuncti capiendam. Et vt simpliciter dicamus; quē dedimus eis ordinem ascendentibus personis non subpositis eundem eis præstamus, & si parētes existant eius, de cuius hereditate agitur.

SI propter nuptias donatio quin- II.
gentorum solidorum quantitatem excedat, intimare eam iubemus monumentis publicis celebrandis. in hac quidem Regia ciuitate apud Magistrum Census, in prouincijs autem apud Defensores ciuitatum, vel apud quos huiusmodi monumenta agi possibile est. Sin autem non inuenitur; sit quidem ex parte mulieris propter nuptias donatio valida, ex parte autem mariti irrita. Et ideo matrimonio soluto mulieri quidem ante nuptias donatio siue ex toto, siue ex parte secundum quod casus tulerit, sine vllo obstaculo competat; marito autem

dotis retentio siue ex parte, siue in tō tum secundum euentus qualitatem nullo modo concedatur. Quia in po testate eius fuerat propter nuptias donationē vltra quingentos solidos constitutam actis insinuare. Et ideo periculum non intimatæ propter nuptias donationis ad ipsum nō ad mu lierem respiciat.

III. SI mulier a marito suo defrauda ta ad secūdas nō peruenerit nuptias: habeat quidē ante nuptias donatio nis vsumfructum, secundū quod iam dispoſuimus. Lucretur autem & por tionem proprietatis tantam, quantā numerus liberorū ei cōcedit; vt ipsa quoq. pro vno filio habeatur. Quod autem de matribus diximus: hoc & de patribus intelligendum est, & de alijs personis ascendentium, quæ nō ad secundas nuptias peruenerint.

IIII. IN superioribus posita est Consti tutio, qua cauetur; ne vxor maritus ue sine causa eidem Cōstitutioni co gnita matrimoniū dissoluere audeat.

Quod

Quod si hoc ausi fuerint facinus perpetrare: pœnis quibusdam eos subiecimus. In ipsis autem pœnis releuauimus maritũ, grauiore animaduersione mulierib. imposita. Sed hanc legem merito corrigentes iubemus eisdẽ pœnis temerarios maritos subiciendos esse, quæ mulierib. disidij sine causa legitima cupidis imminere noscuntur: vt in pari delicto par pœna vtrosq. comitetur.

NOV. CXXVIII.

OPORTET per singulos annos mense Iulio vel Augusto particulares delegationes tributorum proximæ futuræ indictionis apud Præfectos Prętorio vniuscuiusq. diœceseos apud acta manifestari significantes tam quantitatem eorum, quæ in specie, vel in re pensitanda sunt ab vna quaq. prouincia siue ciuitate pro singulis iugeribus siue centurijs: quam æstimationis specierum, quę in singu- I.

las

las prouincias erogatæ sunt, & quæ in arca inferendę sunt: ita vt tales delegationes dirigantur iudicibus singularum prouinciarum initio vniuscuiusque indictionis. Iudices autem prouinciæ præponant ea in ciuitatibus intra Septembrem mensem; sed exemplaria eorum volentibus edantur a Præfectis Prætorio. Quod si antequam intimentur, sicut diximus in alios titulos, & non in eos, quos cõtinet anni particularis delegatio; tributorum quantitas erogata sit: id, quod expensum est, reputari debebit in tributis eiusdem indictionis. Quod si intra præfinitum tempus non sint destinatæ prædictæ delegationes: Præfectus quidem pro tempore triginta librarum auri pœnam præstabit. Tracteotæ vero eiusdem prouinciæ viginti librarum dispendio multantur. Iudex autem, qui destinatam delegationem minime proposuerit: decem libris auri damnificabitur, amissionem cinguli quo-

que

que patietur. Officium autem eius quinq. libras auri prestabit.

ILLATIONES specierum intra exordium vniuscuiusque indictionis fieri oportet. Ea autem, quæ in ære pensitantur, secundum constituta tempora exolui debebunt. II.

EXACTORES tributorum plenarias vel securitates, siue apochas pensitantibus faciant; per quas significent non solum quantitatem pecuniarum vel specierum susceptam. Sed et numerum iugerorum, vel centuriarum; & nomina possessionum, pro quibus prædicta tributa susceperunt. Quod si aliter fecerit quis, decem librarum auri multa feriatur, & punietur. Iudex vero si pro hoc interpellatus neglexerit: decem libras auri pœnæ nomine dabit. III.

SI QVIS de collatoribus tributorum exigatur; dubitet autē de modo possessionis, cuius nomine tenetur IIII.

tur; vel de ipsa quantitate tributorū: compellere debet iudex vel Episcopus eiusdem loci cēsualem proferre publicam descriptionem; & secundū eam tributa persoluantur.

V. NOLVMVS collatores cōpelli ad denominādos succeptores eor. quæ in ære in vnaquaq. ciuitatum pē sitant. Sed siue iudex sit, siue curialis, siue Vindices, vel canonicarij, siue alij fuerint, ad quos publicæ exactionis periculū respicit: ipsi suo periculo suscipiant tributa, & erogent.

VI. IVBEMVS per singulas prouincias canonicarios destinari; qui tributa periculo nominatorū exigere debeant: Expelleutas autem nullo modo cum eis transmittimus. Sin autē canonicarius, qui missus est, minus idoneus apparuerit: sub modo eo alius loco eius subrogetur: Expelleu ta vero nequaquam mittatur. Sint autem canonicarij solatijs sibi cōsti tutis contenti; nec aliquod detrimē tum collatoribus inferatur.

SI

SI quis possessor desertum agrum eiusdem substantię coactus fuerit susscipere: ex eo tẽpore tributa eiusdẽ agri debet adgnoscere, ex quo susscepit eum. Suscipere autem non aliter desertum agrum cõpellatur, nisi de hoc apud iudicem prouinciæ scriptis quæsitum fuerit, & ab eo pronuntiatum sit. Si tamen quem iudex susscipere desertum agrum decreuerit: appellari possit contra sentẽtiam eius; si sibi videatur iniusta. Appellationis autem iudicium apud Prȩfectum Prætorio terminetur. VII.

QVOTIENS dominus alicuius possessionis non apparet; vel soluendo nõ est; vt necessitas fiat impositionis: oportet cõfestim eandẽ possessionem coniungere eis, qui de eodem patrimonio agros possideãt cũ instructo, instrumentoq. suo, & omnibus alijs, quæ in eadẽ possessione reperiuntur; qui prædictam susscipere possessionem cogantur. vel alio modo impositio siue iniectio differatur. VIII.

Con-

Conuenit apud iudicem prouinciæ inter acta referri qualitatem siue statum eius possessionis; & omnia, quæ in ea reperiuntur: vt ita ea excipiant curiales siue exactores, vel vindices, vel officiales; quatenus si postea inuentus fuerit, cui legitimo modo adiungi debeant: quidquid deminutum fuerit a prædictis personis; de sua recipiatur.

IX. NIHIL eorum nomine, quæ παραπομπικὰ dicimus collatores exigantur pro his, quæ in aere vel speciebus persoluant. Sed nec aliud, quam præter consuetudinẽ antiquã dependere cogantur.

X. HI, qui ad tributa exigenda destinantur, nõ aliter exactionem facere permittantur, nisi prius apud iudicẽ eiusdẽ prouinciæ insinuauerint iussiones super exigendis tributis sibi datis. Nihil autem periculi vel detrimenti collatoribus tributa soluentibus ingerant. Hoc autem & in priuatis exactionibus obseruare placet.

CVI

CVI publica tributorum exactio commissa est, priuati exactionis non capiat auctoritatem. XI.

SI tributorum debitor habeat debitorem: non aliter debitor eius pulsari debet, nisi ipse debitor principalis primum nõ soluendo apparuerit; tunc secundus debitor secũdum ius conueniendus est. Si quis autem aliter exactionem fecerit: cingulo militiæ priuatus publicabitur, & in exilio mittetur. Iudex autem, qui eum permisit, exactione decem librarum multam sustinebit; quinq. vero libras auri officium eius præstabit. XII.

NVLLI liceat tributorũ exactori, vel censuali, vel logographis, vel alijs, qui publicis functionib. ministeria præbent, collatores lædere, vel fines capere sanctorum locorũ contra eos, qui se læsos esse queruntur. XIII.

NVLLVS pro tributis earum terrarum nomine, quas nõ possidet, conueniatur. Nam si coloni, vel adscripticij suam terram possideant: XIIII.

opor

oportet & eisdē tributa præstare. nisi forte sponte dominus pensitationē eorum cognouerit.

XV. QVI tributa exigunt iustis ponderibus & mēsuris vti debent. vt nec pro hoc collatores lędātur. Quod si putauerint collatores fieri sibi læsionē: specierū quidem mensuras & pondera a Præfectis Prætorio accipere debent. Auri autem, vel argenti, vel aliorum metallorum pondera a Comite sacrarum largitionum desiderant. Quæ omnia in ecclesia vniuscuiusq. ciuitatis conseruentur: & secundum ea & illationes tributorum, & militares vel alios sumptus faciāt.

XVI. EXACTORES tributorum nullam communionem in ciuilibus pecunijs, quæ ad operas, vel ad frumentum, vel ad aquæ ductum, vel ad salaria, vel ad sollemnes causas ciuitatis deputatæ sunt. Sed nec retinere aliquid ex eis audeant, vel quas * quod sine vlla deminutione, siue dilatione in præfatis causis erogari oportet,

tet,& in munera, quæ habitatoribus eiusdem ciuitatis fulcita sunt, auferẽdi aliquid ex ipsis,vel de inscriptionibus alicuius, vel sportularũ nomine quippiam dare, siue cõsumere de prædictis pecunijs. Quod si quid vel dare vel accipere fuerint ausi ex eis: iubemus eum duplam quantitatem eius,quod dedit,vel accepit,de suo ciuitati restituere. Quin etiam nec iudices prouinciarum vel officiales eorum administrationi prædictarũ pecuniarum admittantur. Debet enim Episcopus cum primatibus seu habitatoribus vniuscuiusq. ciuitatis patrem ciuitatis denominare, cui ciuilium pecuniarum administratio cõmittenda sit. Ita vt per singulos annos præfatus Episcopus cum quinq. primatibus ciuitatis administrationis rationes accipiat:& quod reliquarus fuerit, pater ciuitatis ab eo exigat periculo eor,qui denominatores eorum fuerant. Quod si talis administrator parum idoneus videbitur:

iubemus alium in loco eius subrogari cum decreto Episcopi & habitatorum ciuitatis eiusdem. scientib. nominatorib. quod si aliquod per eum ciuitati adlatum sit detrimẽtum: de proprijs facultatibus hoc resarcire cogantur.

XVII. NEQVE Præfectiano, neq. scriniario, neq. alij cuilibet mandari poterat, vt rationes ciuilium pecuniarũ accipiat neque ex diuino rescripto, neq. ex maioris iudicis auctoritate. Quod si hoc alicui permissum sit: Episcopus & primates ciuitatis nullam eius rei nomine rationem reddant, sed super hoc referre ad principem curent. Oportet enim ciuilium pecuniarum logothetas, siue ratiocinatores a solo Principe destinari talem vtique qui boni operis sit, & in honore positus est. Sic tamen vt diuinam iussionẽ rescripti habeant: quæ significet nomen eius, & honorem, & causas, & tempora, quorum rationes ei mandatæ sunt. Ita enim

qui

qui hic rationes reddiderit, securus erit: & iterum nullius rationib. subiicietur.

IN nulla penitus prouincia Præsi des, vel exactores tributorũ loci seruatores fiant Præfectorum Prętorio, & Magistrorum Militum. Quod si necessitas forsitan expeditionis alicuius tale aliquid desiderauerit: iubemus ex dispositione nostri nominis loci seruatorem præfectorum Prætorio cõstitui, qui de expensis militum sollicitudinem gerat. Nam si quis aliter ordinatus sit: is quidem, qui ausus est eum facere: triginta librarum dispendio subiicietur; & restituet nihilominus omnia detrimenta, quæ per eum constiterunt. Is vero, qui factus est loci seruator, nõ solum magistratu suo, & honore, vel militia priuabitur; sed & decem libras auri multæ nomine dabit. XVIII. XX

NEMO iudicum siue ciuilium, siue militarium ex quo ad cõmissam sibi prouinciam peruenerit, facultatem XIX.

tem habeat ordinandi sibi loci seruatorem in ciuitatib. vel castris. Qui vero contra hęc gesserit, quinq. librarum auri detrimentũ patiatur. Eandem autem multam exsoluet etiam ipse, qui factus est. Sane priusquam ad subiectam sibi prouinciam perueniat, licentiam habeat constituendi sibi loci seruatorem; qui vsq. ad præsentiã eius omnia possit gerere, quæ ipsi quoque iudices exequi poterunt, præter eas causas, quæ vltimum supplicium damnatis irrogant. Sed si diuina iussione iudex in aliam prouinciam fuerit destinatus: non prohibetur similiter loci seruatorem in sua prouincia constituere.

XX. IVBEMVS autem omnes iudices tam militares, quam ciuiles: vt super maleficijs, quæ in ea prouincia commissa fuerint, per semetipsos cognoscãt, & legitimis pœnis mox eos adficiant, nec aliquid propter hoc a prouincialibus tentẽt accipere. Viocolytas vel Lestodioctas, siue Tribunos

nos propter eas forte causas nequaquam eis facere permittimus. Quod si aduersus hoc fecerint: iudex solutus cingulo suo decem librarum auri multam præstabit. is autem qui factus est, castigatus publicabitur, & in exilium mittetur.

QVOTIENS aliquis iudicum de ciuitate in aliam ciuitatem, vel de prouincia in aliam prouinciam transit: neq. ipse, neq. officium eius angarijs vel descriptionibus aut alijs quibuslibet expensis prouinciales vexare audeat. Debet enim ex constitutis publicis salarijs sumptus facere. XXI.

IVDICES prouinciarum post successionem per quinquaginta dies in eadem prouincia, cuius magistratum deposuerint, remorentur, & respõdeant omnibus, qui aduersus eosdem mouere aliquas actiones conantur. Quod si ante quinquaginta dies prouinciam deseruerint: cuncti qui ab eo læsiones aliquas passi sunt, conueniant apud metropolitanum Epi- XXII.

scopum: ita vt singuli præpositis sacrosanctis scripturis deponant, siue manifesta faciant detrimenta sibi illata; quatenus ex substantia eiusdem iudicis vniuersa damna resarciat, cura & periculo Præfectorũ Prætorio ac Tracteutarum eiusdẽ prouinciæ. Nam si hęc neglexerint: de suis facultatibus præfata detrimenta restituere compellantur.

XXIII. SI quis iudicum euocatus ad aliũ magistratum, vel vtilitatem alterius prouinciæ missus fuerit: procuratorẽ legitimum constituere debet; qui responsurus sit prouincialibus, qui super detrimentis sibi illatis ab eo conqueruntur. Nam si hoc prætermiserint: oportet actis interuenientibus singulis, quod vnusquisque damnificatus est, omnia detrimenta de patrimonio eiusdem iudicis resarciri cura & periculo Præfectorũ Prætorio, & tracteutarum eiusdem prouinciæ.

OMNES supra dictas pecuniarias pœnas Comes priuatarum Rerũ

exigat. Ceterum si hoc facere supersederit: ipse omnia de proprijs facultatibus cum officio suo fisco præstabit.

NOV. CXXIX.

SAMARITAE liberam inter se licentiam habeant tam donandi, quã contrahendi; & ab intestato cognatis suis heredes existant. Si quidẽ ex eodem gradu cognationis alij Samaritæ, alij Christiani sunt: hi, qui Christianitate præfulgent, ipsi tantũ in successionem vocentur. Sin autẽ Samaritæ quidem proximiores inueniantur; Christiani autẽ vlteriores fuerint: Samaritarum condicio præferatur. Sin autem pœnitentiam egerint Christianitatis imbuti mysterijs: similes esse debent his, qui ab initio Christiani fuerunt; vt nullam patiantur deminutionẽ ex eo quod in superiori tẽpore Samaritanorũ errore tenebantur. Sin autem ex ascen-

dentibus, vel descendentibus personis Samarita constitutus testamentū fecerit: liceat ei, si quidem omnes Samaritas habeat; omnes ex æquis scribere portionibus heredes, vel quemadmodum voluerint facere. Sin autem quosdam Samaritas, quosdam Christianos ascendentes vel descendentes habeat: vsq. ad duas vncias liceat ei Samaritas heredes instituere. reliquæ autem vnciæ ad Christianos veniant; quamuis a testatore Samaritis adscriptæ sunt; nisi forte legata ex his Christianis personis relicta fuerint. Similiter autem in successione, quæ ex testamento suo venit, si Samaritæ pœnitentiam egerint, nullam patiantur læsionem; Christiani autem & de inofficioso testamento querellam habeant cōtra Samaritarum testamenta vsq. ad duas vncias. Hæc autem Constitutio & retrorsum vires suas extendit, ideſt etiam in præteritum.

NOV.

NOV. CXXX.

QVOTIENS expeditionis cau I.
sa transitus militum fiet: oportet cum delegatoribus suis & eos succedere, qui sumptus eorũ prouideãt. ita vt singularum prouinciarum iudices apparatum faciant specierum ad expensas seu annonas eorũ, quas species vniuscuiusq. numeri sine vlla dilatione suscipiẽtes militibus erogare possint; quintamdecimam videlicet partem pro solatio sibi retinentes, & facientes sollemniter apochas siue recauta de impensis isdem periculo Magistrorum Militum siue Ducum, & Tribunorum, & Comitũ, & Diasostarum; & Delegatorum, & præpositorum vniuscuiusq; numeri. Gratis autem nullatenus volumus sumptus accipere milites a collatoribus, licet minime eis apparatæ fuerint annonæ. Neque autem introita a collatorib. exigenda esse permitti-

mus,

mus, quos inlæsos & indemnes vndiq. conseruari iustum est.

II. MILITES pro annonis suis eas species accipere debent, quas per singula loca inueniri certũ est: non autẽ quærere tales species, quæ in ea prouincia non inueniuntur, neq. propter hoc vexare collatores.

III. SI collatores sumptus militib. erogauerint, & hoc ex recautis demonstratur Præfecto Prætorio: sine vllo detrimento, vel aliqua dilatione cõpensationem facere debet eorum, in tributis eius indictionis, in qua erogati sunt, imputare. Quod si vltra pẽsionẽ canonis, in qua erogati sunt sumptus: id quod superimpẽsum est, ex omni canone eiusdẽ prouinciæ reputare debebunt. Quod si nec ex omnibus tributis eiusdem prouinciæ sufficiãt impẽsæ: suppleri ab vnaquaque generali arca Præfectus Prætorio debet; vel ex tributis sequẽtis indictionis retinere a collatorib. seu reputari ab his, qui tributa publica exigunt,

gũt,periculo Pręfectorũ & Tracteuta rum vniuſcuiuſq.prouincię; necnon iudicũ & officialium eorumdem, & exceptorum & curialium,& omniũ, ad quos cura pertinet.

NEQVE Magiſtri Militũ, neq. milites occaſione tranſitus ſui aut ratione aliqua a ciuitatibus vel prouincijs exigere aliquid audeant. Alioquin in duplũ quidquid acceperint, reſtituere compellantur. IIII.

SI qui Duces,vel milites,vel optiones eorũ recauta non fecerint de impenſis ſibimet erogatis:debebũt collatores ſimul conuenire apud iudicẽ ciuitatis & Epiſcopũ;& ſi iudex præſens non ſit:apud Epiſcopũ & Defenſorem;& inter acta deponere & Duces & exercitum de quantitate impẽſar.& quod recauta ab optionib.emiſſa non ſunt. ita vt Præfectis Pręrorio hæc omnia referantur; qui prædictas impenſas ſicuti dictũ eſt,reputent, & retineant eas ex eo,quod delegatum eſt eiſdem Ducibus vel militibus. V.

DV.

VI. DVCES vel Diasoltæ exercitus & delegatores mittere debent semper promeatores ad ea loca, vbi peruenturi sunt milites, vt sumptus eis præstetur; non autem ad alias ciuitates vel prouincias significare tentēt, quod venturus est exercitus, & propter hoc pretia quædā exigere. Nam si quid eius rei gratia acceperint, oportet & hoc inter acta referri, & quod acceperint, & quibus erogatū sit, ita vt a Præfectis Prætorio reputatio fiat. Duces autē, & delegatores, & Diasoltæ, qui acceperint, duplam quantitatē restituāt: promeatores vero etiā puniri, & exilio mitti cōuenit.

VII. SI quis iudex prouinciæ cum Diasolta collusserit, vt militibus nullus apparatus impensarum fieret, & propter hoc contingerit per diuersas ciuitates exercitum euagari: magistratu suo priuatus publicabitur, & in exilio mittatur vna cum officio suo. Collatores autē indemnes conseruabuntur vel ex recautis, vel ex fide gestorum,

rum, sicut superius dictũ est. HAEC omnia oportet obseruari, & quotiẽs gentis alicuius in auxilio nostro accersitæ transitus fiat.

NEMO militum in ea cænatione hospitium sibimet vindicare audeat, in qua ipse paterfamilias habitare solet. Debet enim in alijs partib. ædium sibi hospitia quærere. VIII.

NOV. CXXXI.

QVATTVOR sanctorũ cõcilio rũ canones prolegib. habeãtur. I.

PAPA Romanus prior omnib. Episcopis & Patriarchis sedeat: & post illum Constantinopolitanæ ciuitatis Archiepiscopus. II.

ARCHIEPISCOPVS Primæ Iustinianæ ecclesiæ habeat sibi subiectos Episcopos Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripensis, item Præualensis, & Dardaniæ, & Mysię superioris, & Pannoniæ. Sed & ille ab ipsis consecretur, & eadẽ iura super III.

cos,

cos, quæ Papa Romanus habet super Episcopos sibi subiectos.

IIII. MANEANT iura prętstita Episcopo Carthaginēsi, & alijs metropolitanis, & omnia priuilegia, itē omnia solatia & liberalitates religiosis locis datæ firmiter maneant.

V. POSSESSIONES ad religiosas domos pertinentes nullam descriptionem adgnoscant, nisi ad constructionem viarum, vel pontium ędificationes: si tamen habuit possessiones intra territorium constitutas illius ciuitatis, in qua talis desideratur descriptio. Habeant autem immunitatem in sordidis muneribus, & lucratiuorum descriptione.

VI. NEQVE decē, neq. viginti, neq. triginta annorum curriculi præscriptio religiosis domibus opponatur, sed solà quadraginta annorū; non solum in ceteris religiosis reb. sed etiā in legatis & in hereditatibus.

16. q. 4. c. vlt.

VII. NEMO oratorium ædificare audeat, antequam Episcopus veniat, &

ora,

orauerit, & venerabilem crucem in eodem loco defixerit. Qui autem semel inchoauit, necesse habet opus implere vel ipse, vel heredes eius. Et necessitatem ei debent imponere Episcopi, & œconomi, & ciuiles magistratus.

VIII. SI quis in proastio, vel domo, vel fundo ausus fuerit ecclesiastica ministeria facere sine clericis locorũ Episcopo subiectis: dominio eorum cadat: & veniat eadem res ad ecclesiã.

IX. Si autem ignorante domino hoc fuerit factum: hi, qui peccauerunt siue emphyteutæ, siue procuratores sunt, de prouincia expellantur, & substantia eorum addicatur ecclesiæ illius territorij, intra quod tale delictum contigerit.

IX. SI quis in nomine domini nostri Iesu Christi hereditatem, vel legatũ reliquerit: capiant id, quod derelictũ est, ecclesiæ illius loci, in quo domicilium testator habebat.

X. SI quis in nomine sancti martyris here

hereditatem vel legatum reliquerit: si quidem eiusdē nominis plures sunt in eodē loco oratoriæ domus: capiat lucrum illa, quę pauperior est, nisi aliud singillatim testator expresserit. Quod si talis domus in ciuitate nō inueniatur; sed & in territorio eius sit, illi detur. Si autem neq. in territorio reperitur ecclesia illius sancti: necesse est, vt ecclesiæ lucrum detur illius ciuitatis in qua domicilium habuit.

XI. SI quis in vltima voluntate domū religiosam fieri dispoſuerit; oratoria quidem ab heredib. eius intra quinquenniū ædificari oportet, xenones autem, & alia pia loca intra annū fieri decet imminētibus tam Episcopis, quam magistratib. Quod si opus fieri intra annum non possit: necessitatem habeant heredes domum cōparare, vel conducere; in qua poterunt ea, quæ testator voluit, adimplere, donec opus ædificij perficiatur. Et si is, qui testatus est dixit, quos vult xenodochos, vel ptochotrophos, vel a-

alios

lios huiusmodi fieri: voluntas eius cõ seruetur: vel si hæredibus suis electionem dedit, vt faciãt ipsi quos velint; similiter voluntas eius custodiatur. Liceat autem Episcopis a testatore deputatos xenodochos & ptochotrophos, vel alios mutare; si non inueniantur idonei. eodem obseruando & si testatoris heredes elegerint hominem non idoneum ad ministerium, vel administrationem locorum.

XII. SI pro redemptione captiuorum legatum vel hereditas relicta fuerit, vel pro alimonijs pauperum: ea quæ testator iussit, cogantur heredes implere. Quod si non expresserit is, qui testatus est, cuius loci pauperibus alimonias dari oportet: Episcopus locorum relictam quantitatem distribuat inter pauperes eius loci, in quo testator domicilium habuit. Item quod pro redemptione captiuorum relictum est, administrari debet aut ab eo quem testator ad hoc

deputauit, aut si nemo ab eo nominatus est, ab Episcopo & œconomo pietatis opus impleatur. Omnia enim facta ad pietatem pertinentia Episcopo interesse oportet: quamuis testatores vel donatores verba contrariæ voluntatis expresserint.

XIII. SI per publicas personas heredes admoniti iussa testatoris implere distulerint: omne lucrum, quod eis relictum est, auferatur cum fructib. & ceteris emolumentis, quæ medio tempore accesserint. Negligẽte autem Episcopo, liceat etiam metropolitanis huiusmodi causas diligenter inquirere.

XIIII. SI dixerit heres a testatore derelictam substantiam ad impensas pias non sufficere: cessante lege Falcidia ea, quæ relicta sunt, impendantur in illas causas, quas testator voluit, cura scilicet, & diligentia locorum Episcopi.

XV. SI legatum, quod pie relictũ est, & in

& intra sex menses numerandos ex eo tempore, quo testamẽtum intimatum est, heredes distulerint soluere: fructus, & vsuras, & omne emolumẽtum ex tẽpore mortis testatoris persoluere cogantur.

XVI. SI annale legatum religioso loco relictum fuerit; si quidem vicinus sit locus, vel persona, a qua relictum est; maneat in suo statu intactum. Sin autem procul sit locus, vel persona, a qua legatum est: liceat permutare in maiorem reditum; vt quartam portionem plus in reditum habeat, & possessio vicina sit, & fertilis non pluribus grauata tributis. Liceat autem huiusmodi legatum secundum præfatam distinctionem, & vendere intra quinque annos, & id, quod datum fuerit, ad commoda eiusdem religiosi procedat.

XVII. QVAECVMQVE probatus fuerit Episcopus ante honorem Episcopatus habuisse: ea omnia, vt-

pote ſua, aut propria conſtituta; licẽ-
tiam habeat ad quos voluerit, vltima
voluntate traſmittere. Hoc etiam
amplius poſt Epiſcopatũ iure cogna-
tionis vſq. ad quartum gradum quid-
quid ad eum peruenerit, tranſmitte-
re poterit, ad quos ipſe voluerit. Ce
teræ autem res alio modo ab eo ad-
quiſitæ, dominij eccleſię ſunt; niſi for
te conſumptæ ſunt ad redemptionẽ
captiuorum, vel ad alimonias paupe
rum, vel ad vtilitatẽ eccleſię, vel ad
alias ex pietate proficiſcẽtes cauſas.
Eadem optinere oportet, & in admi-
niſtratoribus cuiuſcumq. religioſi lo
ci; vt res, quæ poſt commiſſam admi-
niſtrationẽ ad eos peruenerunt, iſdẽ
ſubiciantur diſtinctionibus.

XIIX. §I Epiſcopus vel clericus cuiuſ-
cumq. gradus eccleſiaſtici miniſterij
ſine teſtamento, & ſine cognatione
deceſſerit: hereditas eius non ad fi-
ſcum, ſed potius ad eccleſiam deuol-
uatur. Et ſi diaconiſſa fuerit ſimili-
modo.

NON

NON liceat catholicæ fidei Chri XIX.
ſtianorum alienis hominibus, veluti paganis, vel Iudęis, vel hęreticis poſſeſsiones habere emphyteuſeos, vel conductionis titulo, in quib. orthodoxæ religionis miniſteria celebrãtur.

*

CXXXII. CXXXIII.

* *

NOV. CXXXIV.

NEQVE Præfectus Oriẽtis, vel I.
Illyrici, neq. Comes Sacrarum Largitionum, vel Rerum Priuatarũ facultatem habent conſtituendi ſibi loci ſeruatores in quacumq. prouincia, vel ciuitate. Sed neq. quilibet iudex in commiſſa ſibi prouincia loci II.
ſeruatorem audeat ordinare. Sane in Oſrhoẽna & Meſopotamia vel in alijs locis quotiens vſus exegerit, expeditionis forſitan tempore permittimus fieri loci ſeruatores a Pręfectis Prætorio, quibus cura militarium im-

penſatum mãdatur. Quinimmo nec Magiſtros Militum, nec Duces concedimus, cum in prouincijs ſibi ſubiacẽtibus fuerint: dare loci ſeruatores, vel Viocolytas, vel Leſtodioctas facere. niſi forſitan ex diuino reſcripto ſit permiſſum, quotiẽs neceſsitas exegerit, loci ſeruatores ordinauerint. Nam qui contra hoc loci ſeruatores ordinauerit: cingulo proprio ſolutus viginti librarum auri multam ſuſtinebit. is autem, qui factus eſt, in exilium cum publicatione damnabitur. Erit autem licentia tam iudicibus, quam Epiſcopis prouinciarum, necnon habitatoribus Viocolytas, vel Leſtodioctas miſſos ab eis contemnere.

II. NVLLVS iudex ciuilis ſiue militaris ſine iuſta cauſa prouinciã ſibi cõmiſſam circumluſtret. Quod ſi ad hoc eum neceſsitas aliqua cõpulerit: oportet eundem, necnon officiũ eius de ſuo ſumptum facere. et neq. angarias, neq. alias quaſlibet impenſas a

pro

prouincialibus desiderent; neq. eas, quas mala consuetudo per longum tempus exigit.

IVDICES prouinciarum ita debent recte cõuersari, vt de nulla causa necessitas nobis emergat aliquem in prouincias destinandi. Quotiés autẽ quis tributorũ causa destinatus fuerit in prouinciam: loci seruatoris quidẽ nomen nullatenus vsurpet; sed mandatũ sibi officium sine detrimento collatorum impleat. III.

VT quotiés Vindices vel exceptores tributorum habuerint opus, iudices adiuuent. IIII.

VT iudices omnes cautiones suo periculo pro illatione tributorũ Comiti Priuatarũ debent: & si forte non dederint pro datis haberi. V.

VT iudices tunc pro tributis pereliteantur, quando Vindices procurator non habet. VI.

DE iudicibus, qui testari quemlibet, aut vxorem ducere, aut humari prohibent, aut donationes insinuare VII.

ante nuptias, aut inuentarium fieri; in omni damno ei, qui passus est, condemnandis, & in exilio mittendis; & licere Episcopo, vel primis ciuitatum hoc referre.

VIII. VT iudices appellationes sibi porrectas suscipiãt, & apostolos tribuãt: vt appellatione facta nulla rerũ trãsmutatio fiat; sed omnia in integro maneant.

IX. VT iudices delinquentes quærãt, & non alios eiusdem loci pro eis detineant; néc pignora ex eodem loco capiant, neq. peccantes vendant. Nã omne damnũ his, qui passi sunt, restituent, & ipsi in exilium mittuntur; & adsessores cõtra leges scriptis consentientes, & reliqui proprio lucro damnum resarcientes in exilio mittuntur.

X. VT iudices profugientis personã ad iudicem loci, vbi fugit, mittat: vt eis mandetur periculo eius, qui mandat, & officij sui. Sin autem eos tradere noluerint; sed pro lucro eos dimittant:

mittant: honore priuati in exilio mandentur.

VT iudices a prædeceſſore ſuo missa ſacra excipiant: & ſi quidē priuatorum ſint, iuſſa expleant; ſi aduerſus publicam auctoritatem: primum & hoc ipſum referre debent, & ſecūdam expectare iuſsionem. XI.

VT creditores filios debitorū pignoris iure, aut ſeruitutis, aut vt eos conducant, adducere non audeant. Sin autem hoc fecerint: cadentes ex debito, & aliud tantum debitori præſtantes in exilio dirigantur. XII.

MVLIEREM licet multoties pro marito pro priuato, aut publico debito intercedat: nō teneri; niſi manifeſte probetur, quod pecunia in propria eius vtilitate expenſa eſt. XIII.

MVLIERES pro nulla cauſa aut debito in cuſtodiam, ideſt in carcerem mitti: ſed aut per procuratorem, aut per ſe reſpondere debent: & ſi non habeant fideiuſſorem, cauti ni iuratoriæ committendæ ſunt. XIIII.

Sin

Sin autē criminalis causa fuerit: aut in monasterium, aut mulieribus custodiæ causa tradi; ne pudori earum insidietur. VT sanctimonialis, aut monacha de monasterio non trahatur.

XV. DE moechis, eas pœnas pati volumus, quas lex Constantini instituit, vel qui mediatores aut huius sceleris ministri fuerint. Vxor autē mœchi dotem, & donationē habeat. Sin autem dotalia instrumenta nō habuit: quartam partē rerū mariti accipiat: mulier autē moecha in monasteriū mittatur. Et si quidem voluerit mari eius intra duos annos eam recipere ei liceat, & nullum præiudiciū ex hoc nuptiæ patiantur. Sin autē nolūerit: moecha fiat ibi permanēs vsquequo viuit. Et si quidem quosdā ex descendentib. habeat: duas partes eius substantiæ habeant, monasterium autem tertiam. Sin autem ascendentes habeat hos tamen, qui tali sceleri non consenserunt: tertiam ipsi habeant

beant; monasterium bessem. Sin autem neque ascendentes, neque descendentes habeat; totum monasterio adquiratur. Per omnia autem oportet pacta in dotalibus instrumentis inserta seruari.

QVI consensu matrimonia soluunt. Sed hodie totum hoc capitulũ innouatum est. XVI.

SI moechus condemnationẽ effugiens eam, de qua accusatus fuerat, duxerit: competentibus pœnis a quolibet iudice subiciendus est; illa autẽ in monasterio mittatur. XVII.

NVLLI iudici licere vtrasq. manus aut vtrosq. pedes reo abscindere; neq. exarmare in qualicumq. delicto. Sed si quidẽ mortale est crimen: morte damnare. XVIII.

FVRES autẽ membro nõ abscindere. Fures autem dicimus, qui in nocte cũ gladijs ambulãt. Reliqui autẽ competentibus pœnis subiciantur. XIX.

NVLLI autem publicari debent, nisi qui neq. descendentes, neq. XX.

ascen

ascendentes habent. Vxoribus tamẽ eorum donationem reddi & dotem. Sin autem dotem non habeat: iuxta statuta quartam partẽ ex rebus dãnati habeat. Ascendentes autem vsque ad tertium gradum vocantur.

NOV. CXXXV.

NOV. CXXXVI.

I. LICEAT Argyropratis si habeant principalem debitorem & fideiussorem eius pactum cõuentum componere: vt potestatem habeant prius fideiussorem pulsare: quamuis principalis reus locupletissimus fuerit.

II. ARGENTI distractoris militia vel liberorum, vel cognatorũ eius in præsumptionem creditorib. ipsius hypothecæ titulo sit obligata: & ex contrario militia eius, qui argyropratæ debitor est, aut liberorum, siue cognatorum

gnatorum ipsius præsumptione argē ti distractori supponatur.

SI quis argenti distractori credi- III.
derit, vt res aliquas ex pecunia sibi mutuata emeret; & cum ipso pepige rit in scriptis; vt res, quæ fuerit ex eadem pecunia comparata titulo hypo thecarum sibi obligata sit; omnibus alijs in eadem re præferatur.

LICEAT argenti distractorib. IIII.
& ipsas species, quas præstiterint, vindicare; nisi æstimationem earum acceperint.

ARGENTI distractores pro V.
pecunijs, quas crediderint, vsuras vsque ad bessem centesimæ capiant. & non deest *quod in stricta actione, siue stipulatione, & mora vsura exigitur.

QVICVMQVE cum argyro VI.
prata contrahunt, si cautiones, vel ratiocinia fecerint manu sua conscripta, siue subscripta: teneantur personalibus actionibus. Tunc hypothecarijs supponantur, cum dixe-

rint

rint aliquid, quod ad intellectũ hypothecarũ tẽdit. In præteritis autẽ tantũmodo vsura exigatur, quę vsq. ad bessẽ cẽtesimæ producitur. Quod si de singulis causis scriptũ fuerit in ratiocinijs vel manu eius, qui cũ argyroprata contraxit, vel subscriptum ab eo fuerit, vel confirmatum: siue quod fæneraticiam cautionem quasi mutuatus exposuit: siue quod transegit: nullæ probationes exigantur de singulis causis ab argyroprata. Sed tantum intra tempora exceptiõnis non numeratæ pecunię liceat ei iusiurandum inferre.

NOV. CXXXVII.

*

NOV. CXXXVIII.

IMP. IVSTINIANVS PP. A. HERMOGENI MAG. OFF.

MANIFESTISSIMA est nostri numinis Cõstitutio, quæ vsq. ad

ad dupli quantitatē & actionē debiti cōcludit. Si igitur creditores tui quidam in duplū acceperunt, alij adhuc minus cēsiti sunt: in duplū excusaturum * quantitatē per diuersa tēpora consecuti sunt: nullā aduersus te inquietudinē proponere concedatur. Alij autem si simili modo repleti fuerint, eo modo silere cōpellūtur. Et si debita subsecuti fuerint: eo modo fæneraticias cautiones recuperare; vel si remanserint, suis viribus vacare: si preces veræ sunt; præsentis oraculi sanctione decernimus. (Similis Cō stitutioni huic Græca subsequitur, quæ iubet in his tantū, quæ ciuitates *muniantur, locū non habere.)

CXXXIX. CXL. CXLI. CXLII.

* * * *

NOV. CXLIII.

DE RAPTIS MVLIERIBVS QVAE RAPTORIB. NVBVNT.

IDEM A. ARIOBINDO.

LE-

LEGIS interpretationem culmini tantum Principali cõpetere nemini venit in dubium: cum promulgãdę quoq. legis auctoritatẽ fortunæ sibi vindicat eminentia. Meminimus itaq. pro raptu mulierũ siue iam despõsatę fuerint, vel maritis cõiunctæ, siue nõ; vel etiã si viduæ sint; legẽ antea posuisse, & capitis subiecisse supplicio nõ tãtũ raptores, verũ etiã comites eor. necnõ alios, qui eis auxiliũ tẽpore inuasionis cõtulisse noscũtur: & nõ tantũ parentib. mulierũ, verũ cõsanguineis etiã, & tutorib. & curatorib. in huiusmodi dedisse per eandẽ legẽ vindictã; & præsertim pœnis locum dedisse: si iã nuptę vel despõsatæ mulieres rapiãtur. Cum nõ solũ raptus mulieris, verũ etiam adulteriũ per huiusmodi temeritatẽ committitur. Et super alias pœnas raptoris etiam necnõ aliorũ, qui cũ eo fuerint, patrimoniũ raptæ mulieri vindicari per eandẽ legẽ præcipimus. vt dotis etiã marito legitimo dãdę copia per

rapto

raptoris ei miniſtretur ſubſtantiam. Illo quoq. ſpecialiter adiecto, vt nulla raptæ licentia ſit mulieri vel virgini, raptoris eligere matrimoniũ, ſed cui parẽtes voluerint, excepto rapto re, legitimo matrimonio copulari. nullo modo, nullo tẽpore licẽtia mulieri raptæ permiſſa raptoris ſe cõiungere matrimonio. Sed parentes etiã ſi tali conſenſerint matrimonio: deportari præcipimus. Sed mirati ſumus, quod conati ſunt aliqui dicere raptam mulierẽ ſiue volentẽ, ſiue nolentem, & ſi raptoris amplexa ſit matrimoniũ contra noſtrę Conſtitutionis tenorem: debere tamen raptoris eam habere ſubſtãtiã; vel quaſi legis pręmiũ, vel ex teſtamẽto forte, ſi hoc etiã factũ eſſe contigerit. Qui enim talia dicere præſumpſerũt, prædictæ legis ſeriẽ intelligere nõ potuerunt. Qui enim ſtare tale matrimoniũ & ſi rapta voluerit, prohibuimus, & ob hoc parentes raptę mulieris deportationis ſubiecimus pœnæ; ſi huiuſmodi

di consenserint matrimonio: quomodo raptas mulieres raptorũ eligentes connubiũ, præmijs honorassemus raptæ datis mulieri? Superfluã igitur corũ dubitatioẽ, vel in posterum resecantes priorẽ legem per præsentẽ interpretari cẽsuimus. Sanctimus itaq. si rapta mulier cuiuscumq. sit cõdicionis vel ætatis raptoris nuptias eligendas esse cẽsuerit; parentib. præsertim nõ cõsentientibus, nec ex beneficio legis, nec ex testamẽto raptoris hereditatem accipere vel quocũque modo substãtiam vindicare: sed præmium, quod per legem nostrã raptæ mulieri datum est, vt raptoris & eorum, qui auxilium ei tempore inuasionis præbuerint, substãtiam vindicet: hoc ad parentes si ambo vel vnus supersit, qui nuptijs specialiter non probantur consensisse ex tempore raptus ipso iure transferri, & patrimonium raptoris non iam raptam habere mulierem, quæ coniugio se raptoris inquinare non piguit. sed in per-

personas trãsferri, quas superius nominauimus eius non consentientes coniugio. Nam nefarios huiusmodi coitus pœnis corrigi, non præmijs competit honorari. Quod si parentes iam decesserũt, vel huiusmodi sceleri consenserunt: substãtia raptoris, necnon aliorũ, qui facinoris participes fuerunt; fisci viribus vindicetur. Quam interpretationem nõ in futuris tantummodo casibus, verũ in præteritis etiam valere sanctimus. tamquam si nostra lex ab initio cum interpretatione tali promulgata fuisset ARIOBINDE pater carissime, atque amantissime. Quæ igitur per hanc legẽ nostra statuit æternitas, Celsitudo tua effectui mãcipari, obseruariq. præcipiat.

CXLIV. CXLV. CXLVI. CXLVII. CXLVIII. CXLIX. CL. CLI. CLII. CLIII. CLIV. CLV. CLVI. CLVII. CLIIX.

* * * *

NOV. CLVIIII.

I. SI QVIS prohibuerit alienationem rerum extra suam propriã familiam faciendã; vt si sine liberis decesserit vnus ex his, qui filij sunt, & heredes testatoris; ad ceteros res veniãt: liberis natis, cessat alienationis prohibitio. Ideoq. liberi procreati etiã ad extraneos easdem res transferre non prohibentur.

II. SI quis extra familiã suam alienationẽ fieri prohibuerit; & omnes, qui res consecuti sunt, vel omnes res, vel quasdã ex his alienauerint: videtur si deicomisso inuicem renuntiare.

III. SI quis prohibuerit extra suã propriam familiam rem alienari; & adiecerit, vt neq. filij, neq. deinceps personæ, quę successerint ei, qui primus acceperit; eandẽ ad extraneũ transferãt; & deinde quattuor processerint successiones, quę familię nomine cõtinentur; & vltimus heres per mediũ

impu

puberem successor extiterit: liberã facultatẽ habeat, & in extraneos homines rem, cuius alienatio prohibita est, trãsferre. ideſt ſi tertius heres impubes fuerit, & primum heredem inquattuor ſucceſſiones reputet. Hoc noſtrę mens Cõſtitutionis ſignificat.

CLX. CLXI. CLXII. CLXIII. CLXIIII. CLXV. CLXVI. CLXVII. CLXVIII. *

* *

EDICTVM. I. II.

* *

EDICT. III.

OMNIA iura, quæ de ceteris Romanis poſita ſunt: eadem & in Armenijs teneant. Nam & ſucceſſiones tam in maſculis, quã in feminis ſic obſeruari Conſtitutio iubet, quem admodum in ceteris Romanis. Hæc autem ex eo tempore obſeruari oportet, ex quo noſter Imperator Reipublicæ, gubernacula tenuit. niſi forte

vel transactiones secum fecerint, vel alio modo causas suas damnauerũt. Habeant autẽ & in prædijs illis, quæ γενεαρχικὰ vocantur, ab antefato tempore. Sin autem cõtigerit quosdam inueniri, qui filias suas heredes scripserint: volumus ipsi quoque genearchicarum rerum dominium competere; quamuis ab intestato parẽtibus suis secundum pristinam Armeniorũ consuetudinem non succedebant. Ea autem, quæ semel a filiabus competierũt, etiam liberis earum postea competere placet.

IIII. V. VI. VII. VIII. IX. X.
XI. XII. XIII. * * *
* * *

TITVLI NOVELLA-RVM CONSTITVTIO-num. 98. quæ in libro Authenticorum extant.

ADminiſtrantib. officia in ſacris appellationib. Nou. 20.
Adminiſtratorib. No. 95.
Aequalirate dotis, & propter nuptias donationis. Nou. 97.
Alienatione, & emphyteuſi. Nou. 120.
Appellationib. Nou. 93.
Appellationibus & intra quæ tépora debeat appellari. Nou. 23.
Apud quos oporteat cauſam dicere monachos. Nou. 79.
Armis. Nou. 85.
Collatoribus, & alijs capitulis. Nou. 128.
Conſanguineis, & vterinis fratrib. Nou. 84.
Conſtitutio, quę de dignitatib. &c. Nou. 81.
Cóſtitutio, quæ ex adſcriptício & libera natos &c. Nou. 54.
Conſulibus. Nou. 105.
Defenſorib. ciuitatũ. N. 15
Depoſito, & denuntiatione inquilinorũ. N. 88.
Duob. reis promittendi. Nou. 99.
Eccleſiaſticarũ rerũ alienatione. Nou. 46.
Eccleſiaſticis titulis. Nou. 131.
Executorib. & de ijs, qui conueniuntur, & recó ueniuntur. Nou. 56.
Exhibendis, & introducẽdis reis. Nou. 53.
Fideiuſſoribus, & mandatorib. Nou. 4.
Filijs ante dotalia inſtrumẽta natis. Nou. 19.
Hæc conſtitutio innouat conſtitut. &c. Nou. 111.
Hæc conſtitutio interpretatur priorem conſtit. &c. Nou. 76.

Heredib. abinteſtato venientib. Nou. 118.
Heredib.& Falcidia. N. 1.
Iis, qui ingrediũtur ad appellationem. Nou.49.
Immenſis donationibus. Nou. 92.
Inceſtis, & nefarijs nuptijs. Nou. 12.
In medio litis non fieri ſacras formas. Nou. 113.
Inſtrumẽtorum cautela, & fide. Nou. 73.
Interdictis collegijs hęreticorum. Nou. 132.
Iudicibus, & vt nullatenus cũ iureiurando eligantur. Nou. 82.
Iureiurando a moriento pręſtito. Nou. 48.
Iuſiurandũ, quod præſtatur &c. Nou. 8.
Lenonibus. Nou. 14.
Litigioſis,& decima parte litis. Nou. 112.
Mãdatis principũ. N. 17.
Menſura ordinandor. clericor. Nou. 16.
Monachis. Nou. 5.
Nauticis vſuris. Nou.110.
Neq.virum,quod ex dote eſt &c. Nou. 98.
Non alienandis, aut permutandis rebus eccleſiaſticis. Nou. 7.
Non eligendo ſecũdo nubentes mulieres. N. 2.
Noui operis nuntiatione maritimi aſpect⁹. N.63
Nullum credentẽ agricolæ &c. N. 32.&.N. 34.
Nuptijs. Nou. 22.
Priuilegijs dotis hęreticis mulieribus non præſtãdis. Nou. 109.
Quæſtore. Nou. 80.
Quib. modis naturales efficiãtur legitimi. N.74.
Quibus modis naturales efficiãtur ſui. N. 89.
Quomodo oporteat Epiſcopos, & ceteros clericos ad ordinationem perduci. Nou. 6.
Raptis mulierib. quæ raptorib. nubũt. N. 143.
Referẽdariis ſacri palatij. Nou. 10.
Reſtitutione fideicõmiſſi. Nou. 159.
Reſtitutionib. Nou. 108.
Reſtitutionib. & ea, quæ parit in vndecimo mẽſe. Nou. 39.
Sanctiſſimis Epiſcopis. &c. Nou. 123.
Scenicas nõ ſolũ ſi fideiuſſores pręſtent&c.N.51.

Tabel-

Tabellionibus. Nou. 44.
Tempore nō ſolutæ pecuniæ ſuper dote. N. 100.
Teſtamentis imperfectis. Nou. 107.
Teſtibus. Nou. 90.
Triente,& ſemiſſe. N. 18.
Vſuris nauticis. Nou. 106.
Vt ab Illuſtrib. &c. N. 71.
Vt clerici apud proprios Epiſcopos &c. N. 83.
Vt clerici, qui recedunt alijs pro eis ſubrogatis &c. Nou. 57.
Vt cū de appellatione cognoſcitur &c. Nou. 115.
Vt de cetero cōmutationes eccleſiaſticar. rerū &c. Nou. 55.
Vt defuncti, ſeu funera eorum. &c. Nou. 60.
Vt determinatus ſit numerus clericorū. N. 3.
Vt differētes iudices &c. Nou. 86.
Vt diuinæ iuſsiones ſubſcriptionē habeāt &c. Nou. 114.
Vt ea, quæ vocantur inſinuatiua &c. Nou. 56.
Vt eccleſia Romana centum annorū &c. N. 9.
Vt exactione inſtante dotis primæ &c. Nou. 91.
Vt factæ nouæ Conſtitutiones &c. Nou. 66.
Vt fratrum filii ſuccedāt pariter &c. Nou. 127.
Vt ii, qui obligatas ſe habere perhibent res minor. &c. Nou. 72.
Vt immobilia ante nuptialis donationis &c. Nou. 61.
Vt in priuatis domibus ſacra myſteria nō fiant. Nou. 58.
Vt iudices non expectent ſacras iuſsiones. N. 125
Vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. Nou. 8.
Vt liberti de cetero aureo nō indigeant anulo. Nou. 78.
Vt liceat matri, & auiæ &c. Nou. 117.
Vt litigātes iurēt in exordio litis. Nou. 124.
Vt neq. miles, neq. fœderatus &c. Non. 116.
Vt non fiant pignorationes pro alijs perſonis. Nou. 52.
Vt non luxuriētur homines &c. Nou. 77.
Vt nulli iudicū liceat habere loci ſeruatorem. Nou. 134.

Vt nullas fabricet oratorij domos &c. N. 67.
Vt nullus mutuans agricolæ teneat eius terrã. Nou. 53.
Vt omnes obediant iudicib. prouinciarũ. N. 69.
Vt ordinariæ præfecturæ &c. Nou. 70.
Vt præponatur nomen Imp. documẽtis. N. 47.
Vt sine prohibitione matres &c. Nou. 94.
Vt spõsalicia largitas specialis sit contractus. Nou. 119.

TITVLI NOVELLARVM

Constitutionum. 70. quæ non extant in libro Authenticorum.

1. De priuilegijs Archiepiscopi Primæ Iustinianæ. Nou. 11.
2. De Plebeiis Prætorib. Nou. 13.
3. De Armenijs. Nou. 21.
4. De Præside Pisidiæ. Nou. 24.
5. De Prætore Lycaonię. Nou. 25.
6. De Prætore Thraciæ. Nou. 26.
7. De Comite Isauriæ. Nou. 27.
8. De Moderatore Helenoponti. Nou. 28.
9. De Prætore Paphlagoniæ. Nou. 29.
10. De Proconsule Cappadociæ. Nou. 30.
11. De descriptione quatuor Præsidum Armeniæ. Nou. 31.
12. De adiutorib. Quæstoris. Nou. 35.
13. De successorib. eorũ, qui in Africa degunt. Nou. 36.
14. De ecclesijs constitutis in Africa. Nou. 37.
15. De Decurionib. Nou. 38.
16. Vt ecclesia sanctæ Resurrectionis alienare possit ædificia. Nou. 40.

Apud

17. Apud quem oporteat appellationes in quinque prouincijs &c. Nou. 41.
18. Vt Anthimus, seuerus, & reliqui hæretici ecclesiastico gradu detrahantur. Nou. 42.
19. De officinis, siue tabernis, vel ergasterijs CP. vrbis. Non. 43.
20. Ne Iudæi, Samaritani, & hæretici curiali fortuna liberentur. N. 45.
21. De appellationib. ex quinq. prouincijs. N. 50
22. De impensis in defunctor. funerationib. Nou. 59.
23. De cósulationib. siue de ordine senatorum. Nou. 62.
24. De hortulanis. Nou. 64.
25. De ijs, quæ relicta sunt ecclesiæ Mysiæ. Nou. 65.
26. Vt constitutio sacratissimi Imp. de successionibus nuptialium lucrorum &c. Nou. 68.
27. De appellationib. Siciliæ. Nou. 75.
28. De donatione mortis causa facta Decurionib. Nou. 87.
29. De Decurionib. Nou. 101.
30. De Moderatore Arabiæ. Nou. 102.
31. De Proconsule Palæstinæ. Nou. 103.
32. De Prætore Siciliæ. Nou. 104.
33. Vt particulares vsurarum solutiones in duplum computétur. N. 121.
34. Fdictum de formula artificum. Nou. 122.
35. Exemplum sacræ formæ de appellationib. Nou. 126.
36. De Samaritanis. N. 129.
37. De transitu militum. Nou. 130.
38. De monachis, & ascetrijs. Nou. 133.
39. Ne quis cogatur bonis cedere. Nou. 135.
40. De argentariorú contractib. Nou. 136.
41. De ordinatione Episcoporum, & clericorum. Nou. 137.
42. De interpretatione a Prin-

a Principe facta &c. Nou. 138.
43. Remissio pœnæ illicite cõtractar. nuptiar. Nou. 139.
44. Vt cõsensu matrimoniũ solui posit. Nou. 140. quæ est Iustini Minoris. Nou. 2.
45. Edictũ ad CP. de ijs, qui luxuriantur &c. Nou. 141.
46. De iis, qui eunuchos faciant. Nou. 142.
47. De Samaritanis. Nou. 144. quæ est Iustini Minoris. Nou. 5.
48. Vt nullam de cetero licentiam habeat Dux &c. Nou. 145.
49. De Hebræis. N. 146.
50. Vt ea, quæ Præfectis, aut largitionib. debentur. &c. Nou. 147.
51. De indulgẽtia tributariorũ reliquorũ. Nou. 148. quæ est Iustini Minoris. Nou. 1.
52. Vt dei amantiss. Episcopi cum prouinciarum incolis &c. Nou. 149. quæ est Iustini Minoris Nou. 4.
53. De ea, quæ raptori suo nubit. Nou. 150.
54. Ne Decurio, aut cohortalis perducatur in ius. &c. Nou. 151.
55. Ne sacræ formę, quæ de causis procedunt &c. Nou. 152.
56. De infantib. expositis. Nou. 153.
57. De iis, qui in Osrhoẽna illicitas contrahunt nuptias. Nou. 154.
58. Vt matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ sint. Nou. 155.
59. De prole partiẽda inter rusticos. Nou. 156.
60. De rusticis, qui in alienis prædiis nuptias contrahunt. Nou. 157.
61. Vt deliberãdi ius etiã ad impuberes trãsmittatur. Nou. 158.
62. Exemplũ sacrę pragmaticę formæ de vsuris. Nou. 160.
63. De prouinciarũ Præsidib. Nou. 161. quæ est Tiberii Imp. Nou. 3.
64. Sacra forma trãsmissa Dominico Præf. Præt. Illyrici de diuersis capitulis. Nou. 162.
65. De releuatione tributorum

orũ publicorũ. Nou. 163. quę est Tiberii N. 5.
66. De heredib. N. 164. quę est Tiberii Nou. 2.
67. Generalis forma de prospectu in mare. Nou. 165.
68. De adiectionib. Non. 166. quæ est forma. 1. Præfectorũ Prætorio.
69. Quo pacto oporteat in possessionem mittere. Nou. 167. quæ est forma 24. eorũdẽ Præfector.
70. De adiectionib. Nou. 168. quæ est forma 2. eorundem.

PARATITLA SIVE SCHOLIA.

NOV. 1.) Hæc est in libro Authenticorum constitutio prima collationis primæ sub titulo de heredib. & Falcidia. Eam Græce, & Latine edidit Greg. Holoander.

Cap. 1.) Iuliani verba refert Iuo Carnotẽsis parte 16. cap. 115 decreti. Vide auth. hoc amplius. C. de fideicõ. c. 2. 3. & 4.) Vide authen. sed cum testator. C. ad. l. Falcid. capitis 4. verba refert Iuo d. parte. 16. c. 116.

Nou. 2.) Est in libro Authenticor. constitutio 2. collationis. 1. titulo de non eligendo secundo nubentes mulieres. Hanc nõ edidit Græcâ Haloãder: quia deerat in libro Florentino Græco Nouellarum, ex quo descriptus est Bononiensis, quo Haloander vsus est. In Florentino autẽ defuit: propterea quod in Basilicis Leonis Imp. hæc constitutio omissa est. Eam Gręcam edidit Henr. Scringerus sumptam ex libro Veneto Bessarionis Cardinalis, Latinam fecit Henr. Agyleus.

cap. 1.) Vide auth. lucrum. C. de secun. nup.

c. 2.) Vide auth. sed & si quis. eod. tit.

c. 3.) Vide auth. ex testamento eod. tit.
c. 4.) Vide auth. sed si aurum. eod.
c. 5.) Vide auth. sed quæ. C. de pact. conuen.

Nou. 3.) Est etiam tertia Cõstitutio in libro Authen. collationis. 1. titulo Vt determinatus sit numerus clericorũ. Eam Græce, & Latine edidit Haloander.

cap. 2.) Apud Greg. 9. capitis 2. de præbendis hæc est inscriptio In corpore canonũ. Sed in prima collectione Decretalium Bernardi Papiensis Episcopi Fauentini caput 2. eiusd. tituli hanc habet inscriptionem In corpore canonum P. V. ex Nouellis. Hinc igitur sumpta sunt verba a Greg. 9. relata.

Nou. 4.) Hæc est in libro Authen. quarta constit. collat. 1. sub titulo de fideiussorib. & mandatorib. Edita est Græce, & Latine ab eodem Haloandro.

cap. 1.) Iuliani verba refert Iuo parte 16. cap. 117. decreti. Vide auth. præsente. C. de fideiuss. & auth. sed hodie. C. de oblig. & actio. & auth. hoc si debitor. C. de pignor.

c. 2.) Refert Iuo d. parte 16. cap. 118. Vide auth. hoc nisi. C. de solutio.

Nou. 5.) Hæc etiam est quinta constitutio in libro Authen. collat. 1. titulo de monachis. Non habuit eam Græcam Haloander: quod in Florentino libro deerat. In Basilicis quoq. integra non est. Edidit eam Græce Scringerus, Agylæus Latine.

c. 2.) Refert Iuo par. 7. cap. 153. & 154. decreti, vt cõstit. 5. cap. 1. & 2. Vide auth. verũ. C. de Episc. & cleric.

c. 4. & 5.) Vide auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & auth. nunc autẽ. C. de Episc. & cler. & Gratia. 19. q. 3. c. 9. si qua. p. nunc autẽ. Capitis 4. verba refert Iuo d. parte 7. cap. 155. vt cap. 3. constit. 5.

c. 6.) Refert Iuo d. parte 7. cap. 156. vt cap. 4. const. 5.

c. 7.) Refert idẽ Iuo. c. 157. d. par. 7. vt. c. 6. einsd. cõstit.

Nou.

Nou. 6.) Est in libro Authen. constitutio sexta collationis.1. sub tit. quo modo oporteat Episcopos,& ceteros clericos ad ordinationes perduci. Eã refert Anselmus Lucensis lib.1.cap.50.decretorũ. Græcã nõ edidit Haloander: quod ea neq. in Florentino libro, neq. in Basilicis cõscripta foret. At ex Veneto codice eam Græce edidit Scringerus,& Agylæus Latine.

cap. 7.) Refert Iuo Carnoten. parte.6. cap.421.decreti,vt constit.6.cap.7.

Nou.7.) Hæc est cõstitutio.1.collationis 2.in libro Authen.titulo de non alienandis,aut permutandis rebus ecclesiasticis. In libro Norico Haloãdri, vt in Florentino,& Basilicorũ libro Græca non extat. Sed Scringerus eam Græce,Latine Agylæus.conscripserunt.

cap. 1.)Refert Iuo parte.3.cap.183.& parte 17.cap.vlt. decreti,vt ex constit.7.cap.1.Parem vero eiusdem capitis Burchardus Vormatiensis lib 3.cap. 164. decretorum,vt ex concilio apud Siluanectim præsente Ludouico Rege cap.5.& Bernardus Papien.in prima collectione Decretalium.c.4 .de reb.ecclesiæ,ex eodem cõcilio;vnde sumpsit Greg.9.c.5. eod.tit. Vide auth.hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. cuius verba refert Grat.10.q.2.c.2.p.hoc ius.

c. 2.) Refert idem Iuo d.parte.3.c.184.ex ead.const.7. cap.2.& Burc.d.lib.3.cap.165.ex dicto concilio cap.6. & Bernard.Papin.cap.1.de rer.permutatione ex eod. cõcilio,a quo sumpsit Greg.9.cap.1.eod.tit.Vide auth. sed & permutare.C .de sacros.eccl.cuius verba refert Grat.d.c.2.p.sed & permutare.

c. 3.) Vide auth. perpetua. & auth.qui rem.C. de sacros.eccl.quarũ verba refert Grat.d.c.2. p. perpetua. & p.qui rem.

c. 5.) Refert Iuo d.parte.3.cap. 185. decreti ex constit. 7.c.5.Vide auth.qui res.C.de sacros.eccl.cuius verba refert

refert Grat. d.c.2.p.qui vero res.

c.6.)Refert idē Iuo c.186.d.par.3.ex cap.6.eiusd.cōstit.

c.8.) Refert idem Iuo cap.187.eiusd.partis, vt ex cap. 8.d.constit.7.

c. 9.) Refert etiā Iuo d.par.3.c.188.ex c.9.eiusd. cōstit.

c. 10.) Refert Iuo d.c.188.Vide auth. multo magis. C. de sacrosanct.eccle.

c. 11.) Vide auth.sicut alienatio.C.eod.tit.cuius verba refert Grat.d.c.2.p.sicut.10.q.2.

Nou. 8.) Est in libro Authenticor.duplex constitutio secunda,& tertia collationis 2. titulo. Vt iudices sine quoquo suffragio fiant: & titulo Iusiurandum, quod præstatur ab ijs,qui administrationē accipiunt. Huic eidem secundę constitutioni coniugitur Edictum primum Iustiniani in eodem libro. In Norico etiam, vt duę Constitutiones editę sunt & Greçe,& Latine ab Haloandro constitutio hęc 8. & Iusiurandum illud, vt. 9. constitutio.

cap. 4.) Vide auth.si vero.C.vt omnes iudices.

Nou.9. Pręsens) Hęc sunt verba Iuliani.

Nou. ead. Et legum) Hoc initium Latine scriptum inuenio in Græcis libris,in epitome pręsertim constitutionum eccleſiasticarum. Vnde apparet Latinam fuisse hanc constitutionem; quę in libro Authen. est const.4. collat. 2. titulo Vt ecclesia Romana centū annorum habeat pręscriptionem. EandemHaloander Latinam edidit,vt decimam constitutionem, Agylęus melius,vt nonam.In Gręcis libris significabatur, quid hac constitutione contineretur; eamq. Nouella const. 111. abrogari:quod Iulianus etiam affirmat; sed id hodie non obtinet. Vide auth.quas actiones.C.de sacrosanct.eccle.

Nou. 10.)Hęc est in libro authen.constit.5. collat.2.tituio de Referendarijs sacri palatij. Eam Gręce, & Latine

tine edidit Haloander, vt. 11. constit.

Nou. 11. Multis:) Hoc initio vtuntur etiã Græci, in epitome præfert im constitutionum ecclesiasticarũ. Quo fit, vt Latinam fuisse credamus; quam hoc loco in vetu rib. libris Authenticorum inuenimus. Haloander ea caruit; cum tamen in Florentino libro & initium, & epitome eius legeretur. Primus Antonius Contius eam edidit integram, eum secuti postea sunt Hen. Agylæus, & Lud. Russardus. Titulus eius est, de priuilegijs Archiepiscopi Primæ Iustinianæ. Videnda Nou. 131. c. 3 Iuliani epitome caremus.

Nou. 12.) Est in libro Authen. constit. 6. collat. 2. titulo de incestis, & nefarijs nuptijs. Hanc Haloãder Græce, & Latine edidit.

cap. 1. & 2.) Vide auth. incestas. C. de incest. & inutil. nup. Iuliani verba refert Iuo Carnot. par. 9. c. 3. & 4. de creti, vt Nou. 32. c. 1. & 2. & par. 16. c. 122. eiusd. decreti, & lib. 5. tit. 2. cap. 30. Panormiæ.

cap. 3.) Vide auth. quod ius. C. de natur. lib. Iuliani verba refert Iuo par. 8. cap. 34. decreti. vt Nou. cõst. 32. c. 3.

Nou. 13.) Hanc vidi in veterib. libris Authen. post vndecimam const. sub titulo de plebeijs Prætorib. Iuliani epitomes pauca verba extãt. Haloãder hanc const. Græce, & Latine edidit.

Nou. 14.) Hæc est in libro Authen. prima constitutio collationis tertiæ sub titulo de lenonibus. Eam etiam Haloander Græce, & Latine edidit. Iuliani verba refert Iuo parte 8. cap. 305. decreti, vt Nou. const. 31. c. 1. & parte 16. cap. 121. eiusd. decreti, & lib. 5. tit. 2. cap. 29. Panormiæ.

Nou. 15.) Est in libro Authen. cõst. 2. collat. 3. tit. de de fensorib. ciuitatũ. Eã Græce, & latine Haloãder edidit. cap. 1.) Vide auth. Præsides. C. de Epis. aud. & auth. hõ die. C. de iudicijs.

c.3.) Vide ean.auth.Præsides.
Nou.16. Hæc in libro Iuliani desideratur. Est in libro Authen.const.3.collat.3.tit.de mensura ordinandor. clericor. Haloander eam Græce & Latine edidit.
Nou.17.) Hæc fuit ab Iustiniano Græce,& Latine edita: sed Latina editione caremus. In libro Authen.est const.4.collat.3.titulo de mandatis Principum.Greg. Haloander eam Græce,& Latine edidit.
cap.1.) Vide auth.nisi breues.C.de senten.ex periculo vel breuiculo recit.
c.5.) Vide auth.sed & periculũ.C.sine censu vel reliq.
c.8.) Refert Iuo parte 16.cap.119.decreti,vt ex cap. 10. const.4.& lib.5.tit.2.cap.28.Panor.
Nou. 18.) Hæc in libro Authen.est const.5.collat.3.tit. de triente,& semisse. Ab Haloandro eadem Græce,& Latine edita est.
cap.1.) Vide auth.nouissima.C.de inof.testam.
c.4.) Vide auth.quæ tertię.C.de collat. Iuliani verba refert Iuo par.16.c.123.decreti,vt const.34.c.4.& lib.5. tit.2.c.31.Panor.
c.6.) Vide auth.ex testameuto.C.de collatio.
c.7.) Vide auth. si modo.C.fam.ercis.
c.8.) Vide auth.coutra.C.de non numer.pec.Iuliani verba refert Iuo parte 16. cap.124. decreti, vt const. 35.c.4.
cap.9.) vide auth.item possessor.C.qui potiores.
c.10.) Vide anth.sed noua.C.de nat.libe.
Nou. 19.) Hanc non habet Iuliani liber. Est in libro Authenticor.const.6.collat.3.titulo de filijs ante dotalia instrumenta natis. Eam Græce,& Latine Haloander edidit.
Nou.20.)Hæc est in libro Authen.const.7.collationis 3. tit.de administrantib.officia in sacris appellationib. Edidit eam Græce,& Latine Haloander.

Nou.

Nou. 21.) Hæc nō est in Iuliani libro; nisi forte ea verba sint, quæ nos post Nouellas Edicto. 3. constituimus. In veterib. libris Authenticorum reperitur barbare cōuersa sub titulo de Armenijs; eāq. Bartolū habuisse constat. At Greg. Haloander eam Græce, & Latine conscripsit: Contius Barbaram edidit.

Nou. 22.) Est in libro Authen. constitutio 1. collationis 4. titulo de nuptijs. Hanc Græcæ, & Latine Haloander edidit.

cap. 2.) Videndæ auth. sed hodie. C. de repu. & auth. sed hodie. C. de don. inter vir. Partem huius capitis refert Iuo parte 8. cap. 81. decreti, vt Nou. 17.

c. 3.) Vide auth. ad hoc. C. de Latina liber. Iuliani verba refert Iuo parte 8. cap. 56. decreti, vt Nou. const. 37. & lib. 6. tit. 9. cap. 1. Panormiæ, vt ex Nou. 33.

c. 6. Vide d. auth. ad hoc.

c. 7.) Refert Iuo d. parte 8. cap. 35. vt ex const. 37. c. 7.

c. 8.) Vide auth. econtra. C. de repud.

c. 9.) Videndæ auth. hæ res. & auth. nunc autem. & auth. ad eos. C. de secun. nup.

c. 10.) Refert Iuo d. parte 8. cap. 272. vt Nou. 37. c. 11. & parte 16. cap. 125. & lib. 6. tit. 4. cap. 10. Panor. vt Nou. 27. c. 11.

c. 11.) Vide auth. in donatione. & auth. lucrū. & auth. hæres. C. de secun. nup.

cap. 12.) Vide authen. nisi tricennale. C. de bon. mat.

c. 13.) Vide auth. lucrum. auth. sed & si quis. & auth. hæres. C. eo. tit.

c. 17.) Vide auth. ad eos. eod. tit.

cap. 19.) Vide authentic. hoc locum. C. si secund. nup. mu.

cap. 21.) Refert Iuo parte 16. cap. 126. decreti, vt cap. 33. Vide authen. quod mater. C. de reuocand. donat.

c.22.) Refert idem part.8.cap.273.vt Nou.37. cap.23. & par.16.cap.127.decreti,vt cap.24. & lib.6. tit.4.cap. 11. Panor.vt.Nou.27.c.23.

c.23.) Refert idem Iuo d.parte.8.cap.57.vt Nou.37.c. 25.& parte 16.cap 128.

c.25.) Vide auth.eisdem.C.de secun.nupt.Iuliani verba refert Iuo d.parte 8.cap.273.vt Nou.37.c.23.& parte 16.cap.129. vt cap.27.& lib.6,tit.4.cap.12.Panor.

c.27.) Refert Iuo parte 6.cap.422.decreti, vt ex constit.37.c.28.Vide auth.multo magis. C. de Ep.& cler.

c.28.) Vide auth.cui relictum.C. de indicta vid.tol.

c.29.) Vide auth.ex testamento. C. de secun. nup. & auth.& cum solis.C.ad 5.c.Tertul.

Nou.23. Omnis.) Hæc fuut verba Iuliani.

Anteriorum) Hæc sunt Iustiniani verba.is enim Latine hanc Constitutionē promulgauit.Est in libro Authen.constit. 2. collat. 4.tit. de appellationib. & intra quę tempora debeat appellari.Eam refert Grat.2.q.6. c.27.anteriorum.Græcam epitomen habent libri Græci,quam Haloander edidit,eam Agyleus Latinā fecit. cap.1.) Vide auth.hodie.C.de appell.

c. 2.) Vide auth.sed & his.C.de temp.& repar.app.cuius verba refert Grat.2.q.6.c.40.ci,qui.p.sed his. Iuliani verba refert Iuo parte. 16. cap.120. decreti, vt constit.24.c.2.

Nouellæ.24.25.26.27.neque in libro Iuliani, neq.in libro Authenticor.sunt.Edidit tamē eas Græce,& Latine Haloāder sub his titulis.24.de Præside Pisidię.25.de Prætore Lycaoniæ.26.de Prætore Thraciæ.27.de Comite Isauriæ.

Nou. 28.) Hæc quoque in libro Authen. desideratur. Edita est ab Haloandro Græce, & Latine inb titulo de Moderatore Helenoponti.

Nou.29.) Hāc habuisse videtur Albericus Rosatius, qui

qui verbo Aquilegia refert in Nouella de priuilegijs Paphlagoniæ in prin. eius vrbis mentionem fieri. Hodie in libris Authen. non extat. Eam Græce & Latine edidit Haloander sub titulo de Prætore Paphlagonię.

Nou. 30.) Hæc etiã Constitutio desideratur in libro Authenticor. Eam Haloander Græce, & Latine edidit sub titulo de Proconsule Cappadociæ.

Nou. 31.) In libro Authen. hæc etiam nõ extat. sed ab Haloandro Græce, & Latine edita est hoc titulo De descriptione quattuor Præsidum Armeniæ.

Nouellæ 32.33.34. de eadem re cõstitutæ sunt. Nam. 32. Græca eadem est cum 34. Latina. & 33. Latina præcipitur, vt in Illyrico 34. obseruetur. Hæ duæ Latinæ extãt in libro Authenticor. altera est constit. 4. collationis 4. titulo Vt nullus mutuãs agricolæ teneat eius terram. altera est const. 5. tit. Nullum credentem agricolæ tenere illius terram. Haloander Græce & Latine. Constitutionẽ 32. edidit. Græce item edidit epitomen Nouellar. 33. & 34. quam nemo adhuc Latinam fecit. Vide auth. ad hæc. C. de vsur.

Nou. 32. Si quis) Iuliani verba sunt hæc.

Nou. 33. Præauaritia.) Hæc sunt Iustiniani.

Nou. 34. Rem duram.) Hęc etiam sunt Iustiniani.

Nou. 35.) Hęc etiam Constitutio ab Iustiniano Latine conscripta est. cuius initiũ fuit INTER VIROS. DEVOTOS. Sic enim legi in Florentino libro: nõ vt in Norica editione est (Inter prudentes.) Hæc neq. in libro Authenticor. neq. in Græcis libris, aut Latinis reperta est. Pro ea Greg. Haloander epitomen Græce, & Latine edidit sub titulo de adiutoribus. Quæstoris, Verba Iuliani addidit Ant. Contius, & eum secuti Agylæus, & Russardus.

Nouellę 36. & 37. & in Iuliani, & in Authẽticor. libro desideratur. Latinas fuisse ex Florentino Græco libro

constat. Vnde Haloander sumpsit vtruisque epitomen, & eam Græce, & Latine edidit. Initium 36. fuit OMNE. INFINITVM; titulus, de successorib. eorum, qui in Africa degunt. Initium 37. VENERABILEM. ECCLESIAM; titulus, de ecclesijs constitutis in Africa. Huius 37. pleniorem epitomen vidimus in epitome constitutionum ecclesiasticarum Græca.

Nou. 38.) Hanc habuerunt veteres iuris interpretes Azo, Accursius, & Albericus sub titulo de natural. liberis curiæ deputandis. Initium eis fuerat (Quirem) Hodie in libro Authen. non extat. Eam tamen Græce, & Latine edidit Haloander sub titulo de decurionibus.

Nou. 39.) Hæc est in libro Authen. constitutio 6. collationis 4. titulo de restitutionib. & ea, quæ parit in vndecimo mense post mortem viri. Hanc edidit Græcæ, & Latine Haloander. Ab hac constitutione in quibusdam libris Græcis incipit liber secundus Nouellarum; sed in libro Iuliani a const. 69.

cap. 1.) Vide auth. res, quæ. C. com. delegat.

cap. 2.) Vide auth. eisdē. C. de secun. nup. Iuliani verba refert Iuo parte 8. cap. 312. & par. 16. cap. 130. decreti, vt Nou. const. 38. c. 2.

Nou. 40.) Hanc habuit Albericus sub titulo, Vt ecclesia sanctæ Resurrectionis, ex qua verba aliquot refert verbo ecclesia. Hodie neq. in libro Inliani, neq. in libro Authen. neq. in Norico Haloandri extat. In Basilicis quoq. non fuisse Græci asserunt. Ex Veneto tamē libro Scringerus Græce, Ant. Cōtius, & Hen. Agylæus Latine eam ediderunt.

Nou. 41.) Hæc etiam in libro Authenticor. desideratur. Sed eam Haloander Græce, & Latine edidit sub titulo Apud quem oporteat appellationes in quinque pro-

prouincijs interpositas examinari.

Nou. 42.) Hæc quoque desideratur in libro Authen. Extat Græce, & Latine in generali quinta synodo. Latina verba ex Isidori concilijs retulit Ant. Contius. Eandem postea edidit Græce, & Latine Haloander sub titulo Vt Anthimus, Seuerus, & reliqui hæretici ecclesiastico gradu detrahantur. Citat Accursius quædam ex hac Nouella in authen. sed nouo. C. de seru. fugit.

Nou. 43.) Hac constitutione carent tam liber Iuliani, quam liber Authenticor. Ab Haloandro Græce, & Latine edita est sub titulo de officinis, siue tabernis CP. vrbis.

Nou. 44.) Hæc est constit. 7. collationis 4. in libro Authen. titulo de tabellionib. Edita quoque est ab eod. Haloandro Græce, & Latine.

Nou. 45.) Hæc in libro Authen. desideratur. Citat tamen Accur. in Quoniam. C. de hæretic. Edidit eam Græce, & Latine Haloander hoc titulo Ne Iudæi, Samaritani, & hæretici per causam religionis, & cultus sui curiali fortuna liberentur.

cap. 2.) Refert Iuo par. 16. cap. 131. decreti, & lib. 5. tit. 2. cap. 6. Panor. vt ex constit. 42. c. 2. & Grat. 2. q. 7. cap. 26. si hæreticus.

Nou. 46.) Est in libro Authenticor. Constitutio. 1. collationis. 5. titulo de ecclesiasticar. rerum immobilium alienatione, & solutione. Caruit ea Græca Haloander, & libri Græci Bononiensis, & Florentinus; vt neq. etiam in Basilicorum libris fuit. Sed Hen. Scringerus eam ex Veneto libro Græce, Agylæus Latine postea ediderunt.

Nou. 47.) Hæc est const. 3. collat. 5. in libro Authen. titulo Vt præponatur nomen Imp. documentis. Ab Haloandro eadem Græce, & Latine edita est.

Nou. 48.) Est in libro Authen. Constit. 2. eiusd. collationis, titulo de iureiurando a moriente præstito propter mensuram suę substantię. Eam etiam edidit Grę ce, & Latine Haloander. Vide auth. quod obtinet. C. de probat.

Nou. 49.) Hęc est in libro Authen. const. 11. collat. 5. titulo de ijs, qui ingrediuntur ad appellationem. Hãc Haloander vt 50. constitutionem Gręce, & Latine edidit: qui 49, deesse credidit: cui Ant. Cõtius subscribit. cap. 1.) Vide auth. ei, qui. C. de temp. & repar. app. cuius verba refert Grat. 2. q. 6. c. 40. ei, qui.

c. 2.) Vide auth. ad hęc. C. de fide instr.

c. 3.) Vide. auth. hoc sacramentũ, & auth. in isto. C. de iureiur. pro. calu. Iuliani verba refert Iuo parte 16. decreti cap. 132. vt constit. 45. cap. 2.

Nou. 50.) Hęc in Iuliani, & Authenticorum libris desideratur. Venetus liber partem Nouellę 41. hic repetit: id Seringerus, & Agyleus etiam asserunt. Addo in eodem libro adscriptum esse huius Constitutionis initium fuisse RECTE NOBIS. Sic igitur statuo hanc Constitutionem Latinam fuisse eiusdem sententię cum 41. Greca. In Basilicis hanc quoq. insertam nõ fuisse Greci affirmant.

Nou. 51.) Hæc est constit. 4. collat. 5. in libro Authen. tit. Scenicas non solum si fideiussores præstent. &c. Eam Haloander Grece, & Latine edidit. Vide auth. quod eis. C. de nuptijs, Iuliani verba refert Iuo parte 8. cap. 37. decreti. vt const. Nou. 46. cap. 1. & lib. 6. tit. 3. cap. vlt. Panormiæ.

Nou. 52.) Est in libro Authen. constit. 5. eiusd. collationis titulo Vt non fiant pignorationes pro alijs personis. Hanc etiam Haloãder Grece, & Latine edidit.

cap. 1.) Vide auth. sed omnino. C. ne vxor pro mar.

c. 2.) Vide auth. item. C. de donatio.

Nou

Nou. 53.) Hęc est in libro Authen. constit. 6. collat. 5. titulo de exhibendis, & introducēdis reis. Edidit eam vtraq. lingua Haloander.

cap. 1.) Viden. auth. quod fieri. C. de dilatio.

c. 3.) Vide auth. Offeratur. C. de litis cōtest. cuius verba refert Grat. 2. q. 3. c. 4. p. offeratur Iuliani aliquot verba refert Iuo parte 16. c. 133. decreti, vt cōstit. 48. c. 3.

c. 4.) Vide auth. & qui iurat. C. de bon. auct. iud. p.

c. 5.) Viden. auth. quod obtinet. C. de pignor. Huius capitis verba Lud. Russardus ex libro Iac. Cuiacij retulit, nos ex And. Alciati veteri libro descripsimus.

c. 6.) Vide auth. præterea. C. vnde vir, & vxor.

82. 108. Si soluto matrimonio mulier secũdas quidem non cõtraxerit nuptias, ante annum impletum ab aliquo stuprata sit. N. 39. c. 2.

* *

109. De Quæstorib. id est Præfectis insularũ. N. 41.

* *

110. De tabellionibus, siue de instrumentorum fide. N. 44. c. 1. 2.

111. De Iudæis, Samaritis, & hæreticis curialibus. N. 45. c. 1.

112. De testimonio hæreticorum. N. 45. c. 2.

* *

83. 113. De præfatione instrumentorum. N. 47. c. 1.

84. 114.

84. 114. De litteris in instrumento conscribendis. N. 47. c. 2. (alij De litteris instrumentorum non scribendis obscuris.)

85. 115. Si quis modum substantiæ suæ in scripturis declarauerit. N. 48.

35. 116. De temporibus appellationum. N. 49. c. 1.

117. De comparatione litterarum siue ex publico instrumento, siue ex chirographo. N. 49. c. 2.

86. 118. De iureiurando propter calumniam dãdo, vel propter dilationes petẽdas, (aut prouocationes exercendas.) N. 49. c. 3. (alij vel probationes.)

* *

119. Vt scenicæ mulieres non cogãtur in eadem turpitudine manere. N. 51.

87. 120. Vt ciues, vel vicarij pro alijs ciuibus suis, vel vicarijs non teneantur. N. 52. c. 1.

87. 121. Vt donationes in Imperatorẽ faciendæ & sine monumentis valeant. N. 52. c. 2.

88. 122. De reis ab alio loco in alium retrahendis ex diuino nutu, vel iussione maximæ potestatis. N. 53. c. 1. 2.

89. 123. De admonitione reorũ, siue de in ius vocando. N. 53. c. 3.

124. De iurator. cautionibus. N. 53. c. 4.

125. De casu militiæ. N. 53. c. 5.

90. 126. De inope muliere, quæ sine dote nupta est, quæ quartam partem defuncto eo capere debeat. N. 53. c. 6.

91. 127. De ijs, qui ex libera matre, & adscripticio patre nati sunt. N. 54. c. 1.

92. 128. Si venerabilis locus cum alio venerabili loco rerum immobilium permutationem facere maluerit. N. 54. c. 2.

93. 129. Vt liceat venerabilibus locis perpetuos inter se contractus emphyteuseos facere. N. 55.

130. De emphanisticis, quæ a clericis exiguntur. N.56.

94. 131. Si clerici ecclesias suas dereliquerint. N.57.c.1.

95. 132. De eo, qui ecclesias ædificat, vel annonas clericis donat. N.57.c.2.

96. 133. Si quis in domo sua oratoriũ habuerit. N. 58.

134. De impensis in funere mortuorum faciendis. N.59.

97. 135. De creditoribus, qui morientibus debitoribus imminent. N.60.c.1.

136. Vt magistratus C.P. ciuitatis causas certas audiant, & sententiam dicant. N.60.c.2.

98. 137. De iure propter nuptias donationum. N.61.

138. De consultationibus. N.62.c.1.

139. De ordine Senatorum. N.62.c.2.

140. De prospectu maris. N.63.

141. De hortulanis C.P. ciuitatis. N.64.

142. De rebus immobilibus ad ecclesiam pertinentibus. N.65.

143. De legibus, quas noster Imp. de ordinatione testamentorum posuit. N.66.

99. 144. De ijs, qui ecclesiam, vel oratorium ædificare voluerint. N.67.c.1.

100. 145. Si Episcopus multum tempus ab ecclesia sua defuerit. N.67.c.2.

101. 146. De alienatione rerũ immobilium ad ecclesias pertinentium. N.67.c.3.

147. De constitutione Imp. quæ lata est de lucro ex morte liberorum continente per pacta dotalia. N.68.

T. I-

TITVLI CAPITVM SECVNDAE partis Nouellarum.

1. 1. De iurisdictione Præsidũ prouinciarũ. N. 69. c. 1.
2. 2. De præsentibus reis. N. 69. c. 2.
3. 3. De absentibus reis. N. 69. c. 3.
4. 4. De fori præscriptione tollenda. N. 69. c. 4.
5. 5. Quibus fori præscriptio denegatur. N. 69. c. 5. (alij De fori præscriptione deneganda.)
. 6. De vi, & potestate constitutionis. N. 69. c. 6.
6. 7. Si præsentem constitutionem Præses neglexerit N 69. c. 6.
. 8. Vt Præfectoria dignitas curialem liberet. N. 70.
* *
7. 9. Qui tutores, vel curatores pupillo, vel adulescẽti dari possint. N. 72. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
. 10. De administratione tutorum, & curatorum. N. 72. c. 8. 9. 10.
8. 11. Quemadmodum depositum caute dari potest. N. 73. c. 1 (alij Quomodo depositum caute poni potest.)
9. 12. Quemadmodum sine tabellione instrumenta caute fieri possũt. N. 73. c. 2. (alij Quo modo sine tabellione instrumentum caute fiat.)
10. 13. Si litterarum fides a voce testium discrepet. N. 73. c. 3.
11. 14. De contractibus incaute compositis. N. 73. c. 4.
12. 15. Quomodo tabelliones caute debeant instrumenta componere. N. 73. c. 5.
. 16. De comparatione notarum. N. 73. c. 6.
13. 17. De comparatione litterarum. N. 73. c. 7.
14. 18. Imperiti litterarum quomodo debeant instrumenta componere. N. 73. c. 8.
15. 19. De contractib. sine scripto compositis. N. 73. c. 9.
. 20. De vi, & potestate constitutionis in loco, & quantitate. N. 73. c. 10.

. 21. De vi, & potestate constitutionis in tempore. N.73.c.10.
16. 22. Quomodo filij naturales legitimi fieri possunt. N.74.c.1.
18. 23. Quomodo filij naturales legitimi fieri non possunt. N.74.c.2.
17. 24. Qui (non) sine dotalibus instrumentis nuptias contrahere possunt. N.74.c.3.4.
19. 25. Qui sunt legitimi filij, vel naturales, vel neutrũ, id est ex damnata copulatione. N.74.c.5.
. 26. De appellationibus in Sicilia porrectis. N.75.
28. 27. De constitutione Imperatoris, quæ loquitur de substãtijs monachorum, vel ascetriarum. N.76.
29. 28. De ijs, qui per capillum dei, aut caput iurant, vel alio modo blasphemia cõtra deum immortalem vtuntur. N.77.
. 29. De iure aureorum anulorum. N.78.c.1.
30. 30. De reuerentia, & obsequio patronis a libertis præstando, & de ingratis. N.78.c.2.
31. 31. Si libertam suam patronus vxorem habere maluerit. N.78.c.3.
32. 32. si quis ex ancilla sua liberos habuerit, & dotalia instrumenta fecerit. N.78.c.3.
. 33. Ratio Constitutionis. N.78.c.4.
. 34. De potestate in tempore constitutionis. N.78.c.4.
33. 35. Si quis in ius vocare monachum, vel sanctimonialem conatus sit. N.79.c.1.
. 36. Vt hæc Constitutio ad curam magistratuum, & Episcoporum pertineat. N.79.c.2.

37. De temeratoribus huius Constitutionis. N.79. c.2.
38. Quorum hæc Constitutio interest. N.79.c.2.
39. De officio Quæstoris. N.80.c.1.2.3.4.5.6.7.8.9.
34. 40. Quomodo ius potestatis dissoluitur. N.81.c.1.
35. 41. De legitimis personis. N.81.c.2.
36. 43. Vt Episcopatus honor filiũ (a potestate patris) dissoluat. N.81.c.3. (alij ius potestatis)
44. De iudicibus. N.82.c.1.2.
37. 45. Qualiter sedere debent iudices. N.82.c.3.
38. 46. De prouocationibus. N.82.c.4.6.
39. 47. De iurisdictione iudicum. N.82.c.5.
40. 48. De sportulis. N.82.c.7.9. (alij De collatijs iudicum.)
41. 49. De definitiuis sententijs. N.82.c.10.
42. 50. De legibus iudicialibus. N.82.c.10.
43. 51. Vt arbitri per compromissum, non per sacramentum adsumantur. N.82.c.11.
44. 52. De prouocationibus, & retractationibus. N.82. c.12.
45. 53. De diuersis rescriptis, & de prouocationibus. N.82.c.13.
46. 54. De relationibus. N.82.c.14.
47. 55. Si quis clericum in ius vocare maluerit tam in pecuniaria, quam in criminali causa. N.83.
56. De successionibus, quæ ab intestatis fratribus deferuntur. N.84.
57. De fabricensibus, & qui arma gerere possunt. N.85.c.1.2.3.4.
20. 58. Si Preses prouinciæ supplices prouinciales contempserit. N.86.c.1.
22. 59. Si cui Præses prouinciæ suspectus fuerit. N.86. c.2.

24. 60. De prouincialib. qui temere in C P. ciuitatem veniunt. N. 86. c. 2.
21. 61. Si Præses prouinciæ iniuriam fecerit. N. 86. c. 3.
25. 62. De officio Taxeotarum. N. 86. c. 4.
26. 63. Si Episcopus gratia Præsidis supplices contempserit. N. 86. c. 5.
23. 64. De officio Defensorũ, & Episcopali audientia. N. 86. c. 6.
27. 65. De Episcopis, & clericis ad C P. ciuitatem peruenientibus. N. 86. c. 7.
66. Vt nemo vltra sportularum modum statutum exigere audeat. & de officio Præsidis, & Episcopi. N. 86. c. 8.
67. De diuersis donationibus a curialibus faciẽdis. N. 87.
68. De rebus depositis, & de ijs, qui denuntiant, vt deposita non reddantur. N. 88. c. 1.
69. De ijs, qui denuntiant, vt ciuiles annonæ, vel pensiones non soluantur. N. 88. c. 1.
70. De liberis naturalibus. N. 89. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.
71. De testibus. N. 90. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
72. Vt dos prioris vxoris præferatur doti secundæ vxoris, siue ipsa, siue liberis eius agentibus. N. 91. c. 1.
48. 73. Si per maritum steterit, quo minus dos ei promissa præstetur. N. 91. c. 2.
49. 74. De immodicis, & inofficiosis donationibus. N. 92.
75. Si appellatione introducta compromissarium arbitrum litigatores elegerint. N. 93.
50. 76. Si mater filiorum suorum tutelam suscipere maluerit. N. 94.

* *

51. 77. De in ius vocando. N. 96.
52. 78. De exæquatione dotis, & propter nuptias donationis. N. 97. c. 1.
53. 79. Quando licet mulieri dotem suam augere. N. 97. c. 2.
54. 80. De priuilegio dotis. N. 97. c. 3.
81. De priuilegijs creditorum, qui militiæ causa marito mutuauerunt. N. 97. c. 4.
55. 82. Vt eadem quantitas dotis in secundis nuptijs a patre seruetur. N. 97. c. 5.
56. 83. De collatione dotis. N. 97. c. 6.
57. 84. Vt proprietas dotis, vel ante nuptias donationis mortua alterutra persona filijs communib. conseruetur. N. 98. c. 1.
85. Vt repudio, vel bona gratia soluto matrimonio, id, quod ab alterutra persona lucrata est, filio suo conseruet; & de alendis liberis a parentibus suis. N. 98. c. 2.
58. 86. De duobus reis promittendi. N. 99. (alij De reis promittendi.)
59. 87. De dote cauta, & non numerata. N. 100. (alij De dote cauta, vel adscripta, & nō numerata.)
* *
60. 88. De voluntate parentum in distributione patrimonij facienda. N. 107. c. 1. 2.
61. 89. De fideicommissarijs hereditatibus. N. 108.
* *
62. 90. De præscriptione centum annorum sublata, quæ sanctis ecclesijs, vel alijs locis venerabilib. (competit.) N. 111. (alij competebat.)
61. 91. De litigiosis. N. 112. c. 1.
62. 92. De interlocutionibus iudicum, per quas accusati rei conueniri iubentur. & de satisdationibus eorum, & decima parte litis. N. 112. c. 2.

63. 93. Si admonito reo actor iudicium deseruerit. N.112.c.3.
64. 94. De pragmaticis sanctionibus,& diuersis iussionibus iudicum:& de officio iudicis.N.113.
* *
65. 95. De ijs, qui post renuntiationem aduersariorũ habere se dicunt allegationes.N.115.c.2.
66. 96. Quæ sunt iustæ causæ exheredationis liberorum. N.115.c.3.
97. De inofficioso testamento.N.115.c.3.
67. 98. Quæ sunt iustæ causæ parentũ exheredationis, siue præteritionis.N.115.c.4.
68. 99. Vt non liceat creditori debitore suo mortuo ante nouem luctuosos dies aliquem molestare propter hoc,quod defunctus debeat.N.115.c.5.
69. 100. De pecunia constituta.N.115.c.6.
* *
70. 101. Si quis filium familias heredem instituerit, vt pater ipsius (fructum) hereditatis non habeat. & de donationibus, & de alijs liberalitatibus eodem modo in filiumfamilias factis, & de curatoribus rerum.N.117.c.1. (alij vsumfructum.)
71. 102. De eo,qui filius ab aliquo in instrumento nominatus est. N.117.c.2.
72. 103. De muliere, quæ sine dotalibus instrumentis maritata est.&de filijs ex tali matrimonio natis N.117.c.3.
73. 104.De nuptijs Illustrium hominum.N.117.c.4.
74. 105.De liberis ex eo matrimonio natis,quod repudio solutũ est;quemadmodũ alantur. N.117.c.5.
* *
75. 106.De repudijs ab vxore mittendis.N.117.c.7
76. 107. Vt non liceat ex consensu mulieris matrimonium soluere.N.117.c.8.
* *
77.

77. 108. si mulier sine iusta causa marito suo repudiū miserit. N.117.c.11.

* *

78. 109. De hereditatibus, quę ab intestato deferuntur. N.118.c.1.

79. 110. De ascendentibus. N.118.c.2.

80. 111. De venientibus ex latere. N.118.c.3.

81. 112. De legitima tutela liberorum matris, & auiæ. N.118.c.4.

82. 113. De vi, & potestate Constitutionis in personis, & temporibus. N.118.c.4.

* *

83. 114. Qui seruos manumittere possunt vel non. N.119.c.2.

* *

84. 115. Si minor. xxv. annis restitutionem aduersus additionē hereditatis impetrare voluerit. N.119. c.6.

85. 116. De malæ fidei possessore res alienas vendente. N.119.c.7.

86. 117. De præsentis, & absentis præscriptione. N.119. c.8.

87. 118. Vt nemo cogatur in testamēto propria manu vel testium nomina heredū scribere. N.119.c.9.

* *

88. 119. Si quis familiæ suæ legauerit, vel alij personæ, & rei legatę alienationē prohibuerit. N.119.c.11.

* *

89. 120. De monasterijs non alienandis. N.120.c.3.

* *

90. 121. De cōductoribus & emphyteuticarijs. N.120. c.5.

* *

92. 122. De sacris vasis cuiuscumq. ecclesię, vel oratorij N.120.c.9.

123. Quibus pœnis subijciantur, qui præsentem Constitutionem violauerint. N. 120. c. 10.

124. De vi, & potestate constitutionis in tempore. N. 120. c. 10.

* *

97. 125. Si Episcopus ante consecrationem suam, vel postea venerabili loco res suas obtulerit. N. 123. c. 4.

* *

98. 126. De seruis, & adscripticijs, & taxeotis, & curialibus ad Episcopatũ peruenientib. N. 123. c. 6.

99. 127. De presbyteris, & diaconis, & subdiaconis iure cognationis ad tutelam, vel curationem vocatis. N. 123. c. 7.

100. 128. De clericis, vt exceptores, vel exactores non fiant. N. 123. c. 8.

101. 129. De Episcopis in iudicium testimonij causa vocatis. N. 123. c. 9.

102. 130. De Episcopis in iudiciũ non vocandis. N. 123. c. 10.

131. De Episcororum profectione. N. 123. c. 11.

103. 132. De concilijs Episcoporum per singulos annos faciendis. N. 123. c. 12.

* *

104. 133. De ijs, qui sine causa excõmunicãt. N. 123. c. 15.

134. De Episcopis sua manu cædentib. N. 123. c. 16.

* *

105. 135. Quales homines clerici fieri debẽt. N. 123. c. 18.

136. Cuius ætatis presbyter, diaconus, subdiaconus, lector, diaconissa esse debent. N. 123. c. 19.

* *

106. 137. Si seruus clericus fiat. N. 123. c. 26.

107. 138. Si adscripticius clericus fiat. N. 123. c. 27.

108. 139. De clericis electis ab ædificatoribus venerabiliũ locorum, vel heredibus eorum. N. 123. c. 28.

109. 140. De clericis ministerium dei non implentibus N.123.c.29.

110. 141. De peculio quasi castrensi clericorum, & de significatione clericatus. N.123.c.30.

111. 142. De testimonijs clericorum. N.123.c.31.

112. 143. De clericis, vel monachis, vel diaconis, vel ascetrijs conueniendis in ciuili, vel criminali causa. N.123.c.32.

113. 144. De eisdem personis pro canonica causa conueniendis. N.123.c.33.

114. 145. De rebus dubijs in concilijs Episcoporum emergentibus. N.123.c.34.

115. 146. Si clericus, vel quiuis alius contra Episcopum adire potestatem maluerit. N.123.c.35.

116. 147. Si quis contra Metropolitanum suum potestatem adire maluerit. N.123.c.36.

117. 148. De Episcopis apud iudicē vocādis. N.123.c.37.

118. 149. De administratoribus venerabilium locorum propter administrationem ad iudiciū vocatis. N.123.c.38.

119. 150. De hereditatibus eorum, qui res venerabiliū locorum gesserunt. N.123.c.39.

* *

120. 151. De apocrisiarijs. N.123.c.41.

121. 152. De Episcopis, & clericis pro ciuitate, vel ecclesia sua (consecrationem Episcopi*) peruenientibus. N.123.c.42. (forte Constantinopolim.)

122. 153. De executione religiosæ personæ. N.123.c.43.

123. 154. De sportulis religiosæ personæ. N.123.c.44.

124. 155. De ijs, qui sportulas exigunt vltra modum statutum. N.123.c.45.

125. 156. De clericis, qui mulieres in domo sua habent. N.123.c.46.

126. 157. De Episcopis, qui cum mulierib. habitāt. N.123. c.47. It 5 127.

127. 158. De diaconiſſis, quæ cum maſculis habitant, & de liberis earum. N. 123. c. 48.

128. 159. Si quis inter celebranda myſteria miniſtris iniuriam fecerit. N. 123. c. 49.

129. 160. De Ianuis laicorum. N. 123. c. 50.

130. 161. De monachis, & monaſterijs. N. 123. c. 51.

* *

93. 162. Vt iudices nulla relatione vtantur ad Principem. N. 125.

* *

163. De appellationibus. N. 126. c. 2.

164. Vt omnes iudices legibus non interdictã prouocationem intra ſtatutos dies recipere non recuſent. N. 126. c. 3.

94. 165. De ſucceſſione, quæ ab inteſtato defertur fratribus, & parentibus, & filijs fratrũ. N. 127. c. 1.

* *

95. 166. De ijs, qui ſecundas nuptias non contrahunt. N. 127. c. 3.

96. 167. Si vir, vel mulier ſine cauſa legitima matrimonium ſoluerit. N. 127. c. 4.

* *

131. 168. De quattuor ſanctis concilijs. N. 131. c. 1.

169. De ordine Patriarcharum. N. 131. c. 2.

* *

133. 170. Leges poſſeſſionum ad ſanctos locos pertinentium. N. 131. c. 5.

134. 171. De præſcriptione XL. annorum venerabilib. locis competente. N. 131. c. 6.

135. 172. De ædificatione venerabilium locorum. N. 131. c. 7.

* *

Superat hæc editio Lugdunenſem in priori parte Nouellarum titulis cap. 46. in poſteriore cap. 37.

VER-

Ab actis) Nou. 41. numeratur inter apparitores Quæstoris prouincialis. Cura eius est actis præsesse, quæ coram magistratu fiunt. In notitia dignitatum Orientis & Occidentis in officio multor. Magistratuum enumeratur Ab actis. Actuarius idem etiam dicitur, vel qui sub eo acta scribit. vide li. 12. Codicis tit. de numerarijs, & actuarijs.

Adiutores Quæstoris) Nou. 35. erant sub Quæstore vrbis Constantinopolitanæ, & militare dicebantur, nō in armata militia, sed in Scrinijs. In ea notitia dignitatum Illustris Quæstor officium non habet; sed adiutores de scrinijs, quos voluerit. vide l. comperimus. & l. hac lege. & l. certæ. C. de proxim. sacror. scrin. lib. 12.

Ad respōsum) Nou. 28. c. 1. sub Moderatore Heleno ponti milītū controuersias sedabāt. Sic alij Præsides alios habebāt eodem nomine. Alius hic est ab Apocrisiarijs, quamuis nomen Græcum non dissimile sit πρὸς ἀπόκρισιν. Erant etiam scriniarij ad respōsum, vt const. 7. de palatinis lib. 12. Cod. & in notitia dignitatum fit mentio primi cerij scrinij auri ad respōsum sub Comite sacrar. largitionum.

Adscripticius) De hoc Nou. 17. c. 9. Nou. 22. c. 6. N. 54. c. 1. N. 123. c. 27. Hic in cēsu adscribebatur certo agro, quem colere cogebatur. Vide lib. 11. Codicis tit. de agricolis & censitis, & colonis. & lib. 13. tit. 10. Cod. Theodosi. de censu, siue adscriptione.

Aga-

Agapetus) ἀγαπητὸς. N. 6. c. 6. dilectum significat. Hoc nomine diaconissæ suos appellabant familiares. Viden. Hieron. epist. 22. ad Eustochium.

Agens in rebus.) N. 86. c. 8. De agentibus in rebus, & de præpositis, & principibus agentium in reb. vidēdæ constitutiones lib. 12. Codicis. In notitia dignitatum sub Magistro officiorum fuit schola agentium in rebus. vide tit. de off. Mag. offic. lib. 1. Cod.

Agrestes.) Nou. 33. Iustinianus hoc nomine agricolas appellat. Sic Verg. 1. Georg. Ignarosque viæ mecum miseratus agrestes.

Alienatio) N. 7. c. 1. Alienationis verbum continet donationem, permutationem, & emphyteuseos perpetuum contractum.

Anachorita) ἀναχωρήτης. N. 5. c. 3. separatum significat virum religiosum, quales eremitas appellant. Hieronym. in d. epist. 22. Tria sunt in Aegypto genera monachorum cœnobitæ in cōmuni viuentes, Anachoritæ, qui soli habitāt per deserta, & ab eo, quod procul ab hominibus recesserint, nuncupātur, tertium genus neglectum &c.

Angaria) ἀγγαρεία. N. 17. c. 6. Proprie ad cursum publicum pertinebant, vt lib. 12. Codicis Iustin. & lib. 8. Cod. Theodos. tit. de cursu publico, & angarijs. transfertur ad alia onera. vide l. neminē. C. de sacros. eccl. l. vlt. in fine. D. de muneribus l. viæ. D. de veteranis.

Annona, & dona ecclesiastica loco beneficiorum.

Nou.

Nou.57.c.1.2.

Antefatus) pro præfatus, vel prædictus. Nou 5.c.8. N.7.c.3.N.22 c.9.& 28.N.39.c.2.& alibi.

Aphoplista) ἀφοπλίστης. N.8.c.6. qui priuatis hominibus arma habere non sinit. exceptis militibus, vt N.17.c.11.& N.85.c.3. Vide lib.11.Cod. tit.vt armorum vsus &c. & vid. Hesychius.

Apocha) ἀποχή. N.46.N.49.c.2. receptionis, liberationis, vel solutionis instrumentum significat. vide.Cod.de apochis pub.lib.10.

Apocrisiarius) ἀποκρισιάριος. N.6.c.2.3.N.79. c.1. N.123.c.41.54.62. A responsis dici posset, qui veluti internuntius est sanctimonialium, & aliarum personarum nonnumquam procuratorem, & negotiorum gestorem earundem, nonnumquam oratorem, vel legatum absentis Episcopi, vel Patriarchæ significat.

Apparitio) cohortem, vel officiū Præsidis, aut aliorum magistratuum significat. N.28. c.1. N.29. N.31.N.41. N.58.Dig.quod metus cau.c.vlt.

Apparitor) vnus ex ea cohorte, vel officio ab apparando vel apparendo potius magistratui dictus. N.28.c.2. N.29.N.60.c.1. De his plures tituli lib.12.Cod.

Archiepiscopus) ἀρχιεπίσκοπος. N.11.maior Metropolitano est. Sed pro eodem alijs accipitur.

Archimandrita) ἀρχιμανδρείτης. N.5.c.7.N.7. c.1.N.120.c.2.N.123.c.51. Abbatem, vel monacho-

rachorum præfectum significat. Vide constit. 52. Græcam de Episc. & cler.

Archimandritissa ἀρχιμανδρίτισσα. N. 7. c. 1. sanctimonialium præfecta, vel Abbatissa.

Arctoa loca ἀρκτῷα. N. 69. c. 2. Septentrionis loca. quod ἄρκτος vrsam significet: & cæleste signũ eo nomine appelletur; & Arctophylax Bootes.

Argyroprata ἀργυροπράτης. N. 136. argenti distractor. N. 4. c. 1. argentarius a veterib. dictus. quod argentea vasa venderet. N. 136. c. 4. & auctionib. præesset, ac nominibus faciendis. Vide Dig. & Codice de edendo.

Ascæterium ἀσκητήριον. N. 6. c. 6. N. 7. c. 5. N. 59. N. 79. c. 1. 2. N. 123. c. 43. 51. 53. 55. locus, vbi ascetriæ, siue sanctimoniales degunt. quamuis olim monasterium virorum eodem nomine diceretur.

Ascetria ἀσκήτρια. N. 123. c. 32. 43. 44. 55. 64. 65. eandem monacham, monastriam, & sanctimonialem Iulianus appellat.

Aureorum anulorum ius N. 18. c. 10. N. 78. c. 1. 4. Olim non poterant liberti aureo anulo vti sine Imperatoris licẽtia. Eratque is anulus equitum insigne, postea ingenuorum.

Basilica βασιλικὴ. N. 82. c. 3. non templum, nec regiam domum, sed locum exercendorum iudiciorum significat. Viden. Vitruuius.

Bona

Bona gratia diuortium fiebat, cum sine culpa discedebatur. vt N.22.c.2.4.17.

Brephotrophium) Βρεφοτροφεῖον. N.7. C.I. locus venerabilis, in quo infantes aluntur.

Brephotrophus) Βρεφοτρόφος. N.III. N.120. C.2. qui curam gerebat dicti loci.

Cadere loco) N.35. de casu militiæ. N.53. c.5. N.97. c.4. vacare, & vacatio vulgo dicitur.

Cænatio) N.130. c.8. pro cænaculo, hoc est cænandi loco.

Calculus) Ψῆφος. N.53 C.I. N.60. C.I. N.62. C.I. pro decreto, vel sententia.

Canonicarius) N.30. N.128. c.5.6. est qui exigit canonem, hoc est mensuram tributi. Vide Cod. de canone largitionalium titulorum lib.10. & de canone frumentario vrbis Romæ libro 11. & constitut. 9. Græcam de exactionibus tributorum.

Canonicum) a canone ecclesiastico. N 17. c. 7. In Capita successio, quæ sit N.118. c.2.

Capite censitus) N.17. c.9. Olim capite censi dicebantur ciues Romani, qui extra classes censebantur ob egestatem. Postea qui pro capite in prouincijs tributum soluebant, capite censiti dicebantur, & alienos agros colebant. Vnde etiam coloni, & adscripticij vocati sunt. Vide Cod. de agricolis, & censitis lib. XI. & in quibus causis coloni capite censiti dominum accusare possunt.

Castus.)

Castus) N.6.c.5 non solum cælebs, sed etiam is, qui habet, vel habuit vxorem castam, eamque virgo virginem duxit.

Casus liberorum) N.22.c.13.N.68.cum morte alicuius ex liberis lucrum mater, vel pater ex instrumentis dotalibus consequitur.

Casus militiæ) vide cadere loco.

Cathedraticum) καθεδρατικόν. N.123.c.5. ius cathedræ, siue sedis.

Cautela) N.2.c.4.non pro astutia, sed pro cautione.

Censualis) N.17.c.5.N 128.c.4.& 13.Census curã gerit in municipio, vt & Magister Census. erant etiam scribæ censuales, vt lib.8.Cod. Theodos. tit.de tabularijs, holographis, & censualibus scribis. Vide titulum de tabularijs, scribis, logographis,& censualibus lib.10.Codicis. & de censib. & censitoribus lib.11. In notitia dignitatum occidentis censuales numerantur in officio Præf. vrbis Romæ, de quibus Capitolinus in Gordianis.

Charta, vel Chartula) pro scriptura, vel instrumẽto. N.48. N.49.c.2.

Chartularius) a chartis siue instrumentis dictus, varijs in rebus, & scrinijs curam agebat. N. 85. c.2.&4.in scrinio fabricæ armorum. N.117.c.9. in militia. N.120.c.1.2.&4 in ecclesia. vide lib.1. tit.2.codicis constit.25.Græcam.

Cingulum) magistratus signum. N.62.c.2. Tamiacorum. N.30.

Circus)

Circus) N.117.c.6. locus est, vbi ludi circenses fiebãt a quattuor factionibus quadrigarũ. Vide N.105.

Ciuitatis Romanæ ius) N.78.c.1.& 4. olim multa poterant ciues Romani, quibus alij prohibebantur. vt sunt connubium cum ciue Romana; testamẽti facto actiue, & passiue; patria potestas; commercium, nexus, & alia id genus.

Clarissimi) N.71. Comites, & Tribuni clarissimi dicuntur, Illustribus minores.

Collatores) N.128.c.4.5.10.15. N.130.c.1.2.3.7. qui tributa conferunt. Olim socij dicebantur.

Colonus) N.17.c.9. N.34. N.80.c.1. rusticos agrorum colonos, quos nonnumquam adscripticios, & capite censitos vocant. Sed colonus nomen generis est in plures species scinditur. Olim tam in colonias missi, quam qui agros colerent, ita appellabantur. Vide lib.11. Codicis sub titulis de agricolis, & censitis, & colonis, & de capitatione ciuium censibus eximenda, & in quibus causis coloni censiti dominos accusare possunt, & de colonis Palæstinis, Thracensibus & Illyricianis, & de mancipijs, & colonis patrimonialium, & saltuensium, & emphyteuticorum fundorum, & de fugitiuis colonis, & de prædijs tamiacis, & ijs, qui ex colonis tamiacis, alijsque liberæ conditionis procreantur. & lib.5. Cod. Theodos. tit. de inquilinis, & colonis. & ne colonus inscio domino suo alienet peculium. & N.9. Valentiniani de colonis vagis, vel agnatione, & de aduenis.

Comitiacus) N.38.c.6.nonnumquam Comitianus, & Comitatensis appellatur a comitatu, de quo Nouella 1. Marciani titulo neminem exhiberi de prouincia ad comitatū. vel a comitibus Imperatoris, vel Præfecti Prætorio, aut inferioris magistratus. Sic vexillationes, & legiones Comitatenses sub Magistris Militum in notitia dignitatum orientis. de comitiaco viden. formula 13. lib.6. & 31. lib.7. variar. Cassiodori.

Commentariensis) N. 41. numeratur inter apparitores Præsidū, sæpe carceri præerat, a commētarijs, siue libellis dictus. vide C. de custod. reor. l. 4.

Comparator) N.49.c.2. qui ad litterarum comparationem adhibetur.

Concubina) N.18.c.5. mulier libera sola in domo eius, qui vxorem legitimam non habet.

Concubitor) N.18.c.5.N.89.c.12. qui cōcubinam habet.

Confirmator venditionis) N.4.c.1. fideiussor datus a venditore.

Consistoriū) N.23.c.2. vtitur hoc verbo Iustinianus pro senatu, siue pro tribunali Principis.

Constringere) N.124.c.2. in carcerem mittere, aut vinculis coërcere.

Consuetudinaria) pro consueta. N.17.c.2.

Consuetudo) pro sportulis, vel stipendijs solitis. N.123.c.5.& 23.

Consularis) N.62.c.2. alij ordinarij, alij honorarij Consulares. ordinarij, qui consulatum gesserunt: hono-

honoratij, qui honoris eius codicillos tantùm adepti sunt. Ordinarij item in ordinarios, & suffectos distinguntur. namque ij, qui Kalendis Ianuarijs Consulatum inibant, ordinarij dicebantur, propter ordinem fastorum Consularium: Ceteri suffecti. Consularis Exconsule etiã dictus est posteriori sæculo. N. 81. c. 1.

Consultatio) N. 23. c. 2. N. 62. c. 1. cum Princeps senatum cõuocabat, a consulendo dicta. distingui videtur a Iuliano in conuentum, & silentium. Idem videtur dixisse Iustinianus consistorium. N. 23. c. 2. vide lib. 7. codicis tit. de app. & consult.

Continentia) pro alimentis. N. 65.

Conuentus) pro senatu. N. 62. c. 1. Olim Prætores Prouinciales habere cõuentus dicebantur, cum de totius prouinciæ causis cognoscerent.

Creditor) N. 4. c. 2. qui mutuam dedit alicui pecuniam, & qui aliquam contra aliquem actionem habet.

Curia) N. 38. c. 1. 2. 4. N. 45. c. 1. N. 70. decurionum, siue curialium senatus. Hinc curiæ tradere. N. 6. c. 7. N. 123. c. 21. & 46. pro decurionem, vel curialem efficere. Vide Nouellam vlt. Theodosij de bonis decurionum, & de naturalibus filijs eorum in curiam mittendis, heredibusq. scribendis.

Curialis) N. 6. c. 1. 4. 7. N. 18. c. 2. N. 38. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. N. 45. c. 1. 2. N. 70. N. 87. N. 89. N. 101. N. 123. c. 1. 6. 22. N. 128. c. 5. 8. Olim decuriones dicebantur in colonijs, qui locum senatorũ tenebãt,

quibus Duúmuiri præerant; vt Romæ duo Consules senatui. Cicero 2. in Rullũ de lege Agraria. vide l. pupillus. D. de verb. sign. Is senatus curia dicebatur; & ordo decurionum, qui postea curialium. Ex colonijs ad municipia, atque alia loca nomẽ extensum est. Hi initio donati priuilegijs, postea oneribus grauati sunt.

Cursus publicus) N. 28. c. 1. cum publica pecunia licebat equis dispositis, & veluculis homines, aut res quaslibet mittere. Olim diplomate vti, & angarijs dictum est. Vide lib. 12. Cod. Iustin. & lib. 8. C. Theodos. de cursu publico.

κωνήγιον θεάτρου) theatri venatio. N. 105. distinguitur hæc a venatione ferarum, de qua lib. 11. Cod. Iustin. & lib. 15. C. Theod. tit. de venatione ferarum. illa enim in amphitheatro fiebat, hæc in theatro: illa ferarum, hæc ciconum fuit. Dicitur rectius κωνηγία καὶ κωνηγέσιον.

Decani) N. 59. qui lectuli defuncti ministerium faciunt, dum ad sepulchrum defertur. Vide l. non plures. C. de sacros eccl.

Decanica N. 79. c. 2. ecclesiæ carcer, ab eodem forte decanorum ministerio dictus.

Decreta facere) pro electionem facere. N. 123. cap. 1.

Delegatores) N. 128. c. 1. N. 130. c. 1. 5. 6. mittuntur ab exercitu, vt annonæ militibus præbeantur, a delegationis munere appellati.

De nominatores) N. 128. c. 16. pro ijs, qui nominarunt. & nominatores. N. e. c. 6.

Depo-

Depositor) N. 73. c. 1. qui deposuit.

Destinare) pro designare. N. 3. cap. 2. pro statuere. N. 53. c. 4.

Destitutor) N. 57. c. 1. qui destituit ecclesiam, & non residet.

Diaconissa) Διακονίσσα. N. 3. C. 1. N. 6. c. 6. In baptismo feminarum, & in alijs ecclesiasticis ministerijs, vt Clemens testatur lib. 2. c. 30. & lib. 3. c. 15. & 16. & lib. 8. c. 34. Apostolicar. cōstitutionum, ne viri inter mulieres versarentur, adhibebantur diaconissæ; quæ etiam Episcopo suggerebant necessitates viduarum, vel pupillarum.

Διαιτηταὶ) Diætetæ. N. 82. c. 1. iudices delegati, & nonnumquam arbitri ita appellantur. Videndus Hesychius.

Diaria) redditus. N. 123. c. 23.

Diasosta) Διασωστὴς. N. 130. C. 1. 6. 7. nomen militaris ministri, a conseruando dictum.

Egentia) pro inopia. N. 4. c. 1.

Elogium) pro testamento. N. 22. c. 19.

Emphanistica) ἐμφανιστικὰ. N. 56. insinuationis cautela data.

Emponemata) ἐμπονήματα. N. 7. C. 3. N. 64. N. 120. c. 5. quæ meliora effecta sunt in prædijs, vulgo meliorationes appellant.

Eremodicia) ἐρημοδικία. N. 69. C. 3. deserta ab altera partium iudicia sunt.

Ergasteria) ἐργαστήρια. N. 17. cap. 10. N. 59. tabernæ opifi-

opificum, siue officinæ.

Exarmare) N.134.c.18. aut manus vtriusq. abscisio nem facere, vt armis vti nequeat; aut articulorũ dissolutionem facere, & forte exartuare scribendum est. ἐξαρμόζειν Græce dicitur, consonantia dissoluere, inde fortasse deductum est.

Exceptio) N.123.c.8. ab excipiendis tributis dicta.

Exceptor) exactor tributorum. N.15.c.3. N.82.c.7. N.123.c.8. transfertur ad alias actiones.

Ex consule) pro Consulari. N.81.c.1. vt ex Prætore, ex quæstore, ex præfecto pro Prætorio, Quæstorio, & Præfectorio. hoc est qui Consul, Prætor, Quæstor, aut Præfectus fuit.

Expelleuta) ἐξπελεύτης. N.128.c.6. ab expellẽdo forte dictus duræ cõdicionis exactor. aliquibus placet Expileutam dicere ab expiládo. ἐξπελεύσης. constit. 9. Græca de exactionibus tributor.

Fabrica) pro officina armorum. N.85. c.1. In notitia dignitatum sub magistris officiorum sunt plures fabricæ huiusmodi.

Fabricenses) N.85.c.1.2. qui arma faciũt. vide lib.11. Cod. Iustin. & lib.10. Cod. Theod. titulum de fabricensibus, & Cassidiorum lib.7. formula 18. & 19. variar.

Falcidia) pro legitima portione filiorum. N.5.c.5. N.18.c.1.2.3. N.39.c.1. N.66.

Fœderati) genus militũ. N.117.c.9. non a fœderatis populis, sed a fœdere, quo ab alijs distinguebantur. vide epit.12. const. Græce de hæretic.

Fures qui dicantur. N.134.c.19.

Genearchica) γενεαρχικὰ Edict. 3. gentilicia prædia, quæ agnatos, vel familiam sequebantur.

Gerontocomium) γηροντοκομεῖον. N. 7. C. 1. locus venerabilis, in quo senes pauperes aluntur.

Gestus) pro actu, & gestione magistratus. N. 70. N. 81. C. 1.

Hæreticus) αἱρετικὸς. N. 109. N. 115. C. 3. qui catholicis non communicat.

Harenarius) N. 115. C. 3. qui in harena pugnare solet publice in amphitheatris.

Hegumenus) ἡγούμενος. N. 79. C. 1. N. 120. C. 2. N. 123. C. 52. 53. Abbas, vel præfectus monachorum.

Hesychiasta) ἡσυχιαστὴς. N. 5. C. 3. quietum monachum significat ab alijs separatũ, vt anachorita, & eremita.

Honorarius) N. 62. C. 2. N. 70. qui non gerit magistratum, sed eius honore decoratur codicillis ab Imp. impetratis. Codicillorum formulam refert Cassiodorus lib. 6. form. 10. variar. Hi etiam vacantes appellantur, quamuis aliqua sit inter eos differentia. vide Consularis.

Idiota) ἰδιώτης. N. 82. C. 3. pro iudice singulari.

Imperialis vrbs) pro Constantinopoli. N. 53. C. 2. 4. N. 60. C. 1. & 2. Regia. N. 63.

Ingratus filius quis dicatur. N. 22. C. 13. 21. N. 115.

Instrutum) N. 128. C. 8. aliud est instructum fundum legare, aliud fundum cum instrumẽto. Vide Dig. de instructo, & instrumento legato.

Inteſtatus quis dicatur. N.22.c.1.

Intimare) pro inſinuare. N.52.c.2. N.66.

Iudex) differt a magiſtratu, vt iudicare, & ius dicere, vt in iure, & in iudicio. Erat enim iudex ſæpe priuata perſona. N.23.c.5. Iuſtiniani. Iulianus. N.53. c.4. N.60.c.2. Magiſtratus publica perſona ius dicit in iure, iudex iudicat in iudicio, nonnumquam his verbis abutimur.

Lampadarius) N.41. inter apparitores numeratur, a lampade ferenda. Eius mentio eſt in notitia dignitatum.

Leſtodiocta) λῃσοδιώκτης. N.128.c.20. N.134.c.1. Latrunculator. N.8.c.6. Latronum perſecutor.

Libellenſes) N.20. ex Scrinio libellorũ, ab eis dicti, quibus præerat Magiſter libellorum, qui cognitiones, & preces tractat, vt in notitia dignitatum ſcriptum eſt.

Liberorum appellatione omnes deſcendentes complectimur. N.91.c.1.

Liberorum ius) N.78.c.4. Aduerſus orbitatis pœnas ius liberorum impetrari ſolebat a Principe. Trium vero liberorum ius nõ ſolum dictas pœnas tollebat, ſed etiam præmia conferebat.

Liberi vnius portio) N.22.c.14. pro vnius ex liberis portione. Raro id nomen ſingulari numero reperitur. quamuis dicamus ius trium liberorum, non ius ternorum liberorum; & tres liberi non terni. N.22.c.13. N.117.c.4.

Limitanenſes) N.41. milites limitum, quos etiam limita-

mitaneos appellabant. Vide lib.11.Cod.tit. de fundis limitrophis,& limitaneis.

Litigiosa res quæ dicatur. N.122.c.1.

Loci seruator) τοποτηρητὴς. N.128.c.18.19.N.134. c.1.3. vicarius dicitur. N.8.c.2. N.15.c.2. N.17. c.6. N.28.c.2.legatus,nuntius,procurator nonnumquam,quod loco alterius sit.

Logographus) λογογράφος. N.128.c.13.qui rationes scribit.vide Cod.de tabularijs, scribis, logographis, & censualibus lib.10. & lib.11.C.Theodos.tit.4. ne collatio per logographos celebretur. Rationales appellat notitia dignitatum sub comite sacrarum largitionum occidentis.

Logotheta) λογοθετὴς. N.128.c.17. qui rationes cõficit,vel accipit. Idem discussor dicitur const. 4.Græcade discussoribus.

Magisterianus) N.124.c 2.Magistri militum minister.Vide constit.7.Græcam de executoribus,& exactoribus.

Mappa) N.105.ludos circẽses significat,quod mappa signũ quadrigis daretur. Viden. Cassiodorus lib.3.epist.51.variarum.

Matricula) N.85.c.2.pro indice, vel notitia.

Matricularij) N.13.ex matriculis scriniorum, vel apparitorum.

Mediastinus) N.89.c.1.pro mediocri.Olim seruum significabat vilem.

Mensa) N.49.c.2. Præfecti Prætorij tabularium.

Militia) N.35. N.53 c.5. N.97.c.4. Militia armata

differt a militia Palatina, siue scriniorum; illius erant milites caligati, huius togati; illius casus, siue finis missio, mors, expletio temporis; huius mors, venditio, priuatio. vide cadere, & schola placitum.

Mœchus) μοιχὸς. N.134.c.15.17. pro adultero.

Monacha) μοναχὴ. pro sanctimoniali. N.76. N.133. c.43.54.57.62.65.

Monastria) μονάστρια. pro eadem. N.123.c.32.64.

μονημέριον) monemerium. N.105. venatio ferarum in harena vno tantum die. Videndus Leon Philosophus lib.1.cap.1.epigram. Græcor.

μονοκοντία) monocontia. N.85.cap.3. iaculi genus

Municipium) N.17.c.10. pro quocunque oppido. ab eo municipales pro oppidanis. Olim a colonijs, & sociorum, ac fœderatorum oppidis distinguebantur: quod municipia cum ciuitate Romana aliquibus muneribus conuenirent.

Murilegula) N.38.c.6. a murice legendo, vt purpura fieret. vide lib.xi. Cod. Iustin. & lib.10. Cod. Theodos. tit. de murilegulis. & gynæciarijs. & de vestibus holobaris, & auratis, & de tinctione sacri muricis.

Natalib. restituere) N.18.c.10. N.74.c.1. N.78.c.1. & 4. legitimare hodie vocant. iura legitimi ex rescripto largiri.

Nemo nihil neque lucretur) pro nemo quidquam aut lucretur. N.123.c.57. Græca figura dictū est.

Nominatores) pro ijs, qui nominarunt. N.128.c.6. & de

& de nominatores. N.c.cap.16. Vide Dig. de fide iussoribus, & nominatoribus, & Cod. de periculo nominatorum. lib. 11.

Nosocomium) νοσοκομεῖον. N.7.c.1. N.120. c.1.2. locus venerabilis, in quo ægroti pauperes curantur. Vtitur hoc verbo Hieronym. in epist. 30. ad Occanum.

Nosocomus) νοσοκόμος. N.120.c.2. N.123.c. 24. & 38. qui ei loco præst.

Notitia) γνῶσις. pro indice. N.41. quidam matriculam, alij tabulam vocant.

Noui muri) N.59. locus vrbis Constantinopolitanæ. Vide lib.1.tit.2. Codicis constit. Græcam 18.

Obseruent) pro obseruiant. N.123.c.29.

Officialis) ex officio Præsidis, vel aliorum magistratuum. Nou.6.c.1. 4.7. N.7.c.1. N.80.c.6.9. N.128.c.8.16. vide taxeota.

Officium) pro apparitoribus. N.5.c.6. N.6.c.7.

Optiones) genus militum, vt accensorũ. N.139.c.5.

Ordinarij) N.62.c.2. vide Consularis.

Orphanotrophium) ὀρφανοτροφεῖον. N.7.c.1. N. 111. N.120.c.1.2. locus venerabilis, in quo pupilli nutriuntur.

Orphanotrophus) ὀρφανοτρόφος. N.120.c.1.2. qui illius loci curam gerit.

Orthodoxus quis dicatur. N.115.c.3.

πάγκαρπον) pancarpon. N.105. inter spectacula, quæ Consul exhibebat, numeratur. a Festo Pan-

carpiæ

carpiæ coronæ dicuntur ex vario genere florum factæ. Sed καρπὸς Græcis fructus significat; & cum hoc venatióni cõiungatur monemerij, credendũ est arbores vario genere fructuũ, licet alieno tempore, grauidas in harena collocatas fuisse.

Palatinorum schola) N.117.c.11. sub Comite rerum priuatarum Imperatori ministrat. Eorum mẽtio est in notitia dignitatũ in officio eiusdẽ Comitis.

παραμήρια parameria genus gladij. N.85.c.3.

παραπομπικὰ) parapompica. N.128.c.9. quæ ob transmissionem petebantur.

παρασημειώσεως naturaliter, non cognitionaliter dicitur. N.82.c.5. N.86.c.2. de plano, sine causæ cognitione, sine scripto.

Parœcicum ius) παροίκικον. pro iure coloniæ, vel iure incolæ. N.120.cap.1. Vide lib.1.tit.2. Cod. constit.24. Græcam.

Patriciatus) N.81.cap.1. Patricij dignitas Iustiniani tempore maxima. N.62.c.2. Viden. Cassiodorus lib.6. formula 2. variarum.

Pistrinarij) N.80.c.3. qui pistrinis præsunt.

Plenaria, pro plena securitate. N.128.c.3.

πόρναι) pornæ. N.105. spectaculum meretricũ scenicarum saltantium in theatro. Vide scenicus.

Præfectianus) a Præfecto Prætorij missus. N.86. c.8. N.124.c.2. N.128.c.17. Vide lib.12.tit.10. Cod. Theod. ne præfectianus exactoris, vel curiosi horreorum custodis fungatur officio.

Præfectoria dignitas quæ fuerit. N.70.

Præfecti Prætorio qui fuerint. N.70.

Primates) πρῶτοι, pro administratoribus. N. 54. c. 2. Primates monasteriorum pro Abbatib. vel Præfectis. N. 5. c. 7. qui etiam Primi appellantur. N. c. 9. Primates ciuitatis pro maioribus & dignioribus ciuibus. N. 15. c. 1. N. 17. c. 10. Primates mechanicorum, & architectorum pro peritioribus, & antiquioribus. N. 7. c. 3.

Proastium) προάστειον. N. 7. c. 3. & 5. N. 117. c. 13. N. 120. c. 1. N. 131. c. 8. suburbanum prædium. N. 64.

Proceres) Iustinianus appellat senatores, N. 23. c. 2. & Iulianus N. 82. c. 4.

Processio) quasi progressio a procedendo in publicũ N. 105. dictum de Consule. & de Imp. const. 1. de sent. passis. vnde hodie processiones Episcopi, & cleri in litanijs.

Promeatores) pro præcursoribus. N. 130. c. 6.

Prosapia) progeniem significat Iustiniano. N. 23. c. 5.

Protocollũ) πρωτόκολλον. N. 44. c. 2. chartæ genus erat, nõ vt vulgo creditur exemplar, siue matrix.

Proximi) μέλλοντες. N. 35. In singulis scrinijs erant proximi, de quibus in titulo de proximis sacrorum scriniorum lib. 12. In notitia dignitatum quidam primi scrinij appellantur, alij primicerij, & secundicerij, sic erant proximi appellati: hos sequebantur mello proximi. Erant autem scrinia memoriæ, epistularum, libellorum, & dispositionum, siue cognitionum.

Psal-

Psallere) ψάλλειν. N.59. pro canere.

Prochica res.) πτωχικὴ. N.7.c.4. pauperũ res, hoc est alicuius loci, vbi pauperes, vel ægri educẽtur, aut curentur.

Prochium) πτωχεῖον. N.54.c.2. N.111. N.120.c.2. locus pauperibus dicatus.

Ptochotrophium) πτωχοτροφεῖον. N.7.c.1. N. 120.c.1. Idem locus, vbi pauperes educantur.

Ptochotrophus) πτωχοτρόφος. N.120.c.2. N. 123.c.24.38. N.131.c.11. qui eidem loco præerat.

Publicum) δημόσιον. pro fisco. Nou.1.c.1.2. N.30. N.46. N.89.c.5.& 6.

Pulsari) pro conueniri. N.69.c.1.

Punitas) pro punitione. N.8.c.1.

Quæsitor) pro Quæstore. N.80.

Quæstor quis, & quotuplex. N.41.

Quantos) pro quot. N.117.c.9. N.120.c.1.

Recaura) pro apochis. N.128.c.3. N.130.c.1.3.5.7. Vtitur eo verbo D. Augustinus in libro de cura pro mortuis, vt Alciatus in parergis notat.

Regia vrbs) Constantinopolis. N.63. imperialis. N. 53.c.2.4. N.60.c.12.

Relatio quæ sit. N.115.c.1.

Reliquare) N.128.c.16. reliqua declarare subductis rationibus.

Restitutio) pro fideicommisso. N.39.c.1.

Retractatio) pro iterata actione. N.82.c.12. N.113. N.115.c.1. Vide const.19. Græcam de erogatione milit. annonæ.

Sacra) pro iussionibus Imperatoris. N.134.c.11.

Samarita) σαμαρίτης. N.129. pro Samaritano.

Sanctimonialis) N.5.c.9. N.7.c.1. N.59. N.79.c.1.2. N.80.c.1. monacha, monastria, ascerria eadem appellatur. Vide lib.9.tit.25.C.Theod.de raptu. vel matrimonio sanctimonialium virginum, vel viduarum.

Scena) σκηνὴ. N.51. pars theatri, in quam actores fabulæ prodibant.

Scenici) σκηνικοὶ. N.123.c.1.65. qui in scenam prodibant; sæpe viri, & mulieres impudicæ erant. Vide.lib.15.Cod.Theod.tit.7.de scenicis.

Schola) σχολὴ. N.82.c.7. N.117.c.9.&.11. collegium quoddam militum, vel ministrorum fuit. vt in notitia dignitatum orientis sub Magistro officiorũ erant scholæ octo Scutariorum prima, Scutariorum secunda, Gentilium seniorum, Scutariorum sagittariorum, Scutariorum clibanariorum, Armaturarum iuniorum, Gentilium iuniorum, & Schola Agentium in rebus. Sub Magistro officiorum occidentis scholæ sex. tres Scutariorum, quarta armaturarũ seniorũ, quinta gentilium seniorũ, sexta Agentium in rebus. Erat etiam schola notariorũ, de qua adiutorem habebat Primicerius notariorum. Sic aliæ scholæ fuerunt. vide lib.12.Cod.tit.de priuilegijs scholarũ.

Scholares) milites dictarum scholarum. N.82.c.7. N.117.c.9.

Schola placitum) N.53.c.5. pro pecunia soluenda ob casum militiæ. vide l.vlt.C.d pign.

Scholasticus) σχολαστικὸς. N. 80. c. 1. pro scholari dictarum scholarum.

Scrinia) N. 49. c. 2. publicum scrinium appellat mensam Præfecti Prætorij. In notitia dignitatum sub Magistro Officiorum tam orientis, quam occidentis quattuor scrinia referuntur, Memoriæ, Epistularum, Libellorum, & dispositionũ. Vide lib. 12. Cod. tit. de præpositis, siue de proximis sacrorum scriniorum, ceteriſq. qui in sacris scrinijs militant. & tit. de Palatinis sacrar. largitionũ constit. 7.

Scriniarij) N. 30. N. 41. qui in dictis scrinijs militant, siue ministrant. vide d. const. 7.

Silentiarij) N. 53. c. 5. à silentio in palatio indicendo, vel ab eo silentio, quod senatũ significat. N. 62. c. 1. vide Cod. lib. 12. de silentiarijs. & decurionib. eorum. & Procop. lib. 2. belli Persici, & lib. 4. de ædificijs Iustiniani.

Sólatium) παραμυθία. pro stipẽdio, vel honorario. N. 123. c. 23. N. 128. c. 6. N. 130. c. 1. N. 131. c. 4.

Statio) στάσις pro tabellionis loco, in quo scribit. N. 44. c. 1.

Stercolinium) pro sterquilinio. N. 64.

Instirpes succeſſio quæ sit, N. 118. c. 1.

Stola monachica) στολὴ μοναχικὴ. N. 5. c. 2. pro religiosa veste monachorum. N. 5. c. 6.

Subsistere) ὑποστῆναι. N. 8. c. 5. N. 85. c. 4. N. 117. c. 4. N. 123. c. 65. pro sustinere.

Sum-

Summarij) N.64. prò peritis æstimatoribus.

Sycorum transitus) N.59. locus vrbis Constantinopolitanæ. In descriptione eiusd. vrbis C P. regio tertia decima dicitur ſycæna, quæ ſinu maris anguſto diuiſa, ſocietatē vrbis nauigijs frequentibus promeretur. tota lateri mōris affixa præter vnius plateæ tractum. Vide lib. 1. tit. 2. Codicis conſtit. 18. Græcam.

Syndici) multitudinis procuratores. N. 80. c. 1.

Tableiare) ταβλίζειν. N. 123. c. 13. pro tabula luſioria ludere.

Tamiacus) ταμειακὸς. N. 30. N. 38. c. 6. ταμεῖον eſt ærarium vel fiſcus, inde res fiſci tamiacæ appellantur. Vide lib. 11. Cod. tit. de prædijs tamiacis, & ijs, qui ex colonis tamiacis, alijſque liberæ condicionis procreantur.

Tantos, quātos) ὅσους τόσους. N. 117. c. 9. N. 120. c. 1. pro tot, quot.

Taxeota) ταξεώτης. pro cohortali, ſiue officiali, hoc eſt qui ex apparitoribus eſt alicuius magiſtratus. N. 123. c. 1. 6. 22. 63. Vide lib. 12. Cod. tit. de cohortalibus.

Taxeoticus) ταξεωτικὸς. N. 123. c. 1. hoc eſt officialis: N. 6. c. 7.

Tertia centeſimæ) pro vſura triente, quæ poſt 300. menſes æquat ſortem. N. 2. c. 4. N. 22. c. 28.

Theatralis arca) N. 63. vnde ſumptus theatri fiebāt.

θεάτρου κωμήγιον) N. 105. de venatione theatri dictum

dictum est supra in littera C.

Titulus) pro rubrica. N. 22. c. 31.

Totus) pro omni. N. 33.

Tracteuta) πρακτεύτης. N. 128. c. 1. 22. 23. N. 130. c. 3. 5. exigebat tributa, & annonas militares, a tractando, vel trahēdo quasi tractores. vide Cod. lib. 12. tit. de tractorijs, & statiuis.

Tractus) N. 23. c. 4. Iustinianus appellat orientalem tractum, Iulianus regionem.

Translationes) N. 17. c. 5. cum tributa transferuntur in alios debitores.

Transmarinus locus) N. 59. Constantinopoli erant domus, & prædia trans mare, inde cadauera sepelienda in vrbem afferebantur.

Vicarius) vide Loci seruator.

Vicus) N. 52. c. 1. Vicorum alij intra vrbes, & oppida, alij extra ea loca fuerūt, quos pagos aliqui appellarunt. vide lib. 11. tit. 24. Cod. Theod. de patrocinijs vicorum.

Vindex) Nou. 128. c. 5. 8. N. 134. c. 4 6. exactionem tributorum curabat. alijs quoque muneribus vacabat.

Viocolyta) βιοκωλύτης. N. 8. C. 6. dicitur is esse, qui violentias prohibet. vide N. 128. c. 20. N. 134. c. 1.

Vrbicaria Præfectura) pro vrbis Præfectura. N. 62. cap. 2.

Xenodochium) ξενοδοχεῖον. N. 7. C. 1. N. 69. C. 5. N. 111. N. 120. c. 1. & 2. locus venerabilis, in quo peregri

peregrini pauperes recipiũtur. Vtitur hoc verbo Hieronym. in epist. 26. ad Pammachium, & 30. ad Oceanum.

Xenodochus) ξενοδόχος. N. 120. c. 2. N. 123. c. 24. & 38. N. 131. c. 11. qui ei loco præest.

Xenon) ξενών. Nou. III. N. 120. c. 2. N. 131. c. 11. idem locus significatur.

Zabæ) Nou. 85. c. 3. armorum genus idem fortasse, quod lorica, quam hodiea zacum Itali appellant.

Zibynni) N. 85. c. 3. iaculi species, quam etiam Zebenem, & Zebynem dixerunt. Festus Sibinam appellat Illyricorum telum venabuli instar, Ennio teste. Illyrici restant sicis, sibinisq. fodentes.

ILERDAE.

Petrus Roburius 1567.

ANT. AVGVSTINI EPISCOPI. ILERDENSIS CONSTITVTIONVM Graecarum Codicis Iustiniani Imp. collectio, et interpretatio.

IVLIANI. ANTECESSORIS. CONSTANTINOPOLITANI Nouellarum eiusd. Imp. epitome. additis Latinis quibusdam Nouellis Constitutionibus eiusdem.

Cum Paratitlis, siue Scholijs.

Petrus Roburius. 1567.
ILERDAE.

EA RERVM est humanarum condicio; vt nihil perfecti, nedum efficere, sed ne cogitare quidem possimus. Quod ipsum ad illa caelestia nobis, ac perpetua bona suspiciendi causa non leuis esse debet; vt tandem aliquando conquiescere ab hac semper aliquid noui desiderandi, et expetendi cupiditate liceat. Quantum auxilij iuris prudentiae attulerit Iustinianus; cum ex infinitis propemodum iuris consultorum, et imperatorum voluminibus in tres solos libros ius ciuile redegit Digestorum, et Constitutionum, atque Institutionum: nemo est, qui nesciat. At multis postea editis constitutionibus tum iterum constitutionum Codicem conscribendum curauit, tum etiam Nouellarum multitudinem, quibus to-

tius iuris mutatio naſcitur. Secuta ſunt ea tempora, quae neq. in Graecia, vbi Imperij ſedes diutius fuit; neque in occidente, quod a varijs Regulis, atque nationibus vexatum eſt, iuris ciuilis diſciplinam conſeruauerint. Iterum Leo Sapiens dictus, Conſtantinopolitanus Imperator ius in artem redigere cogitauit. Omnia enim Iuſtiniani, et interpretum volumina in ſexaginta libros Baſilicorum coëgit. Addidit Prochirum, ſiue Iſagogen, vt inſtitutionum loco eſſet ſtudioſis. Sed et is, et alij Imperatores Nouellis conſtitutionibus permultis editis ab eo dem iure mirum in modum diſceſſe runt. Varij quoque interpretes Baſilicorum manus attulerunt eidem operi. Fuit enim, qui indicem ordine litterarum confecerit; vt facilius

ſingua

singula inueniret. alij epitomes, et prochira, vt appellant, conscripserunt. In quibus libris, etsi non nihil vtilitatis habemus; attamen vix dici potest, quam multa desideremus. Ipsum quidem certe Leonis opus ob horum breuiores conscriptiones, quod permultis alijs libris accidit, amisimus. Extant tamen aliquot libri Basilicorum, ex quibus tamquam ex vnguibus, vt dici solet, Leonem cognoscimus. Sed plane leonem, hoc est rationis expertem feram, et quae magis casu, atque impetu in ea, quae sunt subiecta sensibus, feratur; quam vt cogitatione differat, ac ratiocinetur. Quae tamen a me non ea de causa dicuntur; vt inutiles eos libros esse contendam: perutiles enim esse arbitror, vt Graeca praesertim cum Latinis

Nestorij disciplinā sequi, ac propter gratiam dicere Christum esse filiū dei, alterumq. deum verbū, alterum Christum esse. Quos oēs execramur, eorumq. decreta, itē eos, qui cum ipsis aut cōsenserint, aut cōsentiāt tamquā alienos a sancta dei, catholica, & Apostolicā ecclesia. Omnes enim sacerdotes sanctæ, catholicæ, atq. Apostolicæ ecclesiæ, & religiosissimi piorū monasteriorum Archimandritæ sanctor. patrum traditionē sequentes, quiq. nihil omnino immutarūt, aut immutāt ex recepto hactenus ecclesiastico statu, vt antea dictū est, vno ore confitentur, & non sine gloria prædicāt D N. nostrū Iesum Christum vnigenitū filium dei, deumq. nostrū ante sęcula, & sine tempore ex patre natū esse, & in vltimis dieb. descendisse de cælis, incarnatum esse de spiritu sancto, & sancta, gloriosa, semper virgine, deigenitrice Maria homine factū esse, crucicq. suffixum, & vnum esse ex sācta, & cōsubstātiali trinitate. Consubstātiale enim esse nouimus patri secundum diuinitatē, & cōsubstantiale nobis eundē ipsum secundum humanitatē, passibile carne, eundē impassibile diuinitate. Vt enim est in diuinitate perfectus, ita idē ipse in humanitate perfectus est. Nāq. eius cum diuina persona vnitatē susscipimus, & cōfitemur. Cum igitur vnigenitus filius, & verbū dei ante sęcula, & sine tēpore ex patre natus, ipse etiā in vltimis dieb. descēdit de cælis, & incarnatus est de spiritu sancto, & sancta, gloriosa, deiq. genitrice Maria, & homo factus est: hic nempe est

dominus noster Iesus Christus, qui proprie, & vere deus est. Quamobrem sanctam quoque gloriosam, semperq. virginē Mariam proprie, & vere matrem dei essē dicimus; non vt dei verbi initium ex ea cœperit, sed in vltimis diebus descendens de cælis ex ea incarnatus, & natus, & homo factus est. Confitemur hunc, vt antea dictum est, consubstantialem esse patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis eundem humanitate, eiusq. miracula, & afflictiones, quas carne sponte sua sustinuit, adgnoscimus. HAEC igitur sunt, quæ illo sacro nostro edicto dicentes hæreticos redarguebamus. Cui quidem edicto omnes, qui hic tunc reperti sunt, sanctiss. Episcopi, & religiosiss. Archimandritæ vna cum tua Sanctitate subscripserunt, sequentes per omnia quattuor sanctas synodos, & quæ in eis cōstituta sunt, hoc est Nicææ CCCXVIII. huius Regiæ vrbis CL. patrum, item Ephesinæ prioris, & Chalcedonensis. ostensumque omnibus est nos cunctis ex sancta, catholica, & Apostolica ecclesia Christianis fidem habētibus traditam fidei definitionem, hoc est sacrosanctam symboli doctrinam roborare, atque obseruare. Symboli inquam, quod a CCCXVIII. sanctis patribus editū est, quodque CL. patres in hac Regia vrbe declarādo illustrarūt. non vt aliquid in eo deesset, sed quoniam nonnulli veritatis hostes cœperāt sancti spiritus diuinitatē spernere; alij ex sancta, semper virgine, dei

dei genitrice Maria veram fuisse incarnationem verbi dei negabant: qua de causa scriptis testimonijs eam symboli doctrinam dicti C L. sancti patres declarãdo illustrarunt. Idem quoque symbolum ceteræ omnes sacræ synodi, hoc est prior Ephesina, & Chalcedonensis eandẽ fidem secutæ receperunt, & custodierunt. Sanctam, glorioſam, semperque virginem Mariam θεοτόκον (hoc est dei genitricem) prædicarunt, atque eos, qui non ita esse confiterentur, anathemate damnarunt. Eodem quoque pacto damnarunt eos, qui aliud symbolum, aliamue doctrinam tradidissent, contra quã a CCCXVIII. sanctis patribus editũ est; declaratũ, & illustratũ a C L. sanctis patribus in hac Regia vrbe. Sed & Ephesina prior impium Nestorium, eiusque opiniones destruxit, atq. anathemate damnauit; item eos, qui cum eisdem sensissent, atque sentirent. Sancta vero Chalcedonensis synodus profligauit, atque expulit ex sacris dei ecclesijs, damnauitque anathemate impium virum Eutychetem, eiusque disciplinam, & qui sentire, aut consentire cum eo ausi vnquam fuissent, aut essent; omnesque hæreticos, eorumque opiniones, & cum eis consentientes anathemate damnauit. Similiter Nestorium execrata est, eiusque disciplinam, & qui sentire, aut cõsentire cum eo ausi vnquam fuissent, aut essent. Eadem quoque Chalcedonensis synodus epistulam Procli magni viri ad Armenios cõscriptam, vt oporteat

DN. nostrum Iesum Christum filium dei, deũq. nostrum, dicere vnum esse ex sancta trinitate secundum propriam relationem; probauit, & confirmauit. Nam si prædictas quattuor synodos, aut quæ ab eis constituta, sunt transgrediamur; licentiam daremus ab illis eiectis hæreticis, & eorum opinionibus, suam calamitatem rursus in sacris dei ecclesijs ostendere, quod nunquam eueniet: quãdo hæreticos, & eor. opiniones illę quattuor synodi suis decretis expulerunt. Quod si quis de earum aliqua quinquam dubitet; manifesto apparebit eum illa sapere, quæ ab eis eiecta, atque damnata sunt. Nemo igitur nos frustra perturbet, inani spe confidens nos aduersus illas sanctas quattuor synodos aliquando feciſſe, aut esse facturos, aut ab aliquo fieri passuros, aut auferri permissuros sacrã ipsarum synodor. memoriã in ecclesijs ex his, quæ diptycha appellãtur. Omnes enim ab ipsis synodis depositos, atq. damnatos, & eiectorum opiniones, & eos, qui cum eis consenserunt, atq. consentiunt, execramur. Quamobrẽ gratuletur nobis; & nostræ Reipub. Beatitudo tua, omnesq. nostrę intentionis atq. propositi, & erga sinceram religionem studij faciat certiores. DAT. VII. KAL. APR. CP. DN. IVSTINIA. PP. A. III. * COS.

VIII. *Inter claras*

TIT. II. DE SACROSANCTIS ECCLESIIS.

Epitome, siue interpretatio XV. *Constitutionis Græcæ, cuius initium est* SI QVIS NOSOCOMIVM *Leonis, aut Zenonis Imperatoris.*

SI QVIS rem mobilem, aut immobilem, aut se mouẽtem, aut ius aliquod in honorem martyris, prophetæ, aut angeli donauerit; quasi ei oratoriam domum ædificaturus sit; ac donationem insinuauerit, apud quos insinuenda est: cogetur opus, quamuis inchoatum non sit, perficere ipse, eiusq. heredes, & perfectæ domui tradere, quæ donata sunt. Idem in xenodochijs, nosocomijs, & prochijs est. Liceatq. Episcopis, & œconomis aduersus eos agere. Opere autem perfecto administratio ex voluntate eorũ, quib. donatum est, iuxta præscripta ab initio facienda est.

Alio pacto ex Paratitlis quibusdam.

Si quis nosocomium, aut prochium, aut xenodochium donationis causa ædificari promiserit: id perficere cogetur prouidentia Episcopi, & œconomi eius vrbis.

XVI. DECERNIMVS. *Zenonis Imp.*

Epitome XVII. *Constitutionis Anastasij Imp. (de qua Nouella* VII. *scriptum est) Eius initium est* SANCIMVS.

Priuilegia

PRiuilegia magnæ ecclesiæ vrbis Constantinopolitanæ, & piorum locorũ, qui ab eadem gubernantur, & disponuntur, obseruentur. Aliæ ecclesiæ, monasteria, ptochia, xenodochia, & orphanotrophia eiusdem vrbis, ac territorij, item quæ sub eiusdem Archiepiscopi administratione sunt. * Ab eo ordinati Metropolitani, & qui ab eis creantur, immobilem rem, aut ciuilem annonam nõ alienent, nisi vtilis venditionis causa, aut hypothecæ, aut permutationis, aut perpetuæ emphyteuseos; hoc est cum pretium venditæ rei, aut sub hypotheca creditæ, profuturum sit ad debiti solutionem, quod succesisone, aut alia necessaria causa venerabilis domus contraxerat. Item si alia res magis necessaria restituenda esset, aut ædes, sacra esset restauranda. At vero cum permutatio fiet; cũ magis necessaria re fiat; & quæ nõ minores fructus, quam data res efficiat. Si vero emphyteuseos sit, non minor sit reditus, nisi omnino res esset sterilis. In his enim, quæ propter sterilitatem damnosa sunt, vel donatio locum habere potest. Sed quod factum est, non aliter valet, quam si aliqua ex dictis causis ostensa fuerit apud acta Byzantij apud Magistrũ census, in prouincijs apud Defensores propositis sacris scripturis, & cum de ecclesijs agitur, præsentibus oeconomis & clericis, qui illic habitant; cum de monasterijs; adesse oportet præpositos, alioq; monachos; cum de ptochijs, coram administratore, & ministris, atque pauperibus

peribus cũ ad xenonibus;corã administratore,& ministris omnib. qui sub eius administratione sunt. Eodẽ pacto de orphano trophijs fiet. Ac valeat,quod plurib. visum erit,cõsentiente etiã eius regionis Episcopo,in qua id fieri consueuit. Neq. possint Magister census,& Defensor ciuitatis se excusare, ne indemnem eam venerabilem domũ efficiant,ac vindicent. Subicientur enim propter negligentiam pœnæ x x.librar.auri. (Et postea.) Instrumenta fiant, quibus illarum causar. mentio fiat;& quo pacto acta gesta sint;nomina quoque eorum,qui præsentes fuerũt,addãtur;&apud quem hæc omnia acta,gestaq. sint. Si quid autem eorum fuerit prætermissum; & creditor, & emptor rem,debitum, ac pretium perdent: quique permutationis causa acceperit;& quod dedit, & quod accepit, amittet:qui vero in emphyteusim, dum vixerit,acceperit,aut donationis, aut cessionis prohibitæ causa;quod cepit, restituet, & tantam quantitatem,quanti æstimatur,quod datum est. Locum vero habent, quæ dicta sunt, in ijs, quæ ecclesiastica futura sunt, & in præteritis sacris locis. Sed si sint res mobiles, præter sacra vasa;quæ satis sint ad illas vrgentes alienandi causas:cessat immobilium rerum,& panum ciuilium alienatio,atq. hypotheca.

Alio pacto ex Paratitlis.

Hæc constitutio disponit de alienatione, permutatione, hypotheca,emphyteusi,& donatione

ne rerum, quæ pertinent ad sacras ecclesias, martyrum basilicas, monasteria, xenodochia, ptochia, & orphanotrophia C P. & qui ab eadē sede Episcopi ordinantur, quique a Metropolitanis eius vrbis, aut regionis Pontificale sacerdotiū reci piunt. Legenda itaq. tota est, quę perfecte disserit, quando, quo pacto, qua ex causa, quibus testationibus, quo modo, & apud quos alienationes, & emphyteusis rerum ad illa loca pertinentium fiant. Cognosces enim ex eadem, de quib. reb. loquatur. Neq. te lateat in emphyteusi hæc valere oportere; item in rebus, quæ ad magnam Constantinopolitanam ecclesiam pertinēt, valere ea, quæ sanxit in alijs locis, quæ antea dicta sunt. Excipit autem ab ea sanctione constitutio sacra anathemata, siue donaria: quib. verbis significat mobilia anathemata vocari.

Epitome XVIII. *Constit. cuius initium est* MAGNA. *eiusdem Anastasij, (de qua Nouella* XLIII. *&* LIX.

Hæc constitutio decernit reditus magnę Constātinopolitanę ecclesiæ auri librarum LXX. vt funera gratis C P. fiant vsq. ad nouos muros, & Blachernas. nam Sycæ quoq. pars vrbis est. Aduersus contemptores pœnā L. librar. auri definit.

Ex paratitlis alio pacto.

Magna ecclesia Constantinopolitana propter sepeliendos gratis defunctos LXX. libras auri ex principis

principis liberalitate susceptit.

XIX. ILLVD QVOD.

Epitome x x. *Constitutionis Iustiniani. Imp.*

NEQVE per sacras formas, neq. per Præsidū iussiones licet militares annonas in pias domos, aut clericos transferre.

XXI. SANCIMVS NEMINI.

XXII. SANCIMVS RES.

XXIII. VT INTER DIVINVM.

Epitome XXIIII. *(de qua Nouella* VII.*)*

CONSTANTINOPOLITANA ecclesia ceterarum omnium caput est. Iuris colonarij causa facta traditio in rebus ecclesiasticis infirma est; vt pote quæ legib. est incognita. Si magistratus Constãtinopolitanus, qui in actu sit, per se, vel interpositã personam a magna ecclesia rem immobilem ceperit: quidquid actum erit, infirmum sit, & rem, eiusq. æstimationem ecclesiæ restituet. Idem de œconomo dicendũ est. Si vero alio quouis pacto induxerit, aut per vim ecclesiasticam rem susceperit; res gesta inutilis sit, ac quæ nomine ecclesiæ data erunt, restituantur eidem; & prꝛter ea pœnæ x x. libtar. aurt ipse, & qui rem dedit, & qui accepit, vt contractum fieri curaret, subiaceant. quodque datum est, cum altero tanto restituatur. quæ omnia ad ecclesiam

deferentur. Immobilis rei ecclesiasticæ conductio x x. annos non excedat. Locupletib. tantum personis licet in emphyteusim dare res ecclesiasticas; vt species eadem rerum, aspectusq. reddatur. Excedi autem non oportet ab emphyteutæ persona, & duorum deinceps heredum. neq. plus sexta integri canonis parte traditionis tempore releuari. Si vero res postea læsa sit, ab accipiente resarciatur. Si tamẽ negligens œconomus fuerit, aut minus idoneis hominib. rem in emphyteusim dederit, damnum ipse præstabit.

Epitome x x v. *constitutionis.*

CHARTVLARII magnæ ecclesiæ ne per interpositam quidem personam accipere possunt rem immobilem eiusdem ecclesię conductionis, aut emphyteuseos gratia, aut qua alia ratione. Chartularij libello confecto cum Patriarchæ, & œconomi subscriptione fiunt. Si quis eorum quicquam surripere aut alienare deprehendatur, alioue pacto damnosus esse: licet Patriarchę, & œconomis eicere eum ex numero chartulariorum. Fiunt autem ad scrinium Orientis Chartularij x v. ad Asianæ x v i. ad Ponti x v. ad Domesticorum x v. ad Thraciæ v i i i. ad Anthiochi v i. ad Calopodij v i. ad expensarum x. ad legatorum i x. Accipiunt vero ex consuetudine de emphyteuticis contractib. quinquagesimam, de

deconductionib.& reliquis centesimam. Si vero supra illum numerum Chartularius fieri: eiciatur, & præster ecclesiæ libras xv. & qui eum fecerit, libras xx. Cum magna inquisitione œconomi rationes reddent ex sententia Patriarchæ, sumptus facti ab emphyteutis, & conductoribus, ac dispensatoribus, singuliq. œconomi inquirent in ea administratione, ac regione, in qua vnusquisq. est. Reliquar. vero curam gerent ex iussione cõscripta Patriarchæ, qui rationibus subscribet se eas agnouisse. Sine hac obseruatione rationibus redditis, de suo œconomi damna præstabunt. Sumptuum autem in rationem latorum, & rerũ illatarum capient centesimas Chartularij. Qui plus ceperit, ministerio Chartalarij, & sacerdotali dignitate statim cader. Debent œconomi singulis mensib. aut minimum intra duos menses rationes reddere arcarijs: sin minus periclitabũtur.

XXVI. IDEM IMP. A. *Iuliano Præf. Præf.*

CVM IN multis testamentis eas inueniamus institutiones, per quas aut ex asse scripsit quis heredẽ D N. nostrum Iesum Christum non adiecta sacra æde; aut ipsum D N. nostrũ Iesum Christum ex semisse, aut ex inæquali parte, alium vero quemcumq. ex semisse, vel ex alia parte instituit: Iam enim in permulta testamenta incidi-

mus in eam rationem facta: ac magnam incertitudinem ex veteribus legib. in ea re extitisse cernamus; id nos corrigentes sancimus; vt si quidem D N. nostrum Iesum Christum scripserit quis heredem siue ex asse, siue pro parte: eam omnino videatur ecclesiam instituisse, quæ in ea vrbe, vico, vel agro est, in quo testator erat, atque religiosi eiusdem ecclesiæ œconomi totam hereditatem petent, aut partem, si ex parte Christus heres institutus est. Idem obtinebit, si legatum, vel fidei commissum fuerit relictum. ea autem omnia deferentur ecclesijs, vt in pauperum educationem distribuantur. Si vero sancti archangeli alicuius, aut martyris venerãdi mentio facta sit, neque domus expressa; quod quidem nouimus a quodam viro dispositum, qui inter insignes eloquentia, & legum peritia habebatur: & siquidem est in illa vrbe, aut in eius territorio orationis domus illius Archangeli, aut Martyris honori dedicata, ipsa videatur hæres scriptã. Si vero nulla est in ea vrbe, aut in eius territorio, tunc venerabili domui, quæ in Metropolitana vrbe sit, si modo in ea eiusmodi inueniatur; hereditas, legatum, aut fideicommissum relictum fuisse videatur. Sin autem ne illic quidẽ inueniatur: sanctissimæ eiusdẽ loci ecclesiæ relicta recipiant. His enim sanctissimis ecclesijs reliqua omnia pia loca iure cesserint, nisi aperte testator aliud nomen cogitauerit, aliudq. dixerit. Quod nos scimus nuper in testamento

testamento in Ponto facto contigisse; quo casu voluimus veritatem ei, quod scriptum esset, præferri. Itaque si testator certum locum non expressérit; & eiusdē nominis in vrbe, aut in territorio eius oratoria multa inueniantur. Siquidem eorum aliquod crebro testator frequentauerat, atq. erga id propensior fuerat: illi videatur legatum esse relictum. Si vero nihil huiusmodi reperiatur; quod indigentius est ex his, quæ eiusdem nominis sunt, quodq. magis ope aliena egere cognoscatur, ei legatum, aut hereditas relicta videatur.

DAT. XIII. KAL. NOV. CP. LAMP. V.C. COS.

TIT. III. DE EPISCOPIS ET CLERICIS.

XXIX. IDEM IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. *Zenoni Mag. Mil.*

QVI in monasterijs versantur, non habeant potestatem exeundi de monasterijs, & Antiochiæ, aut in alijs vrbibus degendi, exceptis solis Apocrisiarijs, quib. licentiam præstamus, si velint, propter necessaria tantum negotia vrbem ingredi. Hi vero ipsi, qui ingrediuntur, cauebunt, ne de religione, ac suis decretis differant, aut alicui consultationi præsint tumultum commouendo, simplicioresq. plebis animos deprauēt. scientes si negligant, quæ a nostra pietate im-

perãtur, aſperitati noſtrar. legum fore ſubiectos DAT. KAL. IVN. CP. Leone A. & Probiano COSS.

XXX. SI QVEMQVAM.
XXXI. ORPHANO TROPHOS.
XXXII. OMNES QVI VBIQ.
XXXIII. SACROSANCTAE.
XXXIV. OMNIA.

Epitome XXXV. *eorundem* AA.

VNAQVAEQ. vrbs ſuum Epiſcopum habeat. & quamuis per Principis reſcriptum audeat aliquis auferre vrbem a ſuo Epiſcopo, aut territorij partem, aut ius aliud; nudatus ijs, quæ habebat, infamia notetur. Excipitur Tomenſiũ vrbs in Scythia. eius enim Epiſcopus cererarum quoq. curã gerit. Item Leontopolis in Iſauria ſub Epiſcopo Iſauropoleos eſt.

XXXVI. IVBEMVS.
XXXVII. SERVIS.

Epitome XXXVIII. *Leonis, Zenonis, vel Anaſtaſij.*

QVI a monaſterijs diſcedunt, non recipient, quæ ipſi mobilia attulerunt, cuiuſcumque æſtimationis ſint. quamuis geſta monumentor.

de

de eis nulla extent. In donationib. vero immobilium rerum oportet legitima iura seruari; neq. enim tollitur euictio donatario. Non oportet Episcopos aut clericos cogere alios ad fructus offerendos, aut ad angarias præstandas, aut alio pacto eos vexare, aut suspendere, aut anathemate damnare, aut eis non communicare, ac propter hanc causam eos non baptizare, quãuis consuetudo huiusmodi sit. Qui vero hæc transgressus fuerit, excidat ab ecclesia, & ab eius administratione, ac præstet libras decem. Quæ solum in hac Regia vrbe, & in eius territorio, ité in locis, quæ ad Metropolitanos a Patriarcha ordinatos pertinent, aut ad Episcopos, qui ab eis creantur.

Epitome xxxix. constitutionis.

MOnasteria sub Episcopis suar. regionũ censentur, & de eorum Præfectis Episcopi cognoscent, Præfecti de monachis. Duorum vero monasteriorum nullus Præfectus curam geret.

XL. REPETITA.

XLI. IMP. IVSTINIANVS A. Atarbio Præf. Prat.

CVRAM semper gerẽtes sanctissimar. ecclesiar. in honorem, gloriamq. sanctę, immaculatæ,

latæ, atque consubstantialis trinitatis, per quam nos ipsos, nostráque Remp. seruari credimus; ac sequentes sanctor. Apostolorum disciplinam, vt irreprehensibiles creari oporteat Antistites, qui vt suis præsertim precib. beneuolentiam clementis dei publicis rebus assequantur, constituti sunt: Hac lege sancimus, vt quotiens in aliqua ciuitate Antistitis sedem vacare contigerit, comitia fiant ab ijs, qui in illa vrbe habitant; ac tres personæ eligantur, quæ rectæ fidei; & vitæ venerandæ, atq. aliarum bonarum rerum testimonium habeant; vt ex his vtilior ceteris potissimum in Episcopum ordinetur. Nam si sancti, & glorioſi Apostoli, qui sacerdotium a Christo domino', deoq. nostro susceperũt, qui omnibus bonis terras impleuerunt; quique eius doctrinam cunctis hominib. tradiderunt; ne vitę quidem suæ in hoc mundo pro salute nostra pepercerunt: an iniquum erit ecclesiarum Antistites, qui in eorum locum substituuntur; atque ordinantur; omnia labe purashabere mẽtes? omnemque pecuniarũ vim pro nihilo ducere, ac totam vitam in deum ipsum clementiſs. dirigere? Oportet itaque tales Pontifices eligere, atque creare; quibus neque filij, neque nepotes sint. Fieri enim nequit, vt qui curis humanis impediatur, eis præsertim, quas liberi patentib. afferunt; omne studium, & cogitationem erga diuina ministeria, & res ecclesiasticas habeat. Nam cum sint nonnulli, qui propter spem,

quam

quam in deum habent; vt saluti suar. animarum consulant, ad ecclesias se conferunt, ac bona, quę ad ipsos pertinent, offerunt ecclesijs, atque relinquunt; vt in pauperes, egentesq. aut in alias pias causas consumantur: minime decet ea Episcopos in suum lucrum conferre, aut in liberos suos, atq. cognatos expendere. Oportet enim episcopum carnali liberorum affectione non impeditum, omnium fidelium Christianorum esse spiritalem patrem. Quamobrem prohibemus, vt qui filios, aut nepotes habeat; creetur Episcopus. Qui vero nunc sunt Episcopi, aut etiam qui futuri sunt, sancimus nullo pacto potestatem habere testandi, aut donandi, aut alia quacumq. ratione quicquam suarum facultatum alienandi, quod postquam Episcopi facti sunt, obtinuerūt; & siue testamento, siue donatione, siue alio quocumq. modo cōsecuti sunt; præterquam ea sola, quæ ante Episcopatum ex qualicumq. causa habuerunt, aut post Episcopatum a parentibus, & patruis, & auunculis, & fratrib. ad ipsos peruenerūt, aut peruenerint. Omnia vero ea, quę post Episcopatū ex quacumq. causa vt diximus, præterquam ab illis personis, ad ipsos peruenerint; ad ecclesiam, quam gubernabāt, peruenire iubemus; & vt ab eadem vindicentur, neq. alius quisquam possit, ex ea re lucrum sibi elicere. Quis enim dubitet eos, qui suas facultates illis reliquissent, aut relinquūt; aut alio quoquo pacto trāsmiserint, aut transmittūt; non respexisse ad eandem

ipsam sedem? atq. credentes non solum quæ ipsi reliquerant, pie consumpturos, sed etiam suas facultates adiecturos, id fecisse? Ex hac vero nostra generali lege tantum excipimus omnes res, quas sanctiss. Epiphanius Archiepiscopus huius felicis vrbis, ac Patriarcha in hunc vsq. diem habet. Namq. in futuris ipsius rebus locum habeant, quę a nobis disposita sunt; & vt ad magnam ecclesiam ea deferantur, sancimus. At vero œconomi post mortem Episcoporum rationes conficiãt eorum, quę ab ipsis relicta sunt, & quę ad ecclesiam pertinent, & quę ipsi ecclesię ex hac nostra constitutione debebuntur. Ipsos vero œconomos cum inquisitione fieri volumus. sciantq. se singulis annis rationem reddere oportere suę administrationis Episcopo. atq. omnia, in quibus appareat ecclesiasticas res lęsisse, aut ex eis lucrum fecisse ecclesiasticis rebus restituant. Ac siquidem superstites huiusmodi rationes reddiderint: quę suprascripta sunt, fiant. Si vero ante decesserint, quam rationes reddite sint; tum eorum heredes obligentur, & conueniantur, vt restituãt omnia, quę defunctos debere appareat. Oportere etiam existimauimus de ijs, qui administrationẽ susceperunt, aut suscepturi sunt xenonum, nosocomiorum, ptochior. orphanotrophior. & brephotrophiorum constituere. Etenim ipsis omnẽ licentiam adimimus acquisita ab eis postea, quam administrationem susceperunt, siue ex testamẽto,

siue

siue alio quocumq; modo, ac ratione, in alias personas transferre; nisi ea, quę ante administrationē habuerunt, aut postea a parentibus, patruis, auunculis, & fratribus ad ipsos peruenerunt. Omnia vero, quę ad illa pia loca pertinent, aut ad eorum pręfectos, postquam administrationem susceperunt, perueniunt, aut peruenient: ad easdem pias domos pertineāt; ac pie in eos, qui illic sunt, aut curantur, impendi iubemus. Constat enim eum, qui reliquit, aut donauit scripto, aut sine scriptis xenodocho, nosocomo, ptochotropho; aut orphanotropho ea de causa dare se, vt ab eo pie distribuatur; quippe qui multas pietatis exercendę occasiones habeat propter eos, quorū curā gerit. Neq. iustum est id, quod ob eos, qui sub eo sunt, accepit, non in eis, atq. pro eis consumi: sed in suam personā conuerti, suumq. lucrū timore dei contēpto efficere. Quis enim eū, qui talē administrationē habeat, non iudicaret, ea ipsum de causa suscepisse; vt non solum, quæ sibi aliunde prouenirent, sed etiiam quæ sua habebat, in ea consumeret? Iam vero illud etiam iubemus, vt quæ post necessarios sumptus ab his personis factos erga eos, qui sub eis sunt; & post curam, ac diligentiam erga res, & domos adhibitam; si quid superesse contigerit, id in emptionem reditus impendatur. Ea enim nobis vltima cura est; vt ad incrementum, accessionemq. rerum, quæ ad pias causas deferuntur, respiciamus. namque ita qui

pro

pro suæ animæ salute quicquam agere voleat, augebit id promptius, si quæ ab eo præstabūtur, pie distribuenda esse crediderit. Si vero contigerit quemquam eorum administratione functū esse, quam habuerat, sancimus hunc, qui in locū eius constitutus est, cum dei timore exigere rationem oportere totius administrationis, vt in hac nostra sacra constitutione continetur. scituro eodē, qui constitutus est, se ea de causa domino deo nostro rationem redditurum. Præterea sancimus, vt secundum ea, quæ sacris regulis sunt definita, neq. Episcopus, neq. Chorepiscopus, neq. periodeutes, neq. presbyter, neq. alius cuiuscumq. dignitatis clericus pecunijs datis creetur. Sed neq. œconomus, defensor ecclesię, xenodochus, nosocomus, ptochotrophus, orphanotrophus, aut brephotrophus, aut qui ptochio præest, si quicquam dederit, fiat. Sed arbitrio, atq. inquisitione eorū locorū Episcopi præponantur. Si quis autem reperiatur ob electionē, aut administrationē aliquid aut dedisse, aut accepisse. siue Episcopus: siue clericus fuerit; tā eū, qui dedit, quā qui accepit, a sacerdotio, & a clero eici iubemus, præter D N. dei nostri damnationem, cui sunt obnoxij. Si uero quisquam per suffragiū, fiat; ac reperiatur, qui factus est, aliquid dedisse; a clero eū repelli iubemus Sed si œconomus sit, aut ecclesiæ defensor, aut Chorepiscopus, aut periodeutes, aut xenodochus, aut nosocomus, aut ptochotrophus, aut orphanotrophus

phanotrophus, aut qui ptochio præest, & quicquam largiantur, vt ad se hæc cura perueniat: hos quóq. expelli ab administratione iubemus. Item sancimus; vt omnes clerici, qui in ecclesia sint, canant nocturnas, matutinas, & vespertinas preces; neq. solũ sumptus ex ecclesiasticis rebus faciẽdo clericos se esse ostendãt; nomẽ quidẽ clericorum tenẽtes, clericor. vero officiũ in sacris ministerijs negligenter exercendo. Turpe enim est alios pro eis cõscriptos canere, cũ ipsis onus incumbat. Nã si pleriq. laici, vt animar. saluti cõsulant, in ecclesijs assidentes studiosos se cantus psalmorũ ostẽdunt: cur non indecorũ erit clericos ob eam causam ordinatos nõ explere suum institutũ? Quamobrẽ omnib. modis clericos canere iubemus; atq. inquiri eos a suis Episcopis, & a duobus primis presbyteris singular. ecclesiarũ, itẽ ab Archonte, siue Exarcho, vt vocãt, & a Defensore vniuscuiusque sacrosanctæ ecclesiæ; atq. eos, qui inueniantur nõ sine reprehẽsione ministerij seruientes, extra clerũ constituant. Etenim qui instituerũt, siue ædificauerunt ecclesias; pro sua salute, & totius Reipub. eis facultates reliquerunt, ex quib. sacra ministeria fieri oporteret: qua in re venerabiles clerici ecclesiarum ministri domino, deoque nostro seruirent. Licentiam autem prẽstamus cuicumque personæ, quæ quicquam cognoscat ex his rebus negligi, vt id renuntiet, atq. indicet. Hæc vero a nobis sancita ad finem perducese, & opere explere cum dei beniuolentia iubemus.

Caueant autem, qui hæc transgredi ausi fuerint, tum a domino, deoq. nostro iudicij æterni periculum; tum etiam pœnas in hac constitutione impositas. DAT. KAL. MAR. CP. DN. IVSTINIANO PP. A. II. COS.

XLII. IDEM IMP. *Epiphanio Archiepiscopo Constantinopolitano, & Patriarchæ.*

SEMPER nos omni prouidentia curam ecclesiarum gerimus; per quas & imperium nostrum sustineri; & publicas res per clementiã dei, ac gratiam munirí credidimus. Sed & cum & nostram, & ceterorũ omniũ animas saluas fieri conemur; & ea de causa per omnia curam geramus, vt neq. quę vtilia sint ecclesijs, in quacumq. vrbe sint, aliquo pacto minuantur; neq. sacra ministeria, quæ in eis fiunt, propter Antistitum absentiam aut impediantur, aut non vt oporter, curentur. Sed neq. ecclesiasticar. rerum sumptus recte fiunt ab eis, qui in via, & hic in ascendentes Antistites, & clericos, & famulos, qui eos sequuntur, sumptus faciunt. Vsque eo, vt sæpe æs alienũ contrahant; quod onus in ipsas ecclesias recidit, præter neglectam ecclesiasticar. rer. administrationem competentem, dum absunt Antistites. His itaq. sacris litteris ad tuam Beatitudinem vtendũ esse existimauimus, per quas nuntiaremus, vt prę-

diceres

diceres omnibus Episcopis in metropolitanis vrbibus vniuscuiusq. prouinciæ, quæ sub te constituta est: nõ oportere quemquam eorum, neq. ceterorum Episcoporum, qui in alijs prouinciarum vrbibus sunt, quæ a Metropolitanis ordinantur, spõte suâ sine sacra nostra speciali iussione relinquere ecclesiam, quæ ab ipso gubernatur, & in hãc felicẽ vrbẽ ascẽdere; emergat licet quæcunq. causa; sed mittere oportere ad nos vnum, duosue viros pios e clero, qui sub eo est; nostramq. pietatem facere certiorem eorum, quæ ei sunt necessaria; aut ipsis nuntijs recta ad nos venientibus, aut per interpositionem tuæ Beatitudinis, vt ita honestum, ac breue a nobis auxilium consequantur. Namq. si quid eorum, quæ ad nos referentur, eiusmodi nobis esse videatur, vt egeat ipsor. Antistitum præsentia: tunc eos adesse iubebimus: sine ea vero sacra iussione neminem venire patimur. Sciat autem is, qui hæc transgreditur, atq. recte, & sancte inductam a nobis in sanctissimarum ecclesiarum honorẽ obseruantiam præterit; non paruæ se indignationis periculum subiturum. Eritq. etiam ab ecclesia separãdus, si Metropolitanus erit, a tua Beatitudine; si vero eius vrbis Episcopus, quæ sub Mettopolitano est, ab eodem Metropolitano. Etenim pecuniariam pœnam constituere aduersus trãsgressores huius nostræ sacræ dispositionis, non oportere existimauimus; ne inde in ipsas sacrosanctas ecclesias dã-

natio recidat, quarū res omni deminutione liberas manere curamus. Hæc itaq. in singulorum Episcopor. notitiam, qui sub te Metropolitani ordinati sunt, Sanctitas tua perducere studeat; ac responsa ab vnoquoq. eorum missa de his, quæ ipsi & ceteri aliarum vrbium Episcopi cognouerunt; ad nostram pietatem deferantur. DAT. X. KAL. MAR. CP. DN. IVSTINIANO PP. A. II. COS.

XLIII. IDEM. IMP. Menæ Præf. Præt.

HONESTATI sanctiss. ecclesiarum, & piorum monasterior. consulentes prohibemus his, qui in monasterijs degunt, cum sancti monialib. mulieribus conuersari; aut occasionē præbere, vt societas vlla victus cum eis sit. Neq. enim iniusta suspicio ex eo emanabit: vt semper, aut cum velint, inhoneste cum eis congrediantur. Sed ita separati sint, vt nullum, commercium inter se quacumq. de causa habeant; neque aliqua occasio ab his, aut illis inueniatur, vt vita communis inter ipsos sit. Soli vero per se viri in suis monasterijs degāt, a monasterijs mulierum seiuncti, neque vlla de causa eis proximi. Solæ quoq. mulieres, non cum viris; vt omnis omnino inhonestæ vitæ suspicio tollatur. Sed siquidem maior virorum numerus fuerit: prouidentia Episcoporum,

qui

qui in singulis vrbib. sunt, mulieres in alium decentem locũ transferri oportet, atq. eis monasterium, in quo possint per se deinceps honeste viuere, dari. Si vero plures mulieres esse reperiãtur, aut pari numero cum viris: tunc viri quidẽ transferantur, mulieres in monasterio maneant. Res autẽ monasterij mobiles, immobiles, aut semouẽtes inter eos, qui exeũt, & remanentes pro portione diuidãtur. Ad negotia tamẽ necessaria mulierũ separatarum, senex aliquis ab Episcopo designetur. Itẽ ad diuina ministeria peragenda, & ad sacram communionem ipsis præstandam, vnus presbyter, vnusq. diaconus honestæ vitæ attribuantur. Hi hæc solum agere debent, non etiam cũ eisdem viuere, & habitare. Si hæc igitur ita seruẽtur, & eis felix erit vita, qui solitariam vitam elegerunt; & nostræ Reip. res certiori clementiss. dei auxilio firmabuntur. Hæc sunt itaque, quæ in publicis rebus nunc quoq. recte se habere existimaueramus. desideramus tamen, vt ne paruum esse videatur auxilium, quod eis adicitur ex hac sacra nostra constitutione. Oportet autem diligenti custodia vti, vt nullomodo hæc transgrediantur; quod non alio pacto fiet, quã si singularum vrbium Episcopi inuestigent accurate monachorum, qui in monasterijs sub eisdem constitutis degunt, conuersationem. ac si quid senserint huiusmodi vitij, modis omnibus sublato eo, quod fieri cœperat; pœnis eos subiciant,

qui post nostram prohibitionem quicquam tentauerint. Cogantur vero pure conuersari, & seorsum a muliebri communicatione. Etenim si ipsi Episcopi curam adhibuerint, vt hæc omnia recte disponantur: certum est cõseruata ea honesta conuersatione monachorum, si nihil indecorum, aut inhonestum emanabit: deus quoq. clementiss. publicas res nostræ Reip. benigne peraget. Sed vt ne ipsi quidem Episcopi hoc nostrum mandatum inutile arbitrentur: scire eos volumus, quod si quis eorum appareat nõ cum omni diligẽtia hæc inquirere; & manifestum crimen non illis modis punire: obnoxius quidem erit D N. dei nostri iudicio; sed & aduersariam habebit nostram Imperialem indignationem; & de ipso sacerdotio periclitabitur; neque enim maiori coércitione egebit. Tua itaq. excellentia hanc nostram promulgationem manifestam faciat singularum prouinciarum religiosiss. Episcopis, atq. clariss. Præsidibus adiciens ipsos quoq. si opus sit, omne auxilium præstare debere ciuitatum Episcopis: vt ea prohibeantur, quæ de medio tolli iussimus. Ac si qua negligentia vti eos animaduerterint, eius nos per suas relationes faciant certiores. quo omnes norint, quæ ipsos obseruare oporteat, & quid in cõtemnentes sic statutum. Curabunt autem dei amantiss. Metropolitani, vt alijs aliar. vrbium reuerentiss. Episcopis suarum prouinciar. nostram hanc sacram legem ostendant; omnibusq. denuntient,

tient, vt vigili cura hæc obseruent; & præscriptas pœnas vereantur. Ne vero moram faciant obtemperandi huic nostrę sacræ constitutioni; ne ue ipsi monachi, qui nunc sub eodem tecto viuunt cum sanctimonialibus parum temporis existiment ipsis datum esse, vt separatio fiat, vt oportet: annum eis præstituimus ab eo tempore numerandum, quo hæc nostra sacra lex fuerit insinuata, vt post anni curriculum si apparuerit illum cõmunem victum in eadem forma manere: hæ omnino pœnæ competant, quæ hac nostra sacra lege continentur. DAT. XV. KAL. FEB. DECIO COS.

XLIIII. IDEM IMP. *Iuliano Præf. Prat.*

CVM SACRAE regulæ neq. presbyteris, neq. diaconis, neq. hypodiaconis permittãt vxores ducere post eorum ordinationem, sed solis tantum cantoribus, atq. lectoribus id facere concedatur: contemnere quosdam videmus eas sacras regulas, ac liberos suscipere ex talibus mulieribus, quib. coniungi ex sacris institutis non licet. Quoniam vero eius rei pœna in sola sacerdotij amissione consistebat; sacras autem regulas siue canones legib. nõ minus valere nostrę quoq. leges iubeant: sancimus, vt teneant in his casib. ea, quę sacris regulis decreta sunt, perinde, ac si ciuili quoq. iure id esset conscriptum; omnesq. hi & sa-

cerdotio,& ministerio sacro, ac dignitate,si quam habent, priuentur. Nam vt pijs regulis huiusmodi res fieri prohibentur; ita nostris quoque legibus eadem vetantur; ac præter illam priuationis pœnam; non esse eos legitimos sancimus, qui ex ea inhonesta coniunctione nascuntur, aut nati sunt: sed ex tali satione procreati pudore potius teneantur. Eiusmodi enim eos esse uolumus, cuiusmodi illi sunt, quos leges ex incestis, & nefarijs nuptijs natos esse definiunt. ac neque naturales, neque nothi existimẽtur; sed vnde quaq; illiciti, parentumque successione indigni. Sed et ne donationem quidem capere ab eis possint, ut, ipsi, aut eorum matres ne per interpositam quidem personam, omnia tamen beneficia in eos collata a patribus; ad eam ecclesiam, ex qua sunt, qui ita deliquerunt, perueniant. Quod enim sacræ regulæ prohibent, id nos nostris quoque legibus vetamus. Si vero aliqua imaginaria obligatio fiat mutui, aut alterius contractus; qua is obligetur, qui illam nuptiarum corruptionem contraxit: tum eam infirmam esse volumus, tum earum rerum dationem non ad personam, ad quam dirigitur conscriptio, sed ad ecclesiam sanctiss. peruenire. DAT. XV. KAL. NOVEMB. C P. LAMP. ET ORESTE VV. CC. COS.

XLV.

XLV IDEM IMP. *Iuliano Praf. Prat.*

SANCIMVS, vt si quis decedens aut instituendo, aut legatum, vel fideicommissum, vel mortis causa donationem, vel aliam quamcumque legitimam dispositionem pie conficiendo censuerit; vt cura adimplendi, quæ voluit, Episcopo committatur, siue id omiserit, siue etiam id fieri prohibuerit: necesse habeant heredes, quod iussi sunt, facere; omnino adimplere.

Quod si facere noluerint: tunc eiusdem loci religiosiss. Episcopus curet, vt efficiat omnia secundum testatoris voluntatem. Sed si ecclesiam construi testator iusserit; vt omnino intra triennium perficiatur, operã det. Si xenonem, intra annum tantum eũ fieri cogat. Satis enim id temporis esse existimamus ad ea explenda, quæ testator censuerit. Sed & potest domus conduci, & illic ægroti in lectis poni; quoad xenonis ædificium peragatur. Sed si quem aliquid in pias causas erogare iusserit; cogatur is statim illud facere. hoc est post testamenti insinuationem, & post susceptam hereditatem, aut legatum ab ijs, quibus data sunt. Si uero illud tempus præterierit, neque ecclesia, aut xenon ædificatus sit; neque etiam xenodochus sit, qui eum ordinet: ipsi religiosissimi Episcopi repetãt, quæ hac de causa relicta sunt, & in eam rem recte adquisita. Faciantque ædificia sacrarum ædium, atque xenonum,

item gerontocomia, orphanotrophia, ptochotrophia, & nosocomia. Captiuorum quoq. redemptionem curent, atq. aliam quamcumq. piam actionem, quæ testatori visa sit. Designētur etiam, qui illa curent xenodochi, orphanotrophi, brephotrophi, aut gerontocomi, aut deniq. piarum actionum dispensatores, & curatores. Neq. possint deinde post illius temporis interuallum, & infitiationem prædictam, qui ea nō fecerint, immiscere se in earum rerum administrationem, aut dei amantis. Episcopos amouere ab earum dispensatione. Clarissimi vero Præsides prouinciarum cogant heredes, vt omnia ea peragāt. Et sane veteribus legibus definitur cogendos esse voluntatem testatorum adimplere eos, quib. permittitur, vt habeant, quæ illi reliquerunt. Si quos tamen aperte testatores præposuerint ipsis rebus, xenodochos puta, ptochotrophos, nosocomos, brephotrophos, orphanotrophos, gerontocomos, paramonarios, aut œconomos, aut deniq. piarum actionum dispensatores: eos Episcopi sinant administrare. Ipsi autem non administrent, sed illorum administrationem obseruent, atq. ab eis recte facta laudēt; corrigant vero, quæ aliqua in parte negligantur. Quod si praua administratio sit, amoueant eos, aliosq. instituant præ oculis summi dei timorem habentes, horrendumq. magni illius, & extremi iudicij diem; in quem respicientes omnia eos gerere oportet cum dei cōiuncta

iuncta voluntate, Sin autem non aperte testator aliquos in administratione constituerit; sed in heredum potestate omnia sint posita; & heredes negligentes sint: tunc ipsi Episcopi & administrēt, & pręponant administratores (quos antea scripsimus, hoc est ptochotrophos, aut nosocomos, & reliquos) qua etiā in rē deum opt. max. venerātes prouideant, vt omnibus modis, atq, rationibus, omniq. arte perficiātur, quæ pie dispositā sunt. Si vero debitum tempus excesserint, ac distulerint scripti heredes facere quæ iussa sunt: sancimus, vt soluant & fructus, & reditus, & quamcumq. legitimam adiectionem a tempore mortis testatoris, neq, ratio habeatur moræ a litis cōtestatione, aut a petitione; sed ipso iure videatur mora fieri; locumq. habeat fructuum, similiumq. rerū accessio. Hoc idem obtineat, & si non ab herede, sed a fidei cōmissario, aut legatario pium hoc legatum relictum sit, & is legatū suscepерit: tunc enim liceat Episcopis ab eis exigere, vt faciant, quæ iussi sunt. Quod si negligat eius loci Episcopus hoc facere, illectus fortasse ab scriptis heredibus, aut a legatarijs, vel fidei commissarijs; facultatem habeat eius prouincię Metropolitanus, aut etiā Archiepiscopus eiusdem diœceseos, cū hæc cognouerit, inquirere, & cogere, vt opus, aut largitio pia omnino adimpleatur. Sed & cuicūq. ciui liceat illud ipsum agere, cum velit, Nam cum ea, quæ ad pietatem, pertinent, omnibus

communia sint; ea vt perficiantur, omnib. decet curam adhibere. Liceat igitur cuicumq. ex hac constitutione condictionem, quę ex lege dicitur, mouere, & repetere, quæ relicta sunt, vt illa fierẽt. Sciat autem Episcopus, qui negligens fuerit, se præter cælestes pœnas, imperialis indignationis propter eam negligẽtiam periculum subiturum. Atq. vt maiori metu terreatur heredes, aut quibus, vt illa pia opera fierent; in dictum est; ne ea facere differant: hoc etiam sancimus, vt si conuenti ab Episcopis ea postea recusauerint facere, vsq. eo vt Præsidum quoque exactionem expectauerint: tunc non solum quod relictum est, sed omnino id cum altero tanto exigatur. Nam si apud veteres erant quidam casus, quibus ex infitiatione in duplum condemnatio fiebat: cur non hoc casu oporteat eos, qui non solum non libenter faciunt, sed & tempus expectant, ac postea appellati ab Episcopis, ne his quidem statim parent, sed Præsidum quoque coactionem expectant; dupli condemnatione resipiscere? At vero si testatores voluerint suos heredes, cum morientur, piam aliquam actionem adimplere, non etiam in ipsorum vita: id quoque obseruetur; neque intra id tempus heredes facere compellãtur, quod testatores ipsi veluerunt post mortem heredum fieri. Cum vero morientur, necesse habeant omnino ea adimplere; & si dilatio aliqua ab eorum heredibus fiat: eadem fieri necesse est, quæ antea

antea disposita sunt.

SI VERO annui reditus relicti, aut donati sint clero fortasse, vel monasterio, vel ascetrijs, aut diaconissis, vel ptochijs, xenonibus, nosocomijs, aut brephotrophijs, vel ecclesiarum pauperibus, vel denique pijs corporibus, aut ijs, quæ sunt ex plebe collecta, neque prohibita sunt: velint autem aliquo tempore, qui tunc inueniuntur, pecuniam ob id, quod iussum est, accipere; heredesq. liberare: non liceat hoc agere; neque si ita factum sit, ratum maneat; sed cadat ab ijs rebus, quas emit emptor, aut alias qui transegit. Quoniam quidem ijs, qui in aliqua eiusdem temporis parte fuerunt, augetur; ij vero, qui futuri sunt, omnino relictis rebus priuantur; neque seruatur ipsum illud annui legati nomen; nec testatoris memoria perpetua erit, ob quam annuum id relictum esse videtur; sed statim extinguitur alienatione relictorum, quæ vna etiam peribunt. Sancimus itaque, vt maneant perpetuo obnoxij huiusce dationib. & vt si qua fiet alienatio, ea sit irrita: & ij, qui quandocumq. pijs domibus fuerint præpositi, licentiam habeant agēdi, & repetendi ea; nulla temporis præscriptione obiciēda remoueātur: propterea quod singulis annis hæc actio gignitur. Sed potius hypothecæ obligata sint his legatis eius bona, qui ea reliquerit, et liceat ex ipsis reb. satis fieri pijs operibus, non solū ipsis relictis rebus, sed etiam fructibus ipsorum,

& re-

& reditib. & quacumq. legitima acceſsione temporis, vt antea diximus, exceptione minime retinentibus competente; quamuis longum tempus enumeretur. præterquam ſi inter hunc annuo legato oneratum, & eum, qui iuxta ſacras regulas, atq. leges noſtras præpoſitus eſt, conueniat de hac petitione. vt placiti reditus perpetui pro annuo legato dentur ab eo, qui rogatus eſt, qui publicis tributis non ſubiaceant. Sed & acceſsionem habeant, nõ minorem quarta parte liquidi reditus, aut quantam inter eos augere viſum ſit. Etenim ſi huiuſmodi in ſcriptis contractus fiat; & ille reditus datus ſit, atq. exceptus ſcriptis conuentionibus, & tranſactionib. idque appareat ex geſtis monumentorum: ceſſare repetitionem annui legati contra oneratum ſancimus. Is vero reditus ad id definitus conſtituatur pro perpetuo relicto; neq. ab vllo vnquam alienari quoquam alienationis genere fas ſit. Sed ſi quis id appetat; ſancimus, vt perpetuo obligetur, vt ãtea a nobis dictũ eſt, legati annui datione ille, qui grauatus eſt; quo & nomen, & memoria teſtatoris, & annuum legatum in his rebus perpetuo cõſeruetur. DAT. XV. KAL. NOV. CP. LAMP. COS. XLVI. IDEM IMP. *Iuliano Præf. Præt.*

NOSTRIS ſacris legibus oportere exiſtimamus hanc etiã addere; quæ ob virtutem, non

non vero ob temporis cursum sacra regendi munera præbet: vt in monasterijs, aut asceterijs mortuo Præfecto, aut Præfecta nõ sequens omnino, aut secundus fiat. Naturam enim sequi placet, quæ non omnes eadem pacto bonos, neq. etiam omnes pari modo malos fecit. Sed is, quem & vita præclara, & honesti mores, & in ea exercitatione constantia, & consentiens ceterorum monachorum accessio, aut plurimorum votum ad eam rẽ idoneum iudicauerint; propositis sanctis euangelijs ad præfecturam vocetur. Ac siquidem, qui post eum, qui decessit, primus est, vtilis erit: & dignus, qui monachis præsit: eum ceteris præferãt. Si vero is, qui post eum existit: eodem pacto in eũ suffragia ferantur, vt is præficiatur. Sin autem nemo eorum dignus esse videatur: tunc ex omnibus idoneum virum, ex quocumq. gradu sit, Præfectum creent. qui vita honestus sit, & gubernatione iustus, quiq. possit sibi creditos conseruare. Decet enim omne imperium, omnemq. hominũ præfecturam non ex tempore, aut sorte, neque ex fortuitis casibus; sed electione & prestãtia fieri, atque omnium testimonium esse huic ordinationi ordinem. Ea vero sciente eius oppidi Episcopo fiant: vt ipse electum cognoscens, ac recte hæc se habere existimans, calculum vna ferat cum eligẽtibus, eumque producat in Præfecti locum. Sed & oportet de eadem electione cognoscere eiusdem temporis Patriarcham, & Episcopos illorũ locorum

locorum; qui etiam iudicium habent a DN. deo nostro; & futurum iudicium vereantur; si non ad rectam electionem, sed ad animi aliquam affectionem humanam respicientes eum confirmauerint. patienturq. ipsi & in hac, & in futura vita a deo pœnas: vt pote cum ipsorum negligentia multis peccandi occasionem præstiterit. Eademq. omnia in venerabilibus mulieribus, siue virginibus, quæ monasteriis præsunt, vires obtineant. Reliqui sacri ordines, qui diuinis ministeriis præsunt, secundum ipsorum ordinem præficiantur; neq. quicquam circa eos hac lege noui decernitur. DAT. XV. KAL. DEC. CP. LAMP. COS

XLVII. IDEM IMP. *Ioanni Præf. Præt.*

SANCIMVS, vt nemo in Episcopum creetur, nisi & ceteris rebus bonus, probusq. fuerit, & neque vxori coniunctus, neque liberorum pater: Sed pro vxore sanctissimæ ecclesiæ curam gerat; pro liberis totum Christianum, & orthodoxum populum habeat. cognoscatq. ab initio, quæ de successione religiosis. Episcoporum a nobis constituta sunt, (de qua re extat nostra constitutio.) Qui vero contra aliquid agunt, aut egerint, Episcopatu indigni sunt. Nam qui post hanc nostram constitutionem Episcopos facere contra eius vim, aut fieri ausi sunt: neq. inter Episcopos erunt, neque in sacerdotio manebunt:

sed

sed ab eis electi alijs locum dabunt, vt accurate creentur, deoq. per omnia electio placeat. DAT. IV. KAL. SEP. CP. POST COS. LAMP.

XLVIII. SI QVIS AD DECLINANDAM.

XLIX. CVM LEGE.

L. SI QVIS IN CONSCRIBENDO.

LI. GENERALITER.

LII. IDEM. IMP. Ioanni Praf. Prat.

SANCIMVS neminem omnino neq. curialem, neq. cohortalem, Episcopũ, aut presbyterum deinceps fieri. Nõ autem hæc lex eos mouet, qui antea sacerdotio decorati sunt: sed post hac nemo qui in illa fortunæ condicione sit, ad sacerdotium huiusmodi ascendat: cum ipse præsertim antea illa munera subibat, aut cohortalibus iussionib. seruiebat. Nam qui asperis exactionibus, & peccatis, quæ ob eam rem euenire solent, implicitus fuerat: non æquum est nuper quidem cohortalem, & decurionẽ patrare res acerbissimas: statimq. sacerdotem creari: qui de clementia, & innocentia sanctiones nostræ religionis exponit: nisi ex infantia, non etiam postquam pubertatem excessit, inter venerabiles monachos inscriptus permanserit in eo statu: tunc enim permittimus ei, vt presbyter fiat, & vt ad Episcopatũ ascẽdat.

Cum

Cum enim aliquid huiusmodi factum erit, atque is, qui eligetur, dignus esse videbitur: non dubium erit, quin is potestatem habeat sacerdotium obtinendi: ita vt a muneribus abstineat; quartamque partem totius substantiæ suæ prębeat curialibus, & fisco; vt nuper de ea quarta legem posuimus; aut fisco tantum, si cohortalis condicionis sit. Si uero etiam inter religiosos, Archimandritas constitutus est, & inter eos permanserit; simili quoq. modo eidem concedimus suæ cõdicionis liberationem: quartam tamẽ partem suar. facultatum, vt diximus, prębet. Alio vero pacto neque ipsum creari, neq. quemquam creare, aliudue circa hæc agere patiemur. Nouerit autem Excellentia tua hæc esse ab omnibus religiosissimis. Episcopis seruãda; qui amissionem ipsius sacerdotij vereantur, si quid eorũ gesserint, præterquam quod ne creatus quidem sacerdotio fruetur; licet antea in aliquo ordine constitutus sit: Sed potius inter priuatos homines enumerabitur: muneraq. eadem subibit, quæ antea subire solebat. Hęc omnia in futurum valere volumus; quando a nobis primum inuenta sunt. neque vlla ratione pertineat hæc lex, vt antea scripsimus, ad eos, qui iam fuerant in sacerdotijs. hi enim potestatem habeant per substitutos munera subire iuxta Theodosij & Valẽtiniani piæ recordationis cõstitutionem, quæ ad Thomam conscripta est. Ad hæc illud etiam valere, atque seruari iustum esse existimauimus; quod initio

tio constitutum, atq. sancitum, nescio quo modo neglectum est. Namq. meminimus incidisse nos in Arcadij, & Honorij piæ recordationis constitutionem; quæ velit clericos, si sui ordinis obliti ad quamcumq. armatam militiam peruenerint, aut delecti ab Episcopis militare ausi fuerint: eici quidem eos a militia, in qua erant, & addici curijs ciuitatum, vt illic publica ministeria sub eant. nã a dei quoq. cultu, & ministerio, dum militabant, abstinebant. Quæ omnia hac lege valere sancimus iubentes eis, vt statim in ea vrbe, ex qua sunt, curiales fiãt. nisi permulti curiales in ea vrbe sint. tunc enim in proxima, aut etiam in longinquiori alterius prouinciæ illi coniunctæ; vbi decuriones desiderantur. Si vero non comprehendantur, vt fieri solet; liceat decurionibus statim ad res eis pertinentes accedere; easq. retinere; ac sibi ex eis legitime satisfacere. Hæc igitur in venerabilibus clericis cuiuscumq. gradus sint, in perpetuum valere sancimus; in antea vero perpetratis constitutionem illam valere volumus, vt antea obtinebat. Quoniam vero quandam quoq. legem inuenimus, quæ de monachis disserit; ac vult, vt nõ derelinquant sua monasteria; neq. in vrbibus tumultus excitent; quam cuiusdam temporis causa promulgatam esse quidam suspicantur: oportere existimauimus occasione inde suscepta plenius, & in perpetuũ id etiam corrigere. vt nemini deinceps monacho liceat eorum aliquid agere: vt de-

relicto monachorum habitu; quauis militia, aut cingulo, aut dignitate vtatur, aut eorum, qui in iudicijs versantur; vitam degat ac diuinis ministe rijs humana negotia præferat. Quin potius nouerint, quod et qui id agit, curiæ addicetur illius ciuitatis, ex qua est, aut alij, vt antea dicebamus. Ac siquidem pecunijs abundat, pecuniaria quoque subeat munera; sin minus corporalia. Quod si non appareant, curijs licet, vt dicere cœperamus, in possessionem rerum mitti, ac sibi legitime satis facere. In omnib. vero casibus, quibus capere ex his cautis curias iubemus: semissem bonorum curiales suscipere volumus; non tamē in pecunia numerata, sed in immobilibus possessionibus, si quæ sint, sin minus hæ pecunia illorū emantur; vt antea a nobis sancitum est. Alter vero semis in publicam mensam Excellentiæ tuæ inferatur: quo tua quoq. sedes prouideat diligēter, ne quidquam huiusmodi lateat. Sed simul atque factum quid sit; competens eius rei medela fiat; præterquam si nunc ipsi sponte sua militiam dereliquerint, aut etiam vestes, quas gerebant; & in solitariam vitam irerum sincere, ac sine fraude reuertantur, et inter venerabiles clericos cōscribi curauerint. Nam si hæc int. a annum ēgerint, ex quo hęc sacra lex data est, eos pœna liberamus: ac satis putamus esse, si se veteris vitæ genere corripuerint. Hæc autem in sequens deinceps tempus valere volumus. Non tamen illos extra dictas

pœnas

pœnas relinquimus, qui post nostri imperij initia monachi facti sunt, & eorum aliquid gesserunt. etenim antiquiora tum propter clemẽtiam, tum propter temporum illor. honorem indulgemus, cum præsertim illis temporibus hæc non fuerint ita constituta. Præterea illud quoque sancimus, vt siue pater, siue mater, siue quis alius sub condicione, si sine liberis decesserit, fideicommissum, aut substitutionem iniunxerit, viris, aut mulieribus, qui postea nuptias contrahere propter religiosam meditationem noluerint; locus non sit illis fideicommissis, ac substitutionibus, & potestatem illi habeant, quo pacto voluerint, pie tamen ea dedicare, & aut dum viuent, consumere, aut relinquere decedentes. Vt etiam si sub condicione liberorum quicquam ipsis relictum sit; oportet hoc ipsum eos habere, et si non cogantur liberos suscipere. Eandem vero sanctionem in virginibus sacris, & in eis venerabilibus clericis, quibus nuptias omnino contrahere prohibitum est, extendimus, atque porrigimus; & ita gratiam nostris temporibus dignam referimus. Illud quoque sancimus, vt siue vir solitariam vitam sequi voluerit, siue vxor virum relinquens ad asceterium accesserit: nõ hoc ei damni occasionem præbeat; sed suas omnino res capiat, vxor dotẽ, vir ante nuptias donationẽ. Quod vero ex eo lucri est, non quasi dissoluto ex repudio matrimonio vindicetur, aut apud

non dissoluentem maneat: sed vt ex mortis condicione; ac si videretur, qui discedit, propter vitæ mutationem; quod ad alterum attinet, in matrimonio decessisse; cum coniugi omnino sit inutilis. quidquid autem in nuptialibus instrumentis, propter mortis cõdicionem extet, id debitum sit. Vxor tamen non audeat ante annum transactũ, de alio matrimonio propter partus incertitudinẽ cogitare. Sed si quid huiusmodi faciendum est, mittatur repudium, quod ea de causa bona gratia fieri dicitur, ab eo, qui illam vitam non suscipit; atq. ita agat, quod libitum est; lucra tamen, vt antea dicebatur, ad ipsum pertineãt. Quod vero ex illa causa lucrarentur omnino, si in prioribus nuptijs aut vxor, aut vir mansissent, communib. liberis, qui ex nuptijs forte creati sunt, seruetur.
DAT. V. KAL. DEC. CP. POST COS. LAMP.

LIII. RAPTORES.
LIIII. DEO NOBIS.

LV. IDEM IMP. *Ioanni Pref. Pret.*

HAEC Constitutio ad alterius constitutionis memoriam, quam antea scripsimus, refertur; eam rursus confirmare cum aliqua pulchrio re accessione existimauimus oportere, maiori pœna de-

na delinquentes puniendo. nõ quod pœnarũ augmentis lætemur; neq. enim ita quicquam in animo nostro est, atq. clementia; sed vt timore pœnæ delinquere volentes a delicto arceamus. Scimus itaq. nos legem scripsisse, qua cauetur; vt nulla licentia sit sacrarum ecclesiarum œconomis, aut ijs qui præpositi sunt xenonibus, vel nosocomijs, uel ptochijs, vel virorum, aut mulierum monasterijs, vel alijs huiusceemodi corporibus, quorũ illa cõstitutio mentionem facit: quæ perpetuo eis relicta sunt, quæ annua, siue annalia leges appellãt; ex cõuentione quapiã, aut pecunia certa accepta vendere, aut alio quouis modo alienare; ac posteris auferre solatium, quod inde proueniret. Addidimus in eadem lege, quas visum est, rationes; quodque nullo pacto, si id fiat, ne appellatio quidem annui legati conseruetur, si non id singulis annis dari curetur; sed semel solutum, postea totum depereat. Hanc itaq. legem cum quadam accessione renouantes sancimus; vt si quis religiosus œconomus, xenodochus, nosocomus, ptochotrophus, gerontocomus, brephotrophus, orphanotrophus, vel archi mandrita, vel aliquis eorum, qui priore constitutione nostra continentur; quod perpetuo relictum est venerabilibus locis, quibus ipsi præsunt, siue in pecunia numerata, siue in alijs rebus immutare tentauerit in id, quod nõ perpetuum esse videatur; sed transactionibus, aut vẽditionibus, aut alijs artibus, vt quod

perpetuo manſurũ erat, ceſſet, aduerſus illam conſtitutionem, quam de his rebus tulimus, curauerit: nullam omnino licẽt iam habeat hoc faciendi. Sed et ſi factum ſit, inualidum ſit, quod ita fiet; & liceat ei, qui poſtea eandem curam ſuſceperit, aut eo fortaſſe negligẽte poſtea ceteris omnib. ſtatim reuocare, quod factum eſt. quod ita inualidum videatur, ac ſi numquam inchoatum eſſet; vſque eo, vt et medij temporis fructus, & vſuræ, & omne cõmodũ ad pium omnino locum pertineãt; ea vero quæ medio tempore patrata ſunt, modis omnibus ceſſent. Eſt enim vnicuiq. homini curſus vnus vitæ a creatore datus, cuius meta plane mors eſt: at piæ domus, & dicta corpora immortalia ſunt ab eodem deo conſeruata: non itaq. decet, ne rebus quidem earum finem adferre: ſed dum permanent ædes ſacræ, manent autem ad ipſam omnino ſæculor. omniũ finẽ, dũ Chriſtianor. nomen apud homines erit, atq. coletur; iuſtũ igitur eſt, vt maneãt ſemper immortales, quæ perpetuo relinquũtur penſitationes, vel reditus pijs operibus quæ numquam ceſſabũt, ſuppeditandę. Qui vero in re hac deliquerit, & relicta alienare pecunia accepta, vel alio quocumq. modo auſus fuerit, nullum quidem damnum adferat, vt antea quidem dictum eſt, his locis venerabilibus, contra quæ id fecit. Sed hæc loca et pecuniam, et res, quas acceperunt, lucrentur; ac nihilominus, quod relictum eſt, repetant ſine vlla deminutione. Is vero,

vero, qui hoc fecerit, & heredes eius, et successores, et eius bona teneantur ei, cum quo contraxit. isq. vindicet ab eo, seruenturq. ipse, eiusq. res indemnes. Sed tamen contra venerabilem domũ, quam lædi nõ oportuit, non speret datorum recuperationem, neq propter id, quod factum est, ipsam conueniat. Quod vero ad contrahentem cum ipso attinet, omnem a legib. facultatem habeat, aduersus eum, et heredes, resq. eius, ac quod datum est, si possit, exigere. vt si non ob dei metũ, timore amissionis suarum rerum, damniq. suorũ heredum tardiores fiant ad huiusmodi contractus; quos in confesso est eos nullius boni causa facere, sed vel pecunia corruptos, vel aliqua affectione superatos. Quæ omnia per hanc sacram constitutionem prohibemus, quam inter nostras constituriones scribi iancimus, offerimusq. eam omnium domino deo, et saluatori nostro Iesu Christo: pulchrum & decens ei hoc sacrificium offerentes. DAT. PR. ID. SEPT. CP. DN. IVSTINIA. PP. A. IV. ET PAVLINO V. C. COSS.

TIT. IV. DE EPISCOPALI. AVDIENTIA.

XIIII. IMP. LEO *ad Populum.*

NEQVE seruum, neq. liberum corpus sit, qui audeat, in meretriciam vitã producere,

aut proſtrare, ſiue thymelicus fuerit, ſiue alio pacto ſcenica perſona. ac ſi mãcipium ſit, quod proſtrat; in libertatem vindicetur a quocunque ſine vllis ſumptib. apud eius oppidi magiſtratum, aut Epiſcopum. quibus curæ erit: ne etiam inuitam mulierem liberam, aut ancillam coniungi patiantur mimis, aut choris: aut aliud ſpectaculum in theatro agere inuitam.

XV. NEMO VEL IN FORO. XVI. SI LEGIBVS.

Epitome XVII. *conſtitutionis eiuſdem Imp. (cui ſimilis extabat.* II. *ſub titulo vt nemini liceat.)*

ELECTIONE Epiſcopi, & primor, ciuium Sironæ fiant ex militantib. ordinib. prouincialib. aut ex veteranis, aut ex tironibus, ſiue militaturis. Qui id tranſgreſſus fuerit, XXX. libris multetur.

Epitome XVIII. *cuius initiũ eſt* SANCIMVS *eiuſdem Imp. (cui ſimilis extabat* IX. *de erogatione militaris annonæ.)*

MILITES, qui præſunt, & in cuſtodia conſiſtũt in ſuis, vt vocãt, ſedetis, ſiue ſtationib. ſpecies ad ſe pertinentes ex ciuitatib. aut ex eius regionis agricolis ad ſuas annonas arbitratu Epiſcopi,

piſcopi, aut magiſtratus, aut defenſoris, ſi deſit magiſtratus, accipiant neq. cogatur collator numeratam pecuniam præſtare.

XIX. IVBEMVS.

Epitome x x. Conſtitutionis Leonis, aut Iuſtini, Imp. (quæ refertur Nou. C I X.)

NEMO militet, qui non apud acta teſtificatus cum tribus teſtib. ſit propoſitis ſacroſanctis euangelijs, ſe eſſe Chriſtianum orthodoxum. Fiantque acta apud eum magiſtratum, ſub quo militaturus eſt; & duo tantum aurei pro eare præbeantur. Si vero id neglectum ſit: dabit libras quinquaginta is magiſtratus, eiuſq. officium x x. qui vero militauit, x. atque a militia eicietur. teſtes, qui peieraſſerint, in corpus punientur. illæ vero multæ Comitis periculo rebus priuatis inferentur,

XXI. SI PRAESENS. *Iuſtiniani.*

XXII. IDEM IMP. Menæ Præf. Prat.

NEMINEM in carcerem mitti volumus ſine iuſſione eorum, qui in hac felici ciuitate, aut in prouincijs ſunt Glorioſi, Spectabiles, atq. Clariſſimi magiſtratus, item defenſorum, qui in

singulis municipijs sunt. De his autem, qui missi sunt, aut mittẽtur, locorum Episcopi aliquo hebdomadis cuiusque die, quarta puta, aut sexta feria carcerem perscrutentur; et cum diligẽtia captionis causas cognoscant, serui sint, an liberi, propter pecuniariam causam, an propter alicuius criminis accusationem, an propter cædem factam missi sint. Operam autem dent, vt Glorioſissimi, Spectabiles, et Clarissimi magistratus huius felicis vrbis, et prouinciarum illa faciant; quæ sacra nostra constitutio ad Glorioſissimos Præfectos missa disponit. Licentiaque detur eius temporis religioſissimis Episcopis, vt si quidquã nouerint negligentius esse factum ab ijs, qui tunc erunt Glorioſiss. Magnificentiss. & Clariss. magistratus, aut a cohortibus, quæ eis obediunt: id renuntient; vt competens aduersus negligentes accusatio moueatur. DAT. XVII. KAL. FEB. CP. DECIO COS.

XXIII. IDEM IMP. *Menæ Præf. Prat.* PRIVATOS carceres modis omnibus in vrbibus, atque in vicis constitui veramus: ipsis, qui custodiuntur, videlicet custodia libetandis cura, et prouidentia Episcopi eius regionis. DAT. XII. KAL. FEB. CP. DECIO COS.

XXIIII. NEMINI LICERE.

XXV.

XXV. IDEM IMP. *Demosthem Præf. Prat*

QVAE DE ALEA, siue vt vocant, cottis, ac de eorum prohibitione a nobis sancta sunt; ea liceat dei amicissimis Episcopis & perscrutari, et cohibere, si fiant; et flagitiosos per Clarissimos Præsides prouinciar. & patres, defensoresq. ciuitatum ad modestiam reducere. DAT. X. KAL. OCTOB. CP. DECIO. COS.

XXVI. IDEM IMP. *Iuliano Præf. Prat.*

DE IIS, quæ singulis annis ad ciuitates pertinent, siue ciuiles reditus sint, siue fructus ex publicis, aut priuatis pecunijs, quæ ab aliquibus eis aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur, aut instituuntur, siue ad opera, siue ad rem frumentariam, siue ad publicos aquæ ductus, siue ad balneor. calefactionem, siue ad portus, siue ad murorum, aut turrium ædificationem, siue ad pontium, atq. viarum refectionē, siue ad publicas denique causas pertineant tam ex publicis, quam ex priuatis, vt dictum est, causis: sancimus, vt in vnum conueniant religiosissimus Episcopus, ac tres bonæ existimationis, et qui ceteris præstant in ea ciuitate; ac singulis annis inspiciant opera facta, et curent, vt & metiantur, & rationē conficiant, qui ea administrāt, aut qui administrauerunt et in monumentorū gestione

ne ostendant impletionem operum, aut administrationem sitonicarum, & balneariarum pecuniarum; siue quæ in vijs muniendis, aut aquæ ductibus, aut alijs rebus cõsumuntur. Quæ omnia numquam omnino minui volumus. In monumentorum vero gestione appareat, sit ne solutus, an obligatus, qui ea administrauit; & an quod debuit, soluerit. atq. ita erit cautũ ei, qui eam curam suscepit. Mittemus enim nos, cum placuerit, quẽ commodum erit, vt inspiciat rationes ab eis factas, & cum recte factas esse repererit, calculum feret. quo ipsis, hæredibusq. & successoribus consuletur; neq. aliarum rationum, aut controuersiarum occasio relinquetur. Omnia vero propositis sanctis euangelijs diligenter fiant; nam inquisitionem nos cum libuerit, fieri iubebimus. Oportet itaq. studere religiosiss. Episcopum, & qui cum eo rationes conficiunt, vt opera in ingentes sumptus præscripta singulis annis diligenter fiãt ex publicis fructib. atq. reditibus reparanda. Sin autem noluerit rationib. subesse, qui ea administrat; neq. ferat sanctissimũ eius loci Episcopũ, & illos possessores, qui ad eã rem cõstituũtur, & qui ad rationes reddendas eum vocant: cogatur id agere per clariss. prouinciæ Præsidem, & cohortẽ, quæ ei parere solet. ac sine vllo damno compellatur, vt modis omnib. rationes submittat religiosiss. Episcopo, & primi Sillis ciuitatis. quodq. appareat ab eo dẽberi, ciuitati reddatur. Omnem vero

vero libertatem tollimus nostris Præsidib. mittendi in agros Discussores, aut Ratiocinatores, aut Exæquatores ad publicarum rationem executionem. Sed si quid huiusmodi nobis ignorantib. fiet: siquidem sacra forma ad aliquos per subreptionem emanauerit, liceat religiosissimo Episcopo eius ciuitatis suscipere quidem sacram formam; renuntiare tamen nobis, vt nos cognoscamus, an ex nostra ad illum Præsidem iussione, an per subreptionem facta sit. Vt si per subreptionē facta esse videatur; quod factum sit, inutile fiat, & periculum subeat, qui eam quæsiuit. Si vero ab aliquo e nostris Præfectis emissum decretum, aut commonitoriū sit, aut præceptū aliquod, aut rationum scriptura: & de aliquo ex prædictis capite permittatur, volumus, vt modis omnib. non eius vrbis Episcopus, & primi ciuitatū illis rebus præficiātur; Sed liceat prouinciæ Præsidi, & ipsis possessoribus, ac ciuibus iussiones reicere, ac ne obolum quidem ea de causa præstare. Si vero in ea re sanctiss. Episcopus negligens fuerit: habebit & dominum deum nostrum infensum, & imperialem vindictam expectabit; si ea seruili silentio, sacerdotaliq. licentia indigno præterierit. Si quis autem in prouincia renūtiauerit magistratuum, aut Consulum processiones; siue generales formas glorioſissimor. Præfectorum, aut alicuius alterius e nostris magistratib. siue constitutionē, siue sacrum cōmonitorium, siue generales litteras

ras, siue erectionem imperialium statuarum indicauerit; non liceat amplius sex nummis aureis in singulas nuntiationes, aut in singulas formas, aut constitutiones, aut sacra commonitoria, aut generales litteras, aut statuar. erectiones accipere in singulis prouincijs, ad quas litteras accepit. ac licet multæ sint in ea prouincia vrbes; nihil amplius præstetur, quam illi sex nummi. Si quid vero amplius acceperit, eius quadruplum restituat; liceatq. eius vrbis Episcopo hoc prohibere. Eadem tamen pœna decem librarum auri et prouinciæ Præsidi, et ei subdito officio, et Episcopo imponitur, si illis permittant plus petere, neq. id modis omnib. prohibuerint. Nemini enim omnino permittimus nostrorum magistratuum huiusmodi formas circa prouincias emittere de riuorum, aut de cloacarum purgatione, aut de amolitione ædificiorum a muris, aut stationum a porticibus, aut eorum, quæ produlia appellantur, aut de ruderum, ac dimidiatar. columnar. euersione, aut de imaginibus, aut si quid alio pacto sit excogitatum, aut etiam de ciuilib. quibuscumq. controuersijs. Sed liceat Episcopo, & ijs, qui primi sunt eius vrbis, & Præsidib. prouinciarum, & possessorib. ac ciuib. insinuata aliqua forma ei quidem non deferre, sed prohibere, ac coërcere omnẽ exactionẽ, omnemq. vim, quæ ex eo eueniat. Eademq. pœna afficiat sanctissimos Episcopos, nisi id prohibuerint. Sed et oportet Episcopum,

ac pa-

ac patrē ciuitatis, & ceteros bonæ opinionis possessores prouidere; ne locus aliquis ciuilis, aut publicus iuxta muros vrbis, aut in publicis porticib. aut in plateis, aut in quocunq. alio loco, ab aliquo indebite possideatur; neue publicus locus alicui sine nostra sacra forma tradatur. Idem inquirant de aquarum distributione, quæ sacra aliqua forma cuiq. pertineat, vt ne hic plus, ille minus habeat, quā ei competit. Neque vero fideiussionis causa, aut supra mandati formam nostros subiectos affici patiemur. Sed siquidem immobiles res habeant idoneas, iusiurandum tantum præstent et conscribatur: sin autem non habeant; vsq. ad quantitatis æstimationem fideiussionem sine vllo damno præbeant. Si vero dubitauerint exactores de fideiussorū fide, facultatib. aut cautione: in eundē locum religiosiss. Episcopus, & Pater ciuitatis, ac Defensor cōueniant, et decernāt, an idoneus esse fideiussor videatur vsq. ad quantitatem, de qua agitur. et necesse habeat exactor suscipere eum in fideiussorem; qui nihil pro fideiussione aut sacramento præstabit: præterquam si priuata nostra, aut cuiusquam magistratus maioris iussione personam ducendam esse, fideiussori non esse credendum decernatur. tuncenim licebit exactori fideiussorem non accipere; id vero agere sine vllo detrimento. Ceterum eadem multa aduersus religiosiss. Episcopum, & clariss. prouinciæ Præsidem imponitur; si quid eorum transgredi

gredi passi fuerint; aut si cum transgressum erit, non id statim renuntiauerint. Neq. etiam patiantur, vt plus definita parte a nostra constitutione pro sportulis accipiatur; neue descriptio ob aliquam causam in ciuitatib. fiat; nisi ob illas tantũ, quas supra enumerauimus, renuntiationes processionum, constitutionum, sacri & generalis cõmonitorij, aut formæ, aut litterarum, & huiusiusmodi omnino rerũ, de quib. antea sanximus, item quæ propter suam conseruationem, atq. salutem ciues facere voluerint. ad opera forte publica, vel ad scitoniã, vel ad aliam quãuis causam, quę omnib. placeat propter vrbis honorẽ fieri, ex quo Resp. adiuuetur. Contra eos vero, qui hæc transgredi tentauerint, & si ad nos religiosiss. Episcopi id non retulerint, ea seruentur, quæ antea a nobis comminata sunt. Atq. oportet singularũ vrbium dei amantiss. Episcopos, cum omnia cognouerint, quæ a nobis de his rebus dispositа sunt; & de metatorum exactione, & de rapinarum prohibitione, ac de ceteris rebus, quæ nostra sacra constitutione continentur, quæ de omnibus edita est: finem competentem imponant. DAT. VIII. KAL. IVLIAS CHALCED LAMP. COS.

XXVII. DE CREATIONIB. XXVIII TAM DEMENTIS.

XXIX.

XXIX. IDEM IMP. *Iuliano Pref. Pret.*

SANCIMVS, vt nemo venerabilis clericus ab aliquo siue clerico, siue laico ab initio apud beatissimum prouinciæ Patriarcham accusetur. Sed prius iuxta sacra instituta apud Episcopum ciuitatis, in qua clericus versatur; tum si is suspectus est, apud Metropolitanum Episcopum, reū agat. Sed si forte, ne ei quidē accusatio placuerit: ad sacram eius regionis synodum accusatum deducat; et cum Metropolitano tribus conuenientib. religiosiss. Episcopis, qui ceteris propter ordinationem præferuntur, de causa coram tota synodo cognoscatur. et si quidem ei, quæ iudicata erunt, placuerint; ab accusando discedat: Si vero se lædi existimauerit; prouocet illius prouinciæ beatiss. Patriarcham; atq. ijs, quæ ipse iudicauerit, omnino pareat; perinde, ac si eum initio iudicem esset consecutus. Nam contra horum antistitum sententias non esse locum appellationi, a maioribus nostris constitutum est. Hoc idem seruandum est; si Episcopus ab aliquo laico, siue ab aliquo clerico, siue ab altero religiosiss. Episcopo accusatus sit. Nam vt statim accusatio ad sanctiss. Patriarchas deferatur; et vt accusati in aliam puouinciam mittantur; omnino prohibemus. præterquā si accusationē quis ob eam rem intulerit, quod causa illius regionis religiosiss. Episcopo cōmissa fuerit. Quo casu licet ad ipsos quoq.

ſanctiſs. Patriarchas deferre accuſationẽ. Litteræ tamen cõficiantur ad aliquem ex Epiſcopis eorũ locorum, vt is cauſam audiat, vt antea a nobis dictum eſt. Non vero ei liceat facere, vt deſcendant in prouincias venerabiles clerici, et immodicas ſportulas, dum accuſantur, inferant: qua in re huc vſque peccatum eſſe cognouimus. Neque enim in ſingulas reorũ perſonas plus ſexta aurei nũmi parte proſportulis dari concedimus ijs, qui a ſanctiſsimis Patriarchis, ac Metropolitanis mittuntur; aut ſi Epiſcopus miſſus eſt; ſex tãtum aurei ex quacunque quantitate, ac cauſa; neq. quicquam amplius præbeatur. Hoc in Metropolitanis etiã teneat, cum ad eos accuſatio contra Epiſcopum, qui ſub eo ſit, aut eius prouintiæ clericũ defertur. Nam ſi in ciuilibus iudicijs moderari ſportularũ, et ſumptuum modum curauimus, eaque ex lege præſtari voluimus: multo magis in eccleſiaſticis accuſationibus modum ſeruari ſancimus. Enim vero ſi remiſſa cauſa ad ſanctiſs. Patriarcham, aut ad aliquem ex religioſiſs. Metropolitanis, aut ad alium dei amantiſs. Epiſcopum, ſententia lata ſit, quæ alicui parti diſpliceat, ac prouocetur: ad Archiepiſcopalem hanc ſedem referatur appellatio, in qua, vt ad huc ſeruatum eſt, lis cognoſcatur. Si vero quis auſus fuerit aduerſus hæc quicquam tẽtare: is quidem omne, quod accepit, cum altero tanto ei, qui negotium paſſus eſt, præſtabit: fietq. eccleſiaſticæ multæ ſubiectus apud ſanctiſs. Patriar-

triarcham, aut religiosiss. Metropolitanum, qui tunc erit, ex ecclesiasticorum numero eiciendus. Has autem actiones, si quidem ad ecclesiastica negotia pertinent, necesse fore iubemus, vt a solis religiosiss. Episcopis, aut Metropolitanis, aut a sacris synodis, aut a sanctiss. Patriarchis cognoscantur. Si vero ciuilium rerum controuersia sit; volentes quæstionem apud eosdem antistites instituere, patiemur: inuitos tamen non cogemus; cum iudicia ciuilia sint, si ea adire malint, apud quæ licet et iam de criminibus cognoscere. Quoniam vero quidam sunt sanctiss. Patriarchæ, qui in prouincijs, in quibus existunt, Metropolitanorum officium gerunt; alij per totam dioecesim Episcoporum Metropolitanorũ, atque aliorum, qui sub eis sunt, ordinationes faciunt: ea de causa illud obseruari sancimus, quod de Metropolitanis antea diſposuimus. Is enim iure Metropolitanus vocatur; qui in Episcopos minores ex sacris regulis eam potestatem habet.
DAT. XV. KAL. NOVEMB. CP. LAMP. COS.

XXX. IDEM IMP.

Ioanni Præf. Præt.

SANCIMVS, vt in tutelis, et curationibus pupillorum, atq. minorum, item eorũ, quibus lex curatores decernit; siquidem facultates eorũ quingentis tantum aureis æstimentur; minime expectetur Præsidum prouinciarum creatio;

neq. magnis sumptib. subiciantur: si forte Præsides ab eis vrbibus, in quib. tutorum, aut curatorum datio desideratur, abesse cõtigerit. Sed apud illius ciuitatis Defensorem, aut apud Magistratũ municipalem, et Alexãdriæ apud Iudicium vna cum eiusdem ciuitatis Episcopo, aut etiam præsentib. publicis personis, si quidem plures sint in ea vrbe, datio tutoris, ac curatoris nas, et fideiussor iuxta facultatum modum præstetur dictarũ personarum arbitrio, et alia omnia accedant, quæ in alijs tutoribus, et curatoribus, ac fideiussoribus idoneis accedere solent. Hæ autem solum personæ, apud quas hæc geruntur, propter pupillorũ, atq. minorum securitatem, per præsentem constitutionem periculum subeant. Quæ omnia duorum solidorum tantum datione conficiantur; et hanc præsertim ob causam hæc constitutio scripta est. Quod si quis amplius accipere ausus sit; aut si differat constituere tutorem, aut curatorẽ maioris lucri spe: nõ solum in triplum eius, quod accepit, restituendi pœna teneatur; sed et remoueatur ab administratione. Cum vero apud Defensorem fiet tutoris, aut curatoris datio præsente eius vrbis Episcopo; in eiusdem sacrosanctæ ecclesiæ archiuo acta deponi sancimus: vt perpetua sit gestæ rei memoria; neue fortuitis casibus faciſ datio tutoris, ac curatoris subiciatur. In hac vero magna vrbe tutelæ, et curationes apud Clariss. Prætorem tantum gerantur, vt antea sancitum est.

est. DAT. V. KAL. AVG. CP. POST COS. LAMP.

XXXI. SANCIMVS.

Epitome XXXII. *Constitutionis eiusdem Imp.*

RECVSANTE domino suscipere canonē, licet emphyteutæ id testari: atq. Constantinopoli in fine triennij apud Præfectos Prætorio, aut apud Præfectum vrbis, aut apud competentem magistratum eius; qui accipere recusat, aut apud Patriarcham, si dominus potens sit; in prouincijs vero apud Præsidem, aut cum in ea vrbe non erit, apud Defensorem, aut apud Episcopum eius ciuitatis, ex qua recusans dominus est: et vnius eorum testimonium accipiet. Ac si ne tunc quidem canon recipiatur: pecunia non soluetur, et emphyteuta eam lucrabitur sequenti quoque tempore, quo ad dominus mittat, qui cum testatione eam reperat. ex quo tempore, non etiam ex superiore, canonem accipiet: ac triennio post eā testationem exacto emphyteutam soluere recusantem expellere poterit.

XXXIII. IDEM, IMP. *Religiosiss. Episcopis totius orbis.*

SACRAM constitutionem fecimus; qua nemini permisimus inuitam mulierem ancillā,

liberamve in scenam, aut in orchestram trahere, neque discedere volentem prohibere, ab eius fide iussoribus pecuniam pro hac re promissam repetendo. Sed, si quid huiusmodi fieret; et a clariss. prouinciarum Præsidibus, & a religiosiss. Episcopis earum ciuitatum, constituimus, vt prohiberetur. licentia vero præstita est Episcopis vna cum C L. viro prouinciæ Præside vel inuitas mulieres ad se ducere; ac vim inferentes, aut eos, qui prohibent, ne ab eo opere amoueãtur; publicatione bonorũ, et exilio coërcere. Si vero prouinciæ moderator est, qui vim infert, aut qui mutationẽ vitæ prohibet: liceat ad solum Episcopũ accedere eam, quæ id patitur, aut eius fideiussorem. Is vero se opponat magistratui, neque ei patiatur iniuriã fieri; aut si nõ fuerit huic rei satis idoneus: referat nostro imperio, vt debitas a nobis pœnas sustineat, fideiussionibus videlicet dissoluendis, et fide iussoribus sine damno cõseruandis. Potestas autẽ præbetur mulierib. liberis, ingenuisue ab ea vita separaris ad legitimas nuptias venire. Ac si contigerit honestissimis dignitatibus præditos eas ducere; non indigeant principali rescripto; sed potestatem habeant nuptias contrahendi, nuptialibus omnino instrumentis interuenientibus. Eademq. de filiabus scenicorum disposuimus. Illam itaque constitutionẽ quinto libro constitutionũ huius Codicis nostri nominis ad ciuiles magistratus inscriptã posuimus. Quoniã vero oportebat

per

per hanc nostrã sanctionem vobis quoque totiũs orbis Episcopis eadem significare: ea de causa placuit eadem pleniore interpretatione constituere; et hanc sacrã constitutionẽ fecimus; eamq. ad vos misimus: vt qui honestatẽ per sancte conseruatis, ac modestiã vobis vindicatis; hæc ipsa custodiatis. Sed et a magno deo nostro timorẽ, a nr̃o imperio vindictã, si quid eorum trãsgressum sit, caueatis. DAT. KAL. NOV. CP. DN. IVSTIN. PP. A. IV. ET PAVLINO COS.

XXXIIII. IDEM IMP. *Epiphanio sanctiss. huius felicis vrbis Archiepiscopo, & generali Patriarchæ.*

VEHEMENTER credimus sacerdotum puritatem, atque honestatem, item erga dominũ deum, et saluatorem nostrum Iesum Christum animi affectionem, ac perpetuas preces, quæ ab eis emittuntur, magnam tranquillitatem nostræ reipub. atque augmentum præstare. per eas licitum nobis fuisse barbaris imperare, et ab eis dominos cognosci; quæ antea minime fueramus assecuti; quantumq, eorũ honestas, atq. auctoritas crescit, tantũ nostram quoque remp. augeri credimus, Nam si illi vita honesta, et vndiq. innoxia præstent; reliqui omnes respiscẽt; et ad eorũ honestatẽ respiciendo a multis peccatis abstinebũt. cer

tumq. est ex eo et animas omnium meliores futuras; et facilius nobis a magno deo, saluatoreq. nostro Iesu Christo opportuna indulgētia tribuetur. Hæc itaq. nobis respicientib, renuntiatum præter expectationem est, quosdam diaconos, atq. etiam presbyteros; et quod grauius est, quodq. dicere veremur, nonnullos Episcopos partim non pudere alea ludere, et in eo inhonesto spectaculo, quod laicis quoq. a nobis plerumq. vetitum est apparere: partim vero non ludere, nec ludentes reprehendere; sed vel societatem cum lusoribus inire, vel turpissimæ rei spectatores esse; tum etiā inspicere non sine cupiditate res maxime inhonestas; blasphemiasq. audire, quas illic interuenire necesse sit; et manus, et oculos, atq. aures suas his ludis damnatis, atq. prohibitis inquinare: partim non obscure, aut ad equorū certamina accedere, aut etiam prouocare aliquos pro equor. victoria; vt per se, aut per alios inhoneste ludos agant; aut cum scenicorū, vel thymelicorum spectacula fiunt, vel eorum, qui cum bestijs in thearris pugnant, adesse spectatores; neque animaduertere, quod nuper imbutis, atq. honestatis venerandis mysterijs; ipsi prædicunt, vt ab eo dæmonū cultu auertantur, et ab omni eorū pōpa; cuius nō minimam partem hæc ipsa constituunt. Hæc quidem nos sæpe eos agere vetuimus; sed cernentes, quæ nobis renuntiata sunt, necessario ad hanc constitutionem conscribēdam peruenimus; tum

propter

propter nostrum erga pietatem studium; tum etiam propter sacerdotij ipsius, ac totius reip. vtilitatem. Sancimus itaq, vt nemo aut diaconus, aut presbyter, aut multo minus Episcopus, quod quemquam committere non credimus: cum in eorum creationib. preces ad Christum dominũ, deumq. nostrum fundantur; sanctus ille dei spiritus vocetur; et ipsis eorum capitibus, aut manib. sanctissima quæq. et nobis arcana mysteria admonentur: vt ipsis omnia sentiendi loca pura, et deo consecrata fiant. Nemo igitur eorum audeat deinceps post hanc nostram sacram legem ludere aliquo alearum lusu, aut societatem inire cum ijs, qui id agunt, aut sedere, ac voluptatem capere, aut pacisci de ijs, quæ illic fiant; aut accedere ad ea spectacula, quæ antea dicebamus, aut aliquid illic agere eorum, quæ ipsis interdicta sunt, quib. abstinere eos posthac omnino oportet. Quod enim antea factum erit, et si inquirẽdum erat, neq. oporteret ignoscere; tamen humanitatis causa præterimus, nostræ legis obseruationem futuris temporib. iniungendo, Namq, oportet clericos ieiunijs, vigilijs, ac diuinarum scripturarum meditationib. et maxime precib, vacare: et nõ ea omittere, et omnium maxime profana, atque prohibita attingere. Hoc ipsum sancimus in reliquis clericis, hypodiaconis scilicet, et lectoribus; qui sacræ mensæ, et ecclesiæ ornamentorum ministriac famuli constituti sunt: quiq. tractantes sacras

scripturas, alij sacras lectiones ex pijs libris nobis legunt, alij laudes, siue hymnos canũt. Si vero quis deinceps quicquam eorum agere deprehendatur; idque nuntiatum fuerit aut in hac felice vrbe Sanctitati tuæ, aut in prouincijs ijs, qui a te constituti sunt, religiosiss. Metropolitanis, aut ceteris Episcopis, quorũ ordinationẽ tuæ Beatitudinis sedes facit; ac si qua querella ea de re facta sit de diacono, aut presbytero, aut multo magis de aliquo ex religiosiss. Episcopis; tua tunc Beatitudo hic, & qui in prouincijs sub te sunt Metropolitani, et qui eis subsunt Episcopi, hæc cũ omni diligentia secundũ sacerdotij ordinem inquirant, atque scrutentur. Neq. tamen quæstio leuiter fiat, sed auditis fide dignis testibus, omnique via tentata, quo veritatem assequantur. Vt enim ipsos his rebus interdicimus, ita eosdem calumniari a quoquam prohibemus. Itaque si inquisitione propositis sacris scripturis facta, recte se habere criminatio videatur; atque probetur diaconum, aut presbyterum alea ludere, aut socium esse ludentium, aut ad huiusmodi ineptias adsidere, aut ad illa iam dicta accedere spectacula; aut forte aliquis religiosiss. Episcopus, quod numquam futurum credimus, his spectaculis se immiscat, aut cum ludentibus sedeat, particepsve eorum fieri ausus sit; eos statim a tua Beatitudine, aut a Metropolitano, aut ab Episcopo, a quo ordinatus est, si clericus est, a sacro ministerio amoueatur.

impo-

imponeturque ei canonica pœnitẽtia, ac tempus definietur, intra quod oportet ipsum ieiunijs, ac supplicationibus incumbere, magnumque deum ob crimen patratũ placare. Ac siquidem id tẽpus is, quem gestorum pœnitet, permansit lacrimis, resipiscentia, inedia, atque erga deum dominum orationibus abolitionem delicti petat: tunc is, a quo ordinatus est, hæc diligẽter inuestigans, atq. cognoscens, publicas pro eo preces fieri curabit; omni vero cura cohortetur eum, vt postea omni labe in suo sacerdotio abstineat; ac si videatur ipsum debite pœnituisse, tũc sacerdotum numero benigne restituatur. Si vero post suspensionẽ reperiatur nõ recte pœnitẽtia vti, eamq. contẽnere, et aperte contrarijs rebus animum suũ occupari: hunc quidem Antistes, sub quo censetur, a sacerdotũ numero expellat, eumq. omnino deponat: et nullam potestatem habeat ad sacerdotum ordinem redire. Sed siquidem facultates habeat, curiæ eius vrbis, in qua prius sacra faciebat; aut si curiã ea vrbs nõ habeat, alia curia eius prouinciæ, quæ magis curialib. indigeat, ipsum deinceps curialẽ suscipiet cũ facultatib. suis. Si vero facultates nõ habeat, pro priore sacerdotio cohortalis deinceps erit cohortis prouincialis; et quãdo diuinũ ordinem dereliquit, erit ordinis apparitorũ prouinciæ liũ, quod sibi hoc dedecus pro priore honore intulit. Hæc itaq. omnia sancimus in hac quidẽ felici ciuitate tuã obseruare Sanctitatẽ, et defensores,

et œco-

et œconomos, qui in singulis ecclesijs sunt, quib. curæ erit hæc inquirere, ac renuntiare, et deprehẽ sos annona priuare, eaq: præstatione, quæ a sacro sanctis ecclesijs eis præstatur. In prouincijs vero tum sanctissimi Metropolitani, qui a tua Beatitudine ordinati sunt; tum religiosiss. Episcopi, qui sub eis sunt; tum ecclesiarum defensores, atq. œconomi, qui pari modo, vt antea dicebamus; in hac re versabuntur; sacrumq. cultum vndiq. innoxiũ, atq. sincerum custodient. Hæc etiam obseruabũt gloriosiss. Præfecti nostrorum Prætoriorũ, hoc est qui in Oriente in subditas nobis nationes iurisdictionem obtinent, item qui Illyricæ, atq: Africanæ diœcesi præsunt, et eis obedientes cohortes. Sed et Clariss. Præsides prouinciarum, item Defensores ciuitatum. Atq. ipsi quidem, qui maximis magistratibus præsunt, nostram indignationem vereantur: sed non obtemperantes cohortes eorum decem auri librarum pœna multabuntur. Prouinciarum vero Præsides maiores, atque minores, et qui eis obediunt apparitores, item ciuitatum Defensores quinarum librar. auri pœnã timebunt: si hæc cognoscentes non ipsi quoque renuntiauerint Antistitibus, hoc est, aut religiosissimis Episcopis, aut reuerentissimis Metropolitanis, aut vniuscuiusq. prouinciæ sanctiss. Patriarchis pro qualitate eius prouinciæ, in qua censentur; vt illi hæc cognoscentes, sicut antea definitum est, omnes vlciscantur. Idem dicendum

est

est, si non curiæ ciuitatis, aut cohorti eum tradi sinant, qui in eo crimine deprehensus, ac depositus fuerit. Glorioſissimus autem Præfectus vrbis huius felicissimæ eadem hæc obseruabit; si in hac Regia vrbe quicquam commissum sit, vna cum ei obediente cohorte; et ipse quidem nostram vltionem, eius cohors decem librar. pœnam timebit. Sed nos quidem hæc sanciẽdo fecimus. Illud vero sine dubio est nos honestatem sacerdotum consecrare velle. Si vero ipsi contra ea, quæ ordinata sunt, faciant; eaq contemnant, nec vindicẽt; sed quadam forte humanitate, minime laudanda capiantur: præter pœnas cælestes, vltionem, quæ ipsis parata est, in illo dei tribunali, apud quod in decens negligentia eorum accusabitur, ac vindicabitur, expectent. Sin autem aliquis ciuiliũ magistratuum maiorum, atq. minorum; item apparitorum, ac Defensorum, aut ea cognoscens non renuntiauerit, aut cum vindicare potuerit, negligens fuerit, aut rem mercede prodiderit: sciat se præter pœnas a nobis antea enumeratas, passurũ etiam magni dei nostri vltionem, obnoxiusque erit illis omnib. imprecationibus, quæ sacris libris continentur. Vt vero hæc nos nõ alia de causa constituimus, quã propter domini nostri ministerium; ita illud quoq. adicimus, vt inquisitio cũ diligentia fiat, ac nemo calumniator insurgat, qui aut falso quemquam accuset, aut in eum testificetur. Namq. vt sacerdotib. si quid deliquissent,

illas

illas pœnas posuimus; ita ipsos, qui eos calũniari conantur; tum cælestibus, tum etiam legum nostrarum poenis volumus subiacere: et si postquã detulerint; aut persequi noluerint; aut sustinere accusationem nequiuerint. * DAT. PRID. NON. NOVEMB. CP. IVSTIN. PP. A. IV. ET PAVLINO V. C. COSS.

TIT. V. DE HAERETICIS ET MANICHAEIS.

Ex III. Synodo VI. Cõstitutio integra, cuius initium in nostris libris est DAMNATO.

IMPP. THEOD. ET VALENTIN. AA. Leontio Præf. vrbis.

DERITA a nobis pijssimæ religioni cultura eos, qui circa diuinitatem impie agũt, pœnis puniri dignis, et nominibus eorum prauitati conuenientibus appellari vult: vt exprobrationibus subditi æternam contumeliam delictorum sustineant; et neque viuentes extra supplicium, neque morientes sine cõtumelia esse noscantur. DAMNATO igitur mõstrosæ doctrinæ principe Nestorio, supereſt eiusdem sententiæ, & impietatis

pietatis socios nomini subicere vituperando: ne Christianorum vtētes vocabulo, eorum nomine decorentur, a quorum dogmate agentes impie recesserunt. Propterea sancimus, vt vbicumque Nestorij nefandæ sunt sectæ communicatores, Simoniani nuncupentur. Oportet enim eos, qui diuinitatis auersione illorū imitantur impietatē, appellationē illis sortiri consimilem. Quem admodum enim Ariani lege Diuæ memoriæ Constantini, Porphyriani propter similitudinem impietatis Porphyrij nominantur: qui veram religionem temptans verborum virtute cōprimere, libros sibimet sceleris, non eruditionis commēta dereliquit. Nullusq. præsumat eiusdem Nestorij nefandi, atque sacrilegi viri impios libros de venerabili orthodoxorū religione, et contra dogmata Episcoporum sancti Ephesini concilij retinere, aut legere, aut describere; quos oportet omni studio requisitos publice concremari. Hoc enim modo omni impietate radicitus amputata, simplex, et quæ potest seduci facile multitudo, nullū erroris semen aliquando poterit inuenire. Neque memoriam ita perditorum hominū in aliquo religionis colloquio aliter, quā Simonis nomine nūcupari; neq. domū eis, aut agrum, aut suburbanū, aut quemlibet alium locum cōuentus causa clā, aut aperte præberi. Tales enim decernimus omni licentia cōueniendi esse priuatos. cum omnibus palam sit; eum, qui transgreditur hanc legem, et

Nesto-

Nestorium imitatus, rerum suarum publicatione multabitur. Sublimis igitur, et clariss. tua potestas hanc constitutionem nostram ad notitiam vniuersorum prouincias habitantium præceptis sollemnib. peruenire procuret. Hanc autem legē in Latina, et Græca lingua posuimus, vt omnib. aperta sit, atq. nota. *DAT. III. NON. AVG. CP. DN. THEODOS. A. V. ET. QVI FVERIT NVNTIATVS.*

VII. CVRIALES.
VIII. QVICVMQVE.

Epitome 1 x. *Constitut. Martiani, Leonis, Zenonis, aut Anastasij Imp.*

HAERETICI more solito sepeliantur.

X. SIQVI ORTHODOXAE.

Epitome x 1. *Anastasij, aut Iustini Imp.*

VBICVMQVE Manichæi inueniantur, capite damnandi sunt.

Epitome 11 x. *eiusdē Iustini, (quæ refertur Nouella CIX.) cuius initium* HAERETICOS.

MANICHAEI, quidem vndiq. expelluntur, et capite damnantur: ceteri vero hæretici

tici (est autem hæreticus, qui orthodoxus nō est) item Pagani, Iudæi, et Samaritani prohibentur magistratū, aut dignitatem obtinere, et ius dicere, et Defensores, aut Patres ciuitatum fieri: ne habeant potestatem vexandi orthodoxos, neue negotium inferant cuiquam Christiano, aut etiam Episcopo, neque militare possunt, præter eos, qui ex genere cohortalinorum sunt, qui onera quidē sustinere, sed neque orthodoxos offendere, neq. eis in publicis, priuatisve causis vim vllā inferre permittuntur. Qui vero quid eorum facere tentauerit; quod gesserit, inualidum erit, ac xx. libras soluet et qui eos publicis causis inscribere curauerunt, itē viginti, Præsides quoq. quinquaginta. eæque omnes priuatis rebus inferantur. Excipiuntur tamen Gotthi, qui fœderati fiunt, et alias, vt principi placuerit honestantur. Contendentib. parentibus de fidei religione liberorum, ille præferatur, qui vult liberos orthodoxæ fidei sacris initiari.

Ex epitome Theodori Hermopolitæ pars cuiusdam capitis eiusdem constitutionis.

SI parentes fide, et religione diuersa sint; illius potius sententia obtineat, qui orthodoxam fidem filijs elegerit: quamuis pater sit is, qui contradicat. et non ideo molestè ferat, ac necessarijs eos alimentis, aut alijs sumptibus priuet.

Epitome XIII. *Iustini, vel Iustiniani Imp.*

HAERETICI patres, qui nullam habent iustã causam accusandi orthodoxos liberos, coguntur de suis facultatibus alimenta eis, ceteraque necessaria præbere. item orthodoxis in matrimonium collocare, dotesque, ac donationes ante nuptias arbitratu Præsidum, et Episcoporũ præstare. Orthodoxi liberi hæreticorum, qui non ingrati fuerunt; sine diminutione capient, quod eis ab intestato competit; vltimaq. dispositio alio pacto ordinata non valeat, saluis tamen libertatibus, nisi aliqua lege prohibeantur. Si vero quicquam offenderint contra parentes, accusentur, et pœnas dabunt. Habent autem hi quoq. ipsi, qui commiserunt ingratitudinem, quartam bonorũ partem ex testamento. Eadem in Iudæis, et Samaritanis valebunt.

Epitome XIIII. *eiusdem Imp.*

HAERETICI collegia facere, aut paraxynaxes, aut synodos nequeũt, neq. creationes, neque baptismata ordinare, neque Exarchos habere, neque Patres, aut Defensores creari; neque villas procurare, aut administrare per se, vel per interpositam personam, neq. quid ex prohibitis facere. Qui vero hæc contempserit, vltimo supplicio punietur.

Epitome

Epitome XV. *conflit.*

MANICHAEI solos orthodoxos liberos ab intestato successores habere possunt. qui si non existāt, fiscus bona eorum vindicabit, siue testamenta, siue legata, siue donationes fecerint.

Aliter ex collectione Basilicorum ordine litterarum.

MANICHAEI, qui filios habent orthodoxos, in eos solos bona ab intestato transmittant. Nemini vero alij in vita, aut morientes largiantur. Eorum enim bona omninò ad fiscales rationes perueniunt.

Epitome. XVI. *conflit.*

QVI ex Manichæo orthodoxus factus est, si ea facere reperiātur, in quibus aberrabat; aut saltem degere, aut cōuersari cum Manichæis, neque quam primū id legitimo iudici detulerit: vltimo supplicio puniatur. Item qui in dignitatib. vel militijs sunt, diligēter eos, qui inter ipsos huiusmodi sint, inquirant, ac deferant. Nam si Manichæus comprehensus dicat se aliquibus notum esse; pari modo illi plectentur, ac si eadem crimina cōmiserint, quamuis non sint Manichæi. Eodem enim pacto deliquisse videntur, qui norunt criminis auctores, neque eos prodere volūt. Qui libros Manichæorum habet, neque eos exhiber, vt comburantur; puniatur.

Epitome XVII. *Iustiniani, cuius initium est* SANCTAE. (*Refertur Nouella* CXXIX. *Iustiniani, et* CXLIIII. *quæ Iustini minoris* V. *est.*)

SAMARITANORVM synagogæ destruantur: ac si alias facere tentauerint puniantur. Nequeunt autem successores habere ex testamento, aut ab intestato præter orthodoxos; neque donare possunt, aut alio pacto alienare, atque transferre in eos, qui orthodoxi non sint. Sed fiscus prouidentia Episcoporum, ac Præsidum ea vindicabit.

Epitome XVIII. *eiusdem, (de qua const. vltima nil fallor.)*

QVAE de Samaritanis sancita sunt, de synagogis, ac successoribus eorũ; in Montanistis quoque, Ascodrogis, et Ophitis valeant. Soli etenim orthodoxi eis succedunt ex testamento, et ab intestato; itẽ soli legata capiũt. Ceteri vero hæretici, hoc est, qui orthodoxi non sunt, item Pagani, et Samaritani militare non possunt, neque dignitatem obtinere, neque publicam curam exercere, neque docere, neque aduocare. Si vero quis, vt horum aliquid consequatur, orthodoxum se esse simulauerit; atq. appareat eum vxorem, aut liberos hæreticos habere; neque eos ad rectam fidem traduxerit: repellatur. Si vero id etiam lateat; non poterit

terit quicquam donare, aut alio pacto in hæreticum trãsferre; sed ea omnia, et hæretico delatam hereditatem fiscus vindicabit. Etenim generaliter qui miscent se militiæ, aut dignitati, aut aduocationi, aut publicæ liberalitati, aut cuipiam collectioni, solos orthodoxos successores habebunt; et quæ quocumque pacto ex eorum bonis ad hæreticos peruenerint, fiscus vindicabit. Si alter coniugum orthodoxus fuerit, alter hæreticus: orthodoxos fieri liberos eorum oportet. Si vero quidã ex his orthodoxi facti sunt, quidam hæretici permanserint: orthodoxi tantum vtriusque parentis erũt heredes. Sed si omnes hæretici sint: cognati orthodoxi heredes erunt; aut eis non existentib. fiscus. Hæc constitutio varias pœnas imponit negligentibus, et hæc non exequentibus, aut non renuntiantibus magistratibus, et cohortibus tam ciuilibus, quam militaribus, item Episcopis; qui de Præsidibus negligentib. ad Principem referẽt. Poenæ vero ad fiscum pertinebunt.

XVIIII. COGNOVIMVS.

Epitome XX. *constit.*

HAERETICI, qui inter se conueniunt, aut synaxis, aut baptismatata faciũt, tamquam legũ transgressores puniãtur. item qui domus eis ad eam rem præbent, jis, quæ antea cõstituta sunt,

subiaceant. Soli orthodoxi intra sacra septa ergasteria habentes, non etiam hæretici immunitate fruantur; neque intra sacra septa negotientur; vt non sacra mysteria audiant. Montanistæ vero ne viuere quidem possunt cum ijs, qui ex eis orthodoxi facti sunt. et qui ab eis appellãtur Episcopi, ac clerici Constantinopoli expellantur. Emere quoque seruis prohibentur, item egeni ex eis honoraria munera ex iudicijs, aut ex ecclesijs non accipiant. Qui vero his præfecturam, quam non debet, tribuit, decem libris multetur, ac totidem propter negligentiam Præses, item Comes rerum priuatarum, eiusque apparitores.

XXI. QVONIAM.
XXII. DIVINAM.

TIT. IX. DE IVDAEIS ET CAELICOLIS.

Epitome 11. *cõstitutionis (cuius in Digestis capite* xv. *de excusationibus, et* 111. *de decurionibus. mentio fieri videtur.)*

IVDAEI in festis ipsorum diebus corporalia munera non subeunt.

III. IVDAEIS.
IIII. IN SYNAGOGAM.
Et ceteræ in hanc rationem aucto numero.

TIT.

TIT. X. NE CHRISTIANVM MANCIPIVM HAERETICVS VEL PAGANVS VEL IVDAEVS HABEAT VEL POSSIDEAT VEL CIRCVMCIDAT.

Epitome 11. *const.* (*quae refertur* LIIII. *constitutione de Episcopis, et clericis.*)

PAGANVS, Iudæus, et Samaritanus, quique orthodoxus non sit, non potest Christianum mancipium habere, nam et ipsum liberum erit, et qui id possederat, priuatis reb. x x x. libras inferet.

Aliter ex collectione Basilicorum ordine litterarum.

IVDAEVS Christianum mancipium non habeat; neque catechumenum circumcidat; neq. hæreticus Christianum mancipium habeat.

TIT. XI. DE PAGANIS SACRIFICIIS ET TEMPLIS.

Epitome IX. *const. cuius initium IVBEMVS.*

SI QVID donatum, derelictum ve sit locis, aut personis, aut collegio erroris Paganorum: id vrbs illa percipiet, in qua aut ipsæ personæ habitãt, aut sub qua loci ipsi sunt; et ad similitudinẽ principalium largitionum id dispensabitur. Paganorũ vero impietatẽ Præsides vindicabũt, et quæ maiora sua potestate erunt, referent Imperatori.

Epitome X. constitutionis.

QVI post sanctũ baptismain errore Paganorũ perseuerant, vltimo supplicio puniantur. Qui vero numquam baptizati sunt, ipsi, liberi, et cõiuges eorum, et omnes, qui in eius potestate sunt, ad sacrosanctas ecclesias perducantur; ac pueri si parui sint, sine mora baptizẽtur; maiores vero antea scripturas iuxta sacras regulas discãt. Sin autem, vt militiam, vel dignitatem cõsequantur, vel vt facultates possideant, ficte baptizati sint: tamen liberi, aut coniuges eorum, aut ij, qui in domibus sunt, aut qui ad eos pertinent, in erroribus suis esse permittant: bona eorum publicabuntur, et ipsi, vt oportet, plectentur, neq. in Repub. partem vllam obtinebunt. Si vero non baptizati sint, nec intererunt aliquo pacto in Repub. nec erũt rerum mobilium, aut immobilium domini: sed fiscus omnia vindicabit; et ipsi, vt oportet, punientur, atque exulabunt. Sin autem sacrificare, aut idola colere deprehendantur; vt Manichæi pœnas dabunt. Nullam disciplinam Pagani doceant, neq. publica annona, ne cũ sacra quidem forma, fruantur.

TIT. XII. DE IIS QVI AD ECCLESIAS CONFVGIVNT.

Epitome III. *constitutionis, cuius initium est*

PATEANT Theodosij, et Valentiniani Imperatorum.

NON

NON OPORTET eos, qui confugiunt ad ecclesias, aliquod armorũ genus habere, neque illic comedere, aut dormire: quando securi intra priores ianuas versantur in aulis, porticib. balneis, et hortis. Si vero à clericis admoniti, susceptoque sacramento de securitate præstanda, noluerint arma deponere; per satellites expellantur. Id tamen sine Episcoporum, ac Defensorum iussione facere non liceat.

Tota constitutio ex tertia Synodo.

IMPP. THEODOS. ET. VALENTIN. AA. Antiocho Præf. Prætorio et Cos.

VETVS quædam est, et ab errorum temporibus ducta consuetudo, iurisque naturalis constitutio; quæ propter pietatem semper obtinuit: vt diuina religio tam publicis prouinciarũ administrationibus, quam priuatorum hominũ vsu in omni tempore, atque natione extendatur. eaq. nõ solum in sublimi loco, sed quasi in altero cælo ponatur in terris: vt illo accedere puris, sanctisque solum fas sit. Ex quo illud quoq. euenit; vt omnibus suapte natura in animo sedeat, nullo pacto posse, quæ deo cõsecrata sunt, pollui; neq. aduersus diuinam potestatem, hominum iniuriæ locũ esse. Qui enim liceat inquinari ea, quæ semper pura esse necesse sit? aut qui sordere liceat iis, quæ semel deo consecrata, sacra esse numquam desinant? Quamuis itaque sciamus eos, qui nuper

nefarie, et barbaro quodã furore aduersus sacras aras irruere ausi sunt; neque polluisse, quod purũ; neque fædasse, quod sanctum erat: cum tamen factum sit, quod nullo pacto fieri speratum est; et vsque ad aras prauorum hominum audacia processerit: et vt non videantur impijs hominibus ea esse profana, quæ sacra sunt, neue in consecratis, ac deo dicatis locis ea liceant, quæ ne in alijs quidem passim iniuste fieri sinuntur, ac præterquam quod religionis, et pietatis obseruatio pura, et casta debet permanere: quamcumque iniuriam ab ecclesia omnipotẽtis dei arcemus, siue eorum, qui audaces vim inferunt, siue eorũ, qui eo inuiti confugere coguntur. Etenim si vana veterum paganorum superstitio, dijque, qui placebant, illorum quoque superstitionis obseruatio ita excolebatur, vt non quibuscumque aræ, sed certis sacerdotibus committerentur; ac templa quasi terris eminentiora in arce, et editioribus locis vrbiũ cõstituerentur: Hæc illi, qui idola, siue simulacra ab ipsis constructa adorabant; et cum maxima veneratione in ea vanitate versabantur: quanto nos decet magis religionem nostram cum omni obseruatione colere, et venerari? ad quos deus ipse cum vero cultu cœlum non derelinquens descendit? et quasi quadam inter deum, et homines permutatione facta, homo deum in terris suscepit: deus hominem in cælũ deduxit? Huc accedit id, quo in primis placatur deus; vt relictis supremæ pote-

potestatis negotijs, nobis salutis, vitæ, et tranquillitatis hominum curæ est: quod cum instrũ nobis sit, nullo pacto alterum alteri sine vtriusque læsione cõiungimus: vt neq. ecclesiasticis domibus, aut sacris altaribus ex confugientium pertinacia, ignauia, temeritate, imprudentia, audacia, atque furore indecora fiat iniuria; et vt miserorum, ac derelictorum solus, extremusque portus latiori sinu facto comprehendatur. nemini enim tempestatem maris, scopulosque declinanti oportet terrarum auferre tranquillitatem. Bellum, in quo acies consistunt, profugis securitatem præstat: asylumque aliquando protectionis ijs, qui varijs accusationibus obnoxij sunt, legum auctoritate exclusis; atque vt nullo pacto fugientibus expelli videatur humanitas; aram salutis in nostris quoque statuis vetustas constituit; et qui vestigia nostrarum imaginum cõsequuntur, minis aduersæ fortunæ liberati, et securi redduntur. Cum igitur statuas tãgere propter imperialem venerationem supplicibus tantum auxilij præstet: quantũ oportet præsidij sacratissimas aras cõfugientibus præstare?

PATEANT igitur dei magni tẽpla miseris; confugientes supplices communis ara suscipiat; et diuinum auxilium omnibus publice ex sacris ædibus cõpetens nullius iracũdia quasi superiori excludat. Quæ enim calamitatibus misericordia relin-

relinquetur: si naufragos littore excludas: aut fontem sitientibus conturbes? quæve humanis necessitatibus supereſt medicina: si eis deus ipse denegatur? Sancimus itaq. vt nostris temporibus nõ solum aræ ipsæ sacræ, et populi orantis locus ambitu murorum quadrato cinctus tutelam confugientibus præstet: sed si quid extra ea sit vsque ad vltimas templi ianuas, in quas primũ ad orandum venientes incidimus, misericordiæ aram confugiẽtibus esse iubemus. vt quæ intra templum in eum locum confugientibus descripsimus, et intra primas post publica loca sacræ ecclesiæ ianuas circũscripta sunt, siue in domibus, siue in hortis, siue in aulis, atrijsve, siue in balneis, siue in porticibus sint: ingrediẽtibus profugis, vt in intimo templo, obseruentur. Ac quamuis religionis præsertim, et pietatis ratione, quæ parũ absunt a loco sacro, non paruæ tutelæ loco esse definiantur: tamen vt securitatem cõfugientibus porrigamus, et timẽtibus auxilium præstemus: omnem illum ambitum indifferenter portum trãquillitatis esse iubemus; ac nemo ad eos repellendos sacrilegas manus iniciat: ne si id ausus fuerit, ipse in calamitate constitutus auxilium petere, atq. confugere habeat. Huius autem spatij latitudinem metus tempore vt degere, vel obambulare humanitatis causa patimur; ita vt nulli ex profugis liceat in dei templo, aut circa sacras aras habitare, aut comedere, aut dormire, aut pernoctare. Idq. clerici qui-

quidem religionis causa prohibeant; cõfugientes vero pietatis gratia abstineant: vt neque qui confugiunt, profana mente confugere videantur, religioni suos priuatos vsus commiscentes; neque qui possunt tam turpia a sacris ædibus depellere, sanctitatem, quam colunt, lædere videantur.

Horum altero euenìente omnino resistere melius est clericos hisce humanis, et naturalibus sacri altaris iniurijs, et si audaces, quam impij, et erga homines, quam erga deum peccare potius censeantur; cum præsertim post hanc propositam legem, ne inhumanitatis quidē vlla suspicio iure ipsos clericos tanget. Quoniam vero metui prouisum est, ac securitati eorum, qui confugiunt: ne humanis vsibus, ac necessitatibus sorderet dei templū; neve sacra mysteria iniurioſa infirmitate miscerentur; neve sacra profanis cõtaminarentur; neve religiosæ res sordidis fædẽtur: auxilium quidem petere profugos non vetamus; sed et latioribus finibus, ac longioribus spatijs eos tutos esse decreuimus: suo vero decori clementiæ obseruato, ærea arma, aut ex alia materia nullo pacto confugiens habere, aut inferre intra ecclesiam iubemus. eaque non solum a sacris ædibus, atque aris, vt cetera arcemus: sed a domibus, cænaculis, hortis, balneis, atrijs, et porticibus, quæ antea tutelæ esse confugientibus diximus. Neque enim fas est sanctissimis templis, aut ecclesiasticis locis ad instructionem dissensionis, ac belli, telorum materiam

riam inferre. Sufficiat confugientibus diuinum auxilium; cum deo et arma, et leges, et imperium subsit. Namque nos etiam, qui semper imperandi iure armis stipamur, quoſque non decet ſine ſatellitibus eſſe, cum ad dei templum accedimus, foris arma derelinquimus, diademaque deponimus, atque ea imago deminutionis imperij maior nobis ipſius imperij honos eſſe ducitur. Ad ſacra autem altaria dona tantum offerentes accedimus; et in ſacrum, qui ea circumſtat ambitum, vt ingreſsi ſumus, eximus; neque quicquam e ſacris nobis ipſis vindicamus. Quamobrem qui ſine armis ad ſacras dei ædes, et ad ſanctiſs. altaria in hac vrbe, aut in quacumque prouincia cõfugiunt; dormire in eccleſia, aut prope altaria, aut cibum ſumere a clericis oportet ſine vlla iniuria prohiberi. Ita enim decet hoc contra illos conſtitui; vt non videatur iniuriam facere, qui prohibet: ſed rationem religionis habere et id, quod fiet, ſanctitatis, et puritatis cauſa fieri confugientibus renuntient; eoſque doceant nihil religioni cum hominũ vſu eſſe commune. Eis etiam ſingilatim oſtendent ſpatia intra eccleſiæ ambitũ, quæ eorum tutelæ, et tranquillitati definita ſunt; capitalemque pœnam aduerſus temere irruentes indictam eſſe facient certiores: vtque non oporteat religionem humanis ſordibus contaminari, aut iniuria naturalis neceſſitatis fædare eos, qui ob eandem religionem ſine iniuria eſſe cupiunt. Quod ſi quiſquam his omnibus

bus non consenserit, et obediuerit: religio tum lenitati præferatur; et ex sacris locis in alia iam dicta ducatur, eiusq. comprimatur audacia. Sit enim qui nimis timidus est, sine periculo; non tamē religio humani vsus immixtione fœdetur. Qui verò auxiliū a deo optimo maximo petunt, atque cum armis sanctissima tēpla ingrediūtur; aut cum eo apparatu, qui naturali, ac gentiū iure a religione amouetur; non solū inferre in eam puritatem sacrorū, sed etiam ea sacris coniungere student; quæ iuuare, aut audire, aut videre barbarū est; quodq. plurimis, atq. maxime acerbis pœnis coērcēdum est, neque eius rei admonitiones ferendæ sunt.

Quam enim spem in religione ponit, qui eidē hanc iniuriam facit armis circūdatus ingrediēdo? Si vero quem quā sic furor occæcauerit, et irritauerit, vt nōstras sanctiones negligat; et ad quamcumq. partem ecclesiæ, siue intra templū, siue ad illum ambitum, aut extra venerit: statim eum ex Episcopi auctoritate apud solos clericos, vt seuerius hæc fiant in eorum salutem, arma deponere cogi iubemus. damusque ei spem, atque fiduciam, vt religione potius, quam armorum tutela muniatur. Si vero nostræ legis auctoritate, et ecclesiasticorum voce cōmoniti in suæ ignorantiæ pertinacia perseuerauerint; neq. arma dimiserint, quæ præter fas nō salutis, sed quasi tyrannicæ, ac sacrilegæ audaciæ causa susceperūt: tot, ac tantis præceptis placata religione, et a nra trāquillitate, et ab Episcopis deo purgatione cōcessa iuxta eo-

rum crimina, ab armatis etiam hominibus se euel
lendos nouerint, omnibusque pœnis subiciendos.
Fient autem ea non impie; quando ita pati eos
oportet, quorum aspera, atque crudelia crimina
sint. Quid enim non ex ijs, quæ nuper ausi sunt
aduersus religionem, et deum ij, qui valde miser
randi videbantur, timeri, aut suspicari nos decet?
et ob eam causam non omnem viam, atque occa
sionem amoueri furoris oportet? vt ne quod exẽ
plum furor quidam tragicus prius patrauit; idem
rursus, quod absit, sacrilegij instar audeat. Sed
neque sine decreto, ac iussione Episcopi, aut etiã
nostrorum iudicum huius vrbis, aut aliarũ quã
rumcumque armatum oportet extra ecclesiam
trahi: ne si aduersus illos miseros homines multis
id, ac varijs hominibus liceat: confusio quædam,
atque tumultus excitetur. Namque timere eos,
qui cum armis confugiunt, volumus; vt emen
dentur: item eis auferri arma, non de capite, ac sa
lute periclitari. atque hoc præsertim per hanc le
gem sancimus: vt hæ nefandæ, ac sacrilegæ com
motiones, aut vna cum earũ initijs armis statim
depositis ex optima sacerdotum admonitione
sedentur: aut in illa turpissima contumacia per
manentes per clarissimam potestatem propter
deeus iustitiæ, et puram religionis venerationem
compescantur. Hæc, quæ de religione pie, ac cum
omni obseruatione venerationis, honoris, puri
tatis, sanctitatis, pudoris, ac pietatis a confugien
tibus

tibus præsertim seruari iussimus, neque propter religionem exclusa clementia, neque propter clementiam religione contempta; sed vtrique suum locum reliquimus; propositis ad vniuersum orbé edictis ad cunctorum cognitionem peruenire curabis: vt et confugientes propter eorum, quæ definita sunt, lenitatē securi sint; et nullius hominis temeritas, quæ in religionis honorem constituta sunt, dissoluat. PROPOSITA INDICTIONE XIIII. PHARMVTHI. MENSIS XII. DAT. X. KAL. APRIL. CP. ANTIOCHO V. C. COS. ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

IIII. SI SERVVS.
V. DENVNTIAMVS.
VI. PRAESENTI.

Epitome VII. *Constitutionis.*

QVI habet actionem, aut controuersiam cum altero, non perturbet ecclesiam per se, nec per alium: sed referat magistratibus. Si vero Imperatore in crimine hoc egeat, per Archiepiscopū doceatur. Qui contra fecerit; puniatur.

Epitome VIII. *Constitutionis.*

QVI dum Princeps festo die ad magnam ecclesiam accedit, clamoribus vtitur: res, ob

quas clamat, perdat; et a Præfecto vrbis expulsus resipiscat. Si vero quis propter aduersarij potentiam ad ecclesiam confugerit: per Patriarcham, ac defensores ecclesiæ Imperator cognoscet.

HACTENVS omnium Græcarum Constitutionũ, aut verba, aut epitomes reperimus. In his, quæ sequuntur, minus felices fuimus. Nam et per multas desideramus, et epitomis minus plenis vsi sumus.

TIT. XVII. DE VETERE IVRE ENVCLEANDO.

II. Constitutio (in Etruscis Pandectis Græca reperitur, item Latina in hæc verba.)

IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI IESV CHRISTI.

IMPERATOR CAESAR, Flauius, Iustinianus, Alamannicus, Gotthicus, Frangicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclutus, Victor, ac Triumphator, semper Augustus ad Senatum, et omnes populos.

TANTA circa nos diuinæ humanitatis est prouidentia, vt semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica æterna pace sopita, postque Vandalicam gentem

gentem ereptam, et Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano imperio iterum socia tam; et leges antiquas iam senio prægraiatas per nostram vigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem, et moderatum peruenire compendium, quod nemo ante nostrũ Imperium vsquam speravit, neq. humano ingenio possibile esse penitus existimauit. Erat enim mirabile Romanam sanctionem ab vrbe condita vsque ad nostri imperij tempora, quæ pæne in mille, et quingẽtos annos concurrunt, in testinis proelijs vacillantem, hoc que et in imperiales constitutiones extendentem in vnam reducere consonantiam: vt nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inueniatur, et ne geminæ leges pro rebus singulis positæ vsquam appareant, namque hoc cælestis quidem prouidentiæ peculiare fuit: humanæ vero inbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus præsidium; et summo numine inuocato deum auctorem, et totius operis præsulem fieri optauimus, et omne studiũ Triboniano viro excelso, Magistro Officiorum, et Exquæstare sacri nostri palatij, et Exconsule credidimus, eique omne ministerium huiusce modi ordinationis imposuimus; vt ipse vna cum alijs (viris) illustribus, et prudẽtissimus iuris nostrũ desiderium adimpleret. nostra quoq. maiestas semper inuestigando, et perscrutando ea, quæ ab his cõponebantur, quidquid dubium,

et incertum inueniebatur, hoc numine cæleſti recte emendabat, et in competentem formam redigebat. Omnia igitur cõfecta ſunt domino, et deo noſtro Ieſu Chriſto poſsibilitatem tam nobis, quam noſtris in hoc ſatellitibus præſtãte. Et principales quidem conſtitutiones duodecim libris digeſtas iam ante in Codicem noſtro nomine præfulgentem contulimus. poſtea vero maximum opus adgredientes, ipſa vetuſtatis ſtudioſiſsima opera iam pæne confuſa, et diſſoluta eidem viro excelſo permiſimus tam colligere, quam certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, a præfecto viro excelſo ſuggeſtũ eſt, duo pæne milia librorum eſſe conſcripta, et pluſquam trecentiens decem milia verſuum a veterib. effuſa, quæ neceſſe eſſet omnia, et legere, et perſcrutari, et ex his, ſi quid optimum fuiſſet, eligere. Quod cæleſti fulgore, et ſummæ trinitatis fauore confectum eſt ſecundum noſtra mandata, quæ ab initio ad memoratum virum excelſum fecimus; & in quinquaginta libros omne, quod vtiliſsimum erat, collectum eſt; et omnes ambiguitates deciſæ, nullo ſeditioſo relicto. nomenque libris inpoſuimus Digeſtorum, ſeu Pandectarum, quia omnes diſputationes, et deciſiones in ſe habẽt legitimas, et quod vndique fuit collectum, hoc in ſinus ſuos receperunt, in centum quinquaginta pæne milia verſuum totũ opus conſummantes. et in ſeptem partes eos digeſsimus non perperam, neque ſine

ratione

ratione; sed in numerorum naturam, et artem respicientes, et consentaneam eis diuisionem partiũ conficientes. Igitur prima quidẽ pars totius contextus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, in quattuor libros seposita est. Secundus autem articulus septem libros habet, qui DE IVDICIIS appellantur. In tertia vero congregatione omnia, quæ DE REBVS nominantur, contulimus octo libris eis deputatis. Quartus autem locus, qui et totius compositionis quasi quoddam inuenitur vmbilicũ, octo libros suscepit, in quibus omnia, quæ ad hypothecam pertinent, reposita sunt; vt non pigneraticia actione in libris DE REBVS posita multũ distarent. Alio libro eodem inserto volumine, qui Aedilicium edictum, et redhibitoriam actionem, et duplæ stipulationẽ, quæ de euictionibus proposita est, continet. quia hæc omnia titulis emptionum, et venditionum consentanea sunt; et prædictæ actiones, quasi pedisequæ illarum ab initio processerunt: in vetustioris quidẽ edicti ordinatione in loca deuia, et multũ distantia deuagantes; per nostram autem prouidentiam his cõgregatæ: cum oportuerat ea, quæ de eodem pæne loquuntur, in confinio ponere. Alius itaque liber post duos primos nobis excogitatus est de vsuris, et traiecticijs pecunijs, et de instrumentis, et testibus, et probationibus, nec nõ præsumptionibus. et memorati tres singulares libri iuxta compositionem DE

REBVS positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus, vel nuptijs, vel dotibus legibus dicta sunt, reposuimus, tribus librorũ voluminibus ea concludentes. De tutelis autẽ, et curationib. geminos libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis reposuimus, omnia vndique tam vtilissima, quã pulcherrima iura continentem. Quintus autem exoritur nobis Digestorum articulus, in quem de testamentis et codicillis tam priuatorum, quam militum omne quidquid antiquis dictũ est, inueniat quis depositum, qui DE TESTAMENTIS appellatur. De legatis autem, et fideicommissis quinque librorũ numerus adgregatus est. Cumq. nihil tam peculiare fuerat, quam (vt) legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicõmissis autem Senatusconsulti Trebelliani: singulis libris vtriq. eorũ applicatis tota pars quinta in nouem libros coadunata est. Solum autem Senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimauimus. Captiosas etenim, et ipsis veteribus odiosas Pegasiani Senatusconsulti ambages, et vtriusque Senatusconsulti ad se tam superuacuas, quam scrupulosas diuersitates respuentes totum ius super his positum Trebelliano Senatusconsulto adiudicauimus. Sed et in his nihil de caducis a nobis memoratum est. ne causa, quæ in rebus nõ prospere gestis, et tribus tẽporibus, Romanis increbuit calamitatibus bello coalescens ciuili, nostris remaneat

maneat temporibus, quæ fauor cælestis, et pacis vigor firmauit, et super omnes gentes in bellicis periculis posuit. ne luctuosum monumentum læta sæcula inumbrare concedatur. Sexta deinde pars Digestorum exoritur, in quibus omnes bonorum possessiones positæ sunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos respiciũt: vt et ius omne, quod de gradibus, et adfinitatibus descendit, legitimæque hereditates, et omnis ab intestato successio, et Tertullianum, et Orphitianum Senatusconsultum, ex quibus mater, et filij inuicem sibi heredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionum multitudinem in compendiosum, et manifestissimum ordinem concludentes. Post hæc ea, quæ de operis noui nuntiationibus, damnique infecti, et pro ædificijs dirutis, et eorum insidijs, et quæ de aqua pluuia arcẽda veteribus auctoribus placita sunt. necnon de publicanis, et donationibus tam inter viuos, quam mortis causa conficiendis cauta legibus inuenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem, et de liberali causa alius liber respondit; quemadmodum et de adquisitione tam dominij, quam possessionis, et titulis, qui eam inducunt, multæ, et variæ lectiones vni sunt insertæ volumini. alio libro deputato his, qui iudicati, vel in iure confessi sunt, et de bonorum detentionibus, et venditionibus, et vt ne quid in fraudem creditorũ fiat.

Postque hæc, omnia interdicta glomerata sunt; et deinceps exceptiones, et de temporum prolixitatibus; et de obligationibus, et actionibus liber item singularis extenditur: vt præfata sexta pars totius Digestorum voluminis octo libris definiatur. Septimus autem, et nouissimus articulus Digestorum sex libris formatus est, quos de stipulationibus, seu verborum obligationibus, et fideiussoribus, et mandatoribus, necnon nouationibus, et solutionibus, et acceptilationibus, et de Prætorijs stipulationibus omne, quod ius inuenitur, gemino volumine inscriptum est, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo terribiles libri positi sunt pro delictis priuatis, et extraordinarijs, necnon publicis criminibus, qui omnem continent seueritatem, pœnarumque atrocitatem. quibus permixta sunt et ea, quæ de audacibus hominibus cauta sunt, qui se cælare conantur, et contumaces existunt; et de pœnis, quæ condemnatis infliguntur, vel conceduntur, necnon de eorũ substantijs. Liber autem singularis pro appellationib. nobis excogitatus est contra sentẽtias, tam ciuiles, quam criminales causas finientes. Cetera autem omnia, quæ de municipalibus, vel de decurionibus, et muneribus, vel publicis operibus, vel nũdinis, et pollicitationibus, et diuersis cognitionibus, et censibus, vel significatione verborum veteribus inuenta sunt, quæque regulariter definita, in sese tecepit quin-

quagensimus totius consummationis perfectus. Quæ omnia confecta sunt per virum excelsum, nec non prudentissimũ Magistrum, Ex quæstore, et Exconsule Tribonianũ, qui similiter eloquentiæ, et legitimæ scientiæ artibus decoratus, et in ipsis rerum experimẽtis emicuit, nihilque maius, nec carius nostris vmquam iussionibus duxit: nec non per alios viros magnificos, et studiosissimos perfecta sunt; id est Constantinũ virum Illustrem Comitem sacrarum largitionum, et Magistrum scrinij libellorum, sacrarumque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione, et gloria sese commendauit: necnon Theophilum virum Illustrem Magistrum, iurisque peritum in hac splendidissima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: et Dorotheum virum Illustrem, et facundissimum Quæstorium, quem in Berutensiũ splendidissima ciuitate leges discipulis tradentem propter eius optimam opinionem, et gloriam ad nos deduximus, participemque huius operis fecimus. Sed et Anatolium virum Illustrem Magistrum, qui et ipse apud Berutenses iuris interpres constitutus ad hoc opus allectus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedens. cũ et pater eius Leontius, et auus Eudoxius, qui post Patricium inclytæ recordationis Quæstorium, et Antecessorem; et Leontium virũ gloriosissimum Præfectorium, Consularem, atque Patricium filium eius, optimam sui memoriam

in legibus reliquerunt. necnon Cratinum virum Illustrem, et Comitem sacrarum largitionum, et optimum Antecessorem huius almæ vrbis constitutum. Qui omnes ad prædictum opus electi sunt, vna cum Stephano, Mena, Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Constantino, Iohanne iuris prudentissimis, qui patroni quidem sunt causarum apud maximam sedem Præfecturæ, quæ Orientalibus Prætorijs præsidet. Omne autem suæ virtutis testimonium vndique accipientes, et a nobis ad tanti operis consummationem electi sunt. et cum omnes in vnum conuenerint; gubernatione Triboniani viri excelsi, vt ratum opus nobis auctoribus posset conficere, deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus consumatum est. Tanta autem a nobis antiquitati habita est reuerentia; vt homina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo. Sed vnus quisque eorum, qui auctor legis fuit, nostris Digestis inscriptus est, hoc tantummodo a nobis effecto, vt si quid in legibus eorum vel superuacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum visum est, vel adiectionem, vel deminutionem necessariam acciperet, et rectissimis tradatur regulis, et in multis similibus, vel contrarijs, quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est. vnaque omnibus hac auctoritate indulta, vt quidquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat, et ex nostra voluntate com-

compositum: nemine audente comparare ea, quæ antiquitas habebat, et quæ nostra auctoritas introduxit; quia multa et maxima sunt, quæ propter vilitatem rerum transformata sunt: adeo vt, et si principalis constitutio fuerat ab veteribus libris relata, nequeiei pepercimus: sed et hoc corrigendum esse putauimus, et in melius restaurandum: nominibus etenim veteribus relictis quidquid legum veritati decorum, et necessarium fuerat, hoc nostris emendationibus seruauimus. et propter hanc causam, et si quid inter eos dubitabatur, hoc iam in cutissimam peruenit quietem nullo titubante relicto. Sed cum prospeximus, quod ad portandam tantæ sapientiæ molem non sunt idonei homines rudes, et qui in primis legum vestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant: et aliam mediocrem emendationem præparandam esse censuimus, vt sub ea colorati, et quasi primitijs omnium imbuti possint ad penetralia eorum intrare, et formam legum pulcherrimam non conniuentibus oculis accipere. Et ideo in Trebonianō viro excelso, qui ad totius operis gubernationem electus est, necnon Theophilo, et Dorotheo viris Illustribus, et facundissimis Antecessoribus accersitis, mandauimus, quatenus libris, quos veteres composuerunt, qui prima legum argumenta continebant, et Institutiones vocabātur, separatim collectis, quidquid ex his vtile, et aptis-

et aptissimum, et vndique sit elimatum, et rebus, quæ in præsenti æuo in vsu vertuntur, consentaneum inuenitur; hoc et capere studeant, et quattuor libris reponere, et totius eruditionis prima fundamenta, atque elementa ponere; quibus iuuenes suffulti possint grauiora, et perfectiora legum scita sustentare. Admonuimus autem eos, vt memores etiam nostrarum fiant constitutionum, quas pro emendatione iuris promulgauimus; et in confectione Institutionum etiam eandem emendationem ponere non morentur: vt sit manifestum, et quid antea vacillabat, et quid postea in stabilitatem redactum est. Quod opus ab his perfectum, vt nobis oblatum, et relectum est; et prono suscepimus animo, et nostris sensibus non indignum esse iudicauimus; et prædictos libros constitutionũ vicem habere iussimus. quod et in oratione nostra, quam eisdem libris præposuimus, apertius declaratur. Omni igitur Romani iuris dispositione composita, et in tribus voluminibus, id est Institutionum, et Digestorum, seu Pandectarum, necnon Constitutionum, perfecta, et in tribus annis consummata, quæ vt primum sperari cœpit, neque in totum decennium compleri sperabatur: omnipotenti deo, et hanc operam ad hominum sustentationem pijs optulimus animis, vbereque gratias maximæ pietati reddidimus, quæ nobis præstitit et bella feliciter agere, et honesta pace perpotiri, et non tantum

nostro,

noſtro, ſed etiam omni æuo tam inſtanti, quam poſteriori leges optimas ponere. Omnibus itaq. hominibus eandem ſanctionem manifeſtam facere, neceſſariũ eſſe perſpeximus: vt ſit eis cognitum, quanta confuſione, et infinitate abſoluti, in quam moderationem, et legitimam veritatẽ peruenerunt. legeſque in poſterum habeant tam directas, quam conpendioſas, omnibuſq. in promptu poſitas, et ad poſsidendi libros earum facilitatem idoneas: vt non mole diuitiarum expenſa, poſsint homines ſuperuacuæ legũ multitudinis adipiſci volumina; ſed viliſsima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus, quam tenuioribus minimo pretio magna prudentia reparanda. Si quid autem in tanta legum compoſitione, quæ ab immenſo librorũ numero collecta eſt, ſimile forſitan raro inueniatur: nemo hoc vituperandum exiſtimet: ſed primum quidem inbecillitati humanæ, quæ naturaliter ineſt, hoc inſcribat: quia omnium habere memoriam, et penitus in nullo peccare diuinitatis magis, quam mortalitatis eſt, quod et a maioribus dictũ eſt: deinde ſciat, quod ſimilitudo in quibuſdam, et his breuiſsimis adſumpta non inutilis eſt; et nec citra noſtrum propoſitum hoc ſubſecutum. aut enim ita lex neceſſaria erat, vt diuerſis titulis propter rerũ cognationem applicari eam oportuerat; aut cum fuerat alijs diuerſis permixta, impoſsibile erat eã per partes detrahi, ne totum cõfundatur. et in his par-

partibus, in quibus perfectissime vitiones veterũ expositæ fuerãt, quod particulatim in eas fuerat sparsum, hoc diuidere, ac separare penitus erat in ciuile: ne tam sensus, quam aures legẽtium ex hoc perturbentur. Simili q. modo, si quid principalib. constitutionibus cautum est, hoc in Digestorum volumine poni nullo concessimus modo; quasi constitutionũ recitatione sufficiente: nisi et hoc raro ex isdẽ causis, quib. similitudo adsumpta est. Cõtrarium autem aliquid in hoc codice positũ, nullum sibi locũ vindicabit, nec inuenitur, si quis supriti animo diuersitatis rationes excutiet: sed est aliquid nouum inuentũ, vel occulte positum, quod dissonantiæ querellã dissoluit, et aliam naturam inducit discordiæ fines effugientem. Sed et si quid forsitan prætermissum est, quod in tantis mihibus, quasi in profundo positũ latitabat; et cũ idoneũ fuerat poni, obscuritate inuolutum necessario derelictum est: quis hoc adprehendere recto animo possit? primo quidẽ propter ingenij mortalis exiguitatem, deinde propter ipsius rei vitiũ, quod multis inutilibus permixtũ nullam sui aduertendũ præbuit copiã; dein quod multo vtilius est pauca idonea effugere, quã multis inutilibus homines prægauari. Mirabile autẽ aliquid ex his libris emersit; quod multitudo antiqua præsente breuitate paucior inuenitur. Homines etenim, qui antea lites agebant, licet multæ leges fuerant positæ, tamen ex paucis lites perferebant, vel pro-

pter

pter inopiam librorũ, quos cõparare eis inpossibile erat, vel propter ipsam inscientiam; et voluntate iudicũ magis, quã legitima auctoritate lites dirimebantur. In præsenti autẽ consummatione, nostrorũ Digestorum e tantis leges collectæ sunt voluminibus, quorũ et nomina antiquiores homines non dicimus nesciebant, sed nec vmquam audiebant. Quæ omnia collecta sunt substantia amplissima cõgregata: vt egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentissima autem breuitas nostra efficiatur. Antiquæ autem sapientiæ librorũ copiam maxime Tribonianus vir excellentissimus præbuit, in quibus multi fuerãt et ipsis eruditissimis hominib. incogniti; quibus omnib. perlectis, quid quid ex his pulcherrimũ erat, hoc semotũ in optimam cõpositionem nostram peruenit. Sed huius operis conditores non solum ea volumina perlegerunt, ex quib. leges positæ sunt; sed etiam alia multa, quæ nihil vel vtile, vel nouũ eis inuenientes, quod exceptũ nostris Digestis applicarẽ, optimo animo respuerunt. Sed quia diuinæ quidẽ res perfectissimæ sunt; humani vero iuris cõditio semper in infimũ decurrit, et nihil est in ea, quod stare perpetuo possit; multas etenim formas edere natura nouas deproperat; non desperamus, quædam postea emergi negotia, quæ adhuc legum laqueis non sunt innodata. Si quid igitur tale contigerit; Augustum imploretur remedium; quia ideo imperialem fortunam rebus

hũma

humanis deus præposuit; vt possit omnia, quæ nouiter contingunt, et emendare, et componere, et modis, et regulis competentibus tradere. et hoc non primum a nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia. cum et ipse Iulianus legum, et Edicti perpetui suptilissimus conditor in suis libris hoc rettulit; vt si quid imperfectum inueniatur, ab imperiali sanctione hoc repleatur. et non ipse solus, sed et diuus Hadrianus in compositione Edicti, et Senatusconsulto, quod eam secutum est; hoc apertissime definiuit: vt si quid in Edicto positum non inueniatur, hoc ad eius regulas, eiusque coniecturas, et imitationes possit noua instruere auctoritas. Hæc igitur omnia scientes, Patres conscripti, et omnes orbis terrarũ homines, gratias quidem amplissimas agite summæ diuinitati, quæ vestris temporibus tam saluberimum opus seruauit. quo enim antiquitas digna diuino non est visa iudicio; hoc vestris temporibus indultum est. Hasce itaque leges et adorate, et obseruate omnibus antiquioribus quiescẽtibus; nemoque vestrum audeat vel comparare eas prioribus, vel si quid dissonans in vtroque est, requirere: quia omne, quod hic positum est, hoc vnicũ, et solum obseruari censuimus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, vbi leges necessariæ sunt, ex alijs libris, nisi ab isdem Institutionibus, nostrisque Digestis, et Constitutionibus a nobis compositis, vel promulgatis, aliquid vel recitare,

vel

vel ostendere conetur; nisi temerator velit falsitatis crimine subiectus, vna cum iudice, qui eis audientiam accomodabit, pœnis grauissimis laborare. Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterũ libris hæc consummatio ordinata est, iussimus et hoc in primordijs Digestorum nostrorum inscribi: vt manifestissimũ sit, ex quibus legislatoribus, quibusque libris eorum, et quot milibus hoc Iustitiæ Romanæ templum ædificatum est. Legislatores autem, vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere erãt, et quos, et anteriores pijssimi principes admittere nõ sunt indignati: omnibus vno dignitatis apice inpertito, nec sibi cuidam aliquam prærogatiuã vindicante. Cum enim constitutionum vicem et has leges optinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam esse intellegatur, cum vna dignitas vna potestas omnibus est indulta? Hoc autem, quod et ab initio nobis visum est, cum hoc opus fieri deo adnuente mandabamus; tempestiuum nobis videtur, et inpræsenti sancire: vt nemo neque eorũ, qui in præsenti iuris peritiam habent, neque postea fuerint, audeat commentarios isdem legibus adnectere: nisi tantum si velit eas in Græcam vocem transformare sub eodem ordine, eaque consequentia, sub qua et voces Romanæ positæ sunt; hoc quod Græci κατὰ πόδα dicunt; et si quid forsitan per titulorum suptilitatem adnotare

maluerint, et ea, quæ paratitla nuncupantur, cõponere. alias autem legũ interpretationes, immo magis peruersiones, eos iactare non concedimus: ne verbositas eorum aliquid legibus nostris adferat ex confusione dedecus: quod et in antiquis Edicti perpetui commẽtatoribus factum est, qui opus moderate confectum huc, atque illuc in diuersas sententias producentes, in infinitum detraxerunt: vt pæne omnem Romanam sanctionem esse confusam. quos si pasi non sumus: quemadmodum posteritatis admittatur vana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint: ipsi quidẽ falsitatis rei constituantur; volumina autem eorũ omni modo corrumpẽtur. Si quid vero, vt supradictum est, ambiguum fuerit visum; hoc ad Imperiale culmen per iudices referatur, et ex auctoritate Augusta manifestetur, cui soli cõcessum est leges condere, et interpretari. Eandem autem pœnam falsitatis constituimus et aduersus eos, qui in posterum leges nostras per siglorum obscuritates ausi fuerint conscribere. omnia enim, id est et nomina prudentium, et titulos et librorum numeros per cõsequentias litterarum volumus, non per sigla manifestari: ita, vt qui talem librum sibi parauerit, in quo sigla posita sunt, in qualemcumque locum libri, vel voluminis, sciat inutilis se esse codicis dominum. neque enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacumque sua parte siglorum habet

masi-

malitias. Ipse autem librarius, qui eas inscribere ausus fuerit; non solum criminali pœna, secundũ quod dictum est, plectetur, sed etiam libri æstimationem induplum domino reddat; si et ipse dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel cõfici curauerit. quod et antea a nobis dispositum est et in Latina constitutione, et in Græca, quam ad legum professores dimisimus. Leges autem nostras, quas in his codicibus, id est Institutionum, seu Elementorum, et Digestorum, vel Pandectarum posuimus, suum optinere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus Consulatu præsentis duodecimæ indictionis, tertio Calẽdas Ianuarias, in omne æuum valituras, et vna cum nostris Constitutionibus pollentes, et suũ vigorem in iudicijs ostẽdentes in omnibus causis, siue quæ postea emerserint, siue in iudicijs adhuc pendent; nec eas iudicialis vel amicalis forma compescuit. quæ enim iam vel iudiciali sentẽtia finita sunt, vel amicali pacto sopita, hæc resuscitari nullo voluimus modo. Bene autem properauimus in tertium nostrum Consulatum et has leges edere: quia maximi dei, et domini nostri Iesu Christi auxilium, felicissimum eum nostræ reipublicæ donauit: cum in hunc et bella Parthica abolita sunt, et quieti perpetuæ tradita, et tertia pars mũdi nobis adcreuit; post Europam enim, et Asiam, et tota Libya nostro imperio adiũcta est; et tanto operi legum caput impositum est; omnia cælestia

dona nostro tertio Consula tui indulta. Omnes itaque iudices nostri pro sua iurisdictione easdē leges suscipiant, et tam in suis iudicijs, quam in hac regia vrbe habeant, et proponāt. et præcipuæ vir excelsus huius almæ vrbis Præfectus. Curæ autem erit tribus excelsis Præfectis Prætorijs tam Orientalibus, quam Illyricis, nec non Libycis per suas auctoritates omnibus, qui suæ iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. DATA SEPTIMO DECIMO KALENDAS IANVARIAS IVSTINIANO DOMINO NOSTRO TER CONSVLE.

PLeraque alias Græcas constitutiones desiderari in hoc primo libro multis argumentis mihi fit verisimile. Nam a Græcis tituli quattuor amplius referuntur. Etenim constitutio singularis vt omnes iudices, XLIX. *tituli esse dicitur, et de Defensoribus ciuitatum* LV. *cum in Latinis, qui in ceteris cum Græcis conueniunt, ille* XLV. *hic* LI. *sit. Sed et in veteri quodā libro Constitutionū Latinarum animaduerti post titulum* XXXIII. *De officio Comitis rerum priuatarum, et tres constitutiones, quæ sub eo positæ sunt: esse adscriptum Græcas constitutiones desiderari: item titulum* DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII, *et sub eo Græcam constitutionem. In eodem libro post titulum* XL. *De officio Præfecti vigilum, et Latinam constitutionem, quæ extat:*

tat: titulus *DE OFFICIO PRAEFECTI ANNONAE*, et sub eo Graeca constitutio desideratur. Itaque non dubito duos esse hos titulos ex illis, qui desiderantur: alteros duos referre nō possumus. Tamen adai a quibusdam scimus hos duos *De officio Comitis sacri palatij* post titulum *De officio Comitis rerum priuatarum* et titulum *De officio Vicarij* post titulum *De officio Praefecti Augustalis*.

Sub titulo XIV. *DE LEGIBVS* in eodem libro adscriptum erat in calce XI. Constitutionis Graecam legem desiderari. Sunt qui ea verba post rubricā proximam retulerint *De mandatis Principum*.

Sub titulo XV. *DE MANDATIS PRINCIPVM*, Haloander ad extremū addit II. constitutionem Graecam deesse. Suspicor ipsa principum mandata, quae Nouella XVII. explicantur, ab eodē Iustiniano, aut ab aliquo e veteribus conscripta, hoc loco posita fuisse. Eorum mentio in Digestis est. Sed et si ea non essent, ad eadem pertinere Graeca lex poterat.

Sub titulo XXVI. *DE OFFICIO PP.* Orientis et Illyrici in veteri illo Codice post quinque constitutiones, quae extant, Graeca desideratur.

Sub titulo XXXIX. *DE OFFICIO RECTORIS* prouinciae, et vt nulli patriae suae administratio sine speciali permissu principis permittatur: in eodem libro XLII. Graeca constitutio desideratur. Eam ipse crediderim esse, quae in multis libris ex ipsa rubrica confecta est, et in hac verba vltima conscripta.

IDEM A. *Nulli patrie sue administratio sine specialis permissu Principis permittatur.*

XIIII. SI QVIS.

XV. NVLLI.

Subtitulo XLII. DE OFFICIO MILITARIVM IVDICVM *quinta constitutio Græca ab Haloandro desideratur.*

Subtitulo DE ADSESSORIBVS XLVII. *vel potius* II. *ex Consulibus, vt arbitror, male adscripis* XII *constitutioni, Haloander animaduertit Græcam Zenonis Constitutionem* XIII. *desiderari datam* VI. *Kal. Iul. post Consulatum Decij et Longini. Hanc autem esse arbitror, cuius Nouella* IX. *mētio fit.*

Cauendum, inquit, est, ne magistratuum adsessores causas audiant, quæ apud ipsos magistratus, aut iudices datos mouerī debent. vt Zenonis, et nostra constitutione continetur. Neutra autem eorum extat.

XIIII. NEMO.

LIBRO II. *subtitulo* II. DE IN IVS VOCANDO *in Norico, et in illo veteri libro adnotatum est Græcam constitutionem quartā desiderari. Item titulo* V. DE ERROR CALCVLI *constit.* II. *in alijs libris. Et titulo* VIII. DE ADVOCATIS *diuersorum iudicum constit.* VIII.

TIT. XII. DE PROCVRATORIBVS.

Pars epitomes constit. XXVII. *ex Eustathio de temporum spatijs.*

SI

SI fideiussor procuratoris non definierit tẽpus; sed dixerit tantum, fide iubeo pro illo: siue moriatur, siue non appareat, et contingat id fieri intra viginti dies; alterum præstabit.

Alio loco.

SI moriatur, aut non appareat procurator in aliqua causa constitutus post vicesimã diem a magistratu proposito edicto principalis venire, aut alium constituere intra tempus sex mensium teneatur; si in lõginqua prouincia absit, si in propinquo loco sit; iudex tempus arbitrabitur.

TIT. I. DE IVDICIIS.

Epitome constit. XI. ex indice Basilicorum, et ex Theodoro Hermapolita.

STricti iuris iudex curam habeat: nec adhæreat dictis ab Imperatore contra leges.

Epitome const. XII. ex eodem indice Basilicorum

OMNES Magistratus, et sacri iudices breuiter causas terminent. neque aliqua pars sæpe ad competentem iudicem accedens, etiam ex necessaria causa, dilationes quærat; sed adeat Imperatorem, et ab eo auxilium expectet.

XIII. PROPERANDVM.

XIV. REM &c.

TIT. II. DE SPORTVLIS *in Codice Norico desiderari dicitur* II. *Iustiniani Græca Constitutio, cuius institū in Græcis libris est* PROHIBEMVS. *De ea ita Iustinianus scribit lib.* IIII. *Institutionum.*

TRipli vero agimus, cum quidam maiorem vera æstimatione quantitatē in libello conuentionis inferunt; vt ex hac causa viatores, id est executores litium ampliorem summam sportularum nomine exigerent. tunc enim id, quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, in triplum ab actore cōsequetur: vt in hoc triplo etiam simplum, in quo damnum passus est connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ in nostro Codice fulget, quam proculdubio certum est ex lege condicticia emanare.

Hec ita a Theophilo Græco interprete accipiuntur, vt videatur significare ex eadem lege viatoribus semissem aurei a reis, a quibus centum nummi peterentur, concedi. Eum quoque, qui mille nummū petierat, cum centum tantū petere posset, sex nummis oneraſſe reum affirmat. Eosdem tamen executores quadruplo puniri constat: si quid amplius exegissent, quam quantum eadem constitutione continebatur: quod eodem loco scriptum est. Sed et in Græcis paratilis reperi partem sententiæ huius cōstitutionis esse relatam, quæ XXVI. *Constitutioni Græcæ de Episcopali audientia, similis esset.*

SI

SI executor reum vexet propter fideiussoris personam, quam dicat idoneam non esse; prouidentia, iudicioque Episcopi ea suscipiatur.

Alijs constitutionibus nõ paucis hæc ipsa lex refertur, quas longum esset enumerare. Sed exempli causa has collegi XXVI. *et* XXIX. *Græcis de Episcopali audientia, Nouella* VIII. XVII. XXVIII. LXXXII. *et* LXXXVI.

III. OMNIBVS.

TIT. III. DE PEDANEIS IVDICIBVS VI. *Constitutio Græca desideratur Zenonis, quæ refertur Nouella* LXXXII. *vt in veteri quodam Nouellarum libro adscriptum reperi. Ea dicebatur quis iudicum ordo, ac iudiciorum esset; qui ue in singulis auditorijs causas cognoscerent tam ordinarij, quam delegati, quos pedaneos appellant. Sed et de expensis ac sumptibus litium cautum esse, Iustinianus refert. Sed cum eorum iudicũ nomina scripta fuissent, ipsis decedentibus cetera negligi cœpta sunt: quoad ipse Princeps substituit iudices, quibus causæ delegarentur; et cetera in meliorem statum redegit. Eandem constitutionem sub proximo titulo Haloandrum desiderasse crediderim: mouet me, quod rubrica conueniat.* QVI PRO SVA IVRISDICTIONE IVDICES DARE DARIVE POSSVNT. *Fieri etiam potest, vt vtroque loco desideretur aliqua constitutio. Zenonis autem esset scribenda post Theodosianum, quæ extat, atque ita a Græcis, vt prima Theodosiana refertur.*

TIT. X. DE PLVS PETITIONIBVS.

Aliam Zenonis constitutionem desidero, de qua Iustinianus lib. IV. Institutionum.

EVM, qui ante tempus pactionis, vel obligationis litem inferre ausus sit; Zenonianæ constitutioni subiacere cēsemus; quam sacratissimus legislator de ijs, qui tempore plus petierint, protulit: vt et indutias, quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit; duplum habeāt ij, qui talem iniuriam passi sunt; et post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint: vt actores tali pœna perterriti tempora litium doceantur obseruare.

Hoc est, quod alio loco idem scribit.

Si tempore plus fuerit petitum, quid statui oporteat Zenonis diuæ memoriæ loquitur constitutio.

De eadem arbitror postea scripsisse.

Si minus in intentione sua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineāt: veluti si cum ei decem aurei deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit, aut si cum totus fundus eius esset, partem dimidiam suam esse petierit: sine periculo agit in reliquū enim nihilominus iudex aduersarium in eodem iudicio ei condemnat, ex constitutione diuæ memoriæ Zenonis.

Reperitur apud Theodorū Hermopolitam lib. VII. tit. VI. Basilicorum et Const. Harmonopolum lib. I. titulo II.

tulo 11. Prochiri prioris capitis sententia isdem fortasse Zenonis ipsius verbis in quibus additur ad supra scriptam, a quo ante tempus quid petitur, usuras soluere non debere eum temporis, quo indutiæ duplicantur.

11. ODIOSAS.

TIT. XII. DE FERIIS.

Epitome Constit. ix. ex indice Basilicorum.

PRimo Paschali die, etiam si non de ea re Imperialis iussio accedat, omnes, qui in custodijs erunt, soluantur, nisi sacrilegus sit, aut adulter, aut raptor virginum, aut sepulchri violator, aut impostor, aut veneficus, aut falsæ monetæ susceptor, aut cædis, aut parricidij, aut maiestatis aduersus principem, vel vrbem reus.

X. DIES.

TIT. XLIII. DE ALEAE LVSV ET DE ALEATORIBVS. *Sub hoc titulo duæ Græcæ constitutiones desiderantur: quæ barbare versæ extant in calce proximi tituli in vnius formam connexæ. Priorus verba sunt hæc.*

IMP. IVSTINIANVS A.
Ioanni Præf. Præt.

ALEARVM lusus antiqua res est, et extra operas pugnantibus concessa verum pro tem-

tempore prodijt in lacrimas, milia extranearum nominationum suscipiens. Quidam enim nec ludentes, nec scientes ludum nominationum tantum, proprias substantias perdiderunt die, noctuque ludendo argento, apparatu lapidum, et auro, consequenter autem ex hac in ordinatione blasphemare conãtur, et instrumenta conficiũt. Commodis igitur subiectorum prouidere cupientes hac generali lege decernimus, vt nulli liceat in publicis, seu priuatis ludere, neque in genere, neque in specie, et si contra factum fuerit; nulla sequatur condemnatio: sed solutum reddatur, et cõpetentibus actionibus reperatur ab iis, qui dederunt, et eorum heredibus, aut his negligẽtibus a Patribus, seu Defensoribus, eis non obstante demum aliqua temporum, nisi quinquaginta annorum præscriptione, Episcopis locorum hoc inquirentibus, et Præsidum auxilio vtentibus. Deinceps vero ordinent quinque ludos (tomonobolon, tocondomonobolon; Quintanum Cõraca, perichyten, et hippicen.) Sed nemini permittimus etiam his ludere vltra vnum solidum, et si multum diues sit: vt si quem vinci cõtigerit, casum grauem non sustineat. Non enim solum bella bene ordinauimus, et res sacras: sed ista; interminantes pœnam trãsgressoribus, ꝓ testatem dando Episcopis hoc inquirendi, et auxilio Præsidum sanandi.

Poste-

Posterioris constit. verba sunt hæc.

PROHIBEMVS etiam ne sint equi ligarii. Sed si qui ex hac occasione vicerunt, hoc ipsum recuperetur, domibus eorum publicatis, vbi hæc reperiũtur. Sin autem noluerit recipere is, qui dederit: procurator noster hæc inquirat, et in opus publicum conuertat. Similiter et iudices prouideant, vt a periurijs, et blasphemijs, quæ eorum inhibitionibus debent puniri, homines penitus conquiescant.

Apud Græcos interpretes in paratitlis partẽ prioris constitutionis reperi in hæc verba.

ALeæ lusum inquirere possunt Episcopi, et fieri prohibere.

Sed et Photius Constantinopolitanus Patriarchã in canonum collectione titulo XIII. *cap.* XXIX. *hanc esse prioris Constitutionis sententiam scribit.*

QVI victus est alea, non conuenitur; ac si pecuniam dedit; eam ipse recuperat, ac successores a victore, et eius perpetuo heredib. post triginta quoque annos. Si vero hi repetere eam nolint: tum quicumq. velit, sed præsertim Pater eius ciuitatis, vel Defensor eam recuperat, et in opera vrbis impendit. Cautio quoque propter aleam præstita inutilis est, ac restituitur. Si quis vero

vero pro tesseris, lupinis, aut qua alia re vtatur. minime conuenietur. Habeantq. Episcopi licentiam hæc inquirendi cum auxilio Præsidum, et Patrum, ac Defensorum ciuitatum. Solum vero ludere licet monobolo siue cursu, contomonibolo siue saltu, Quintano contace, siue iaculis sine ferro, perichyte, siue palæstra, item equorum cursu sine fraude, ac dolo. Sed ij qui locupletiores sunt, vno nummo aureo in singulos iactus depositio ludere possunt. ceteri multo minoris; plus tamen repetere nequeunt; ac, si datum sit, restituitur. Cuius rei Præsides curam gerēt; decem librarum auri pœna ijs imponenda, qui ea transgrediantur, aut transgredi patiantur.

Posteriorem constit. in hanc sententiam refert.

NEQVE ligneis equis, neque alio genere aleæ ludere licet ijs excepris, quæ superiore constitutione permittuntur. loca quoque, in quibus huiusceemodi equis luditur, publica fiant, et quæ data sint, repetātur; aut si ea nolint reperere, qui soluerint; per vrbis Præfectum, et Præsides prouinciarum exigantur, atque addicantur operibus ciuitatum.

Horum ludorum interpretationem ex Theodoro Balsamone Photij interprete adscripsimus.

SCIRE oportet monobolon, cursum dici; cōtomonobolon, saltum; Quintanus autem contax,

contax, iaculationem significat sine ferro, quod iaculis additur; ita a Quinto quodam appellatã; perichyte, palæstra est; hippicon vero equorum cursus. De equis ligneis magna fuit dubitatio apud auditorium Principis. Erant enim, qui dicerent, esse Ludi genus pueris vsitatum non equestre, sed cum pro equis hominibus vterentur, ac veherentur. Alij machinam quandam esse dicebant ligneam scalis quibusdam obliquis erectã, quæ varia intus foramina haberent. Et qui ad eum ludũ considerent, quattuor calculos colore varios ex superiore parte scalarum ponêres, inde in inferiorẽ partem demittebant. is vero calculus, qui primum per extremum foramẽ exiret, victoriam ei, cuius fuerat, parabat. Itaque mihi etiam placet, posteriorem hunc ludum a lege adiecta pœna prohibitum fuisse; quod aleæ speciem habere videretur.

TIT. XX. DE TESTIBVS.

I. Constitutio Græca desideratur.

II. SI TIBI.

Epitome Constit. XIII. *ex indice Basilicorum.*

IN probationibus quinque testibus opus est: nisi adsint instrumenta ad rem oportuna. Si vero ea adsint; tribus testibus contenti sumus.

Quod

maluerint,et ea,quæ paratitla nuncupantur, cõponere. alias autem legũ interpretationes, immo magis peruersiones,eos iactare non concedimus: ne verbositas eorum aliquid legibus nostris adferat ex confusione dedecus: quod et in antiquis Edicti perpetui commẽtatoribus factum est, qui opus moderate confectum huc,atque illuc in diuersas sententias producentes,in infinitum detraxerunt: vt pæne omnem Romanam sanctionem esse confusam.quos si passi non sumus: quemadmodum posteritatis admittatur vana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint: ipsi quidẽ falsitatis rei constituantur;volumina autem eorũ omni modo corrumpẽtur. Si quid vero,vt supra dictum est, ambiguum fuerit visum, hoc ad Imperiale culmen per iudices referatur, et ex auctoritate Augusta manifestetur,cui soli cõcessum est leges condere,et interpretari. Eandem autem pœnam falsitatis constituimus et aduersus eos, qui in posterum leges nostras per siglorum obscuritates ausi fuerint conscribere. omnia enim, id est et nomina prudentium, et titulos et librorum numeros per cõsequentias litterarum volumus, non per sigla manifestari:ita,vt qui talem librum sibi parauerit,in quo sigla posita sunt, in qualemcumque locum libri,vel voluminis,sciat inutilis se esse codicis dominum. neque enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitare,qui in quacumque sua parte siglorum habet

masi-

malitias. Ipse autem librarius, qui eas inscribere ausus fuerit; non solum criminali pœna, secundũ quod dictum est, plectetur, sed etiam libri æstimationem induplum domino reddat; si et ipse dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel cõfici curauerit. quod et antea a nobis dispositum est et in Latina constitutione, et in Græca, quam ad legum professores dimisimus. Leges autem nostras, quas in his codicibus, id est Institutionum, seu Elementorum, et Digestorum, vel Pandectarum posuimus, suum optinere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus Consulatu præsentis duodecimæ indictionis, tertio Calẽdas Ianuarias, in omne æuum valituras, et vna cum nostris Constitutionibus pollentes, et suũ vigorem in iudicijs ostẽdentes in omnibus causis, siue quæ postea emerserint, siue in iudicijs adhuc pendent; nec eas iudicialis vel amicalis forma compescuit. quæ enim iam vel iudiciali sentẽtia finita sunt, vel amicali pacto sopita, hæc resuscitari nullo voluimus modo. Bene autem properauimus in tertium nostrum Consulatum et has leges edere: quia maximi dei, et domini nostri Iesu Christi auxilium, felicissimum eum nostræ reipublicæ donauit: cum in hunc et bella Parthica abolita sunt, et quieti perpetuæ tradita, et tertia pars mũdi nobis adcreuit; post Europam enim, et Asiam, et tota Libya nostro imperio adiũcta est; et tanto operi legum caput impositum est; omnia cælestia

dona nostro tertio Consula tui indulta. Omnes itaque iudices nostri pro sua iurisdictione easdē leges suscipiant, et tam in suis iudicijs, quam in hac regia vrbe habeant, et proponāt. et præcipuæ vir excelsus huius almæ vrbis Præfectus. Curæ autem erit tribus excelsis PræfectisPrætorijs tam Orientalibus, quam Illyricis, nec non Libycis per suas auctoritates omnibus, qui suæ iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. DATA SEPTIMO DECIMO KALENDAS IANVARIAS IVSTINIANO DOMINO NOSTRO TER CONSVLE.

Peraſque alias Græcas conſtitutiones deſiderari in hoc primo libro multis argumentis mihi ſit veriſimile. Nam a Græcis tituli quattuor amplius referuntur. Etenim conſtitutio ſingularis vt omnes iudices, xlix. *tituli eſſe dicitur, et de Defenſoribus ciuitatum* lv. *cum in Latinis, qui in ceteris cum Græcis conueniunt, ille* xlv. *hic* li. *ſit. Sed et in veteri quodā libro Conſtitutionū Latinarum animaduerti poſt titulum* xxxiii. *De officio Comitis rerum priuatarum, et tres conſtitutiones, quæ ſub eo poſitæ ſunt: eſſe adſcriptum Græcas conſtitutiones deſiderari: item titulum* DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII, *et ſub eo Græcam conſtitutionem. In eodem libro poſt titulum* xl. *De officio Præfecti vigilum, et Latinam conſtitutionem, quæ extat:*

tat: titulus DE OFFICIO PRAEFECTI ANNONAE, et sub eo Graca constitutio desideratur. Itaque non dubito duos esse hos titulos ex illis, qui desiderãtur: alteros duos referre nõ possumus. Tamen adais a quibusdam scimus hos duos 'De officio Comitis sacri palatij post titulum 'De officio Comitũ rerum priuatarum et titulum De officio Vicarij post titulum De officio Prefecti Augustalis.

Sub titulo XIV. DE LEGIBVS in eodem libro adscriptum erat in calce XI. Constitutionis Gracam legem desiderari. Sunt qui ea verba post rubricã proximam retulerint De mandatis Principum.

Sub titulo XV. DE MANDATIS PRINCIPVM, Haloander ad extremũ addit II. constitutionem Gracam defsse. Suspicor ipsa principum mandata, qua Nouella XVII. explicantur, ab eodẽ Iustiniano, aut ab aliquo e veteribus conscripta, hoc loco posita fuisse. Eorum mentio in Digestis est. Sed et si ea non essent, ad eadem pertinere Graca lex poterat.

Sub titulo XXVI. DE OFFICIO PP. Orientis et Illyrici in veteri illo Codice post quinque constitutiones, quae extant, Graca desideratur.

Sub titulo XXXIX. DE OFFICIO RECTORIS prouincie, et vt nulli patrie sue administratio sine speciali permissu principis permittatur: in eodem libro XIII. Graca constitutio desideratur. Eam ipse crediderim esse, quae in multis libris ex ipsa rubrica confecta est, et in hac verba vltima conscripta.

IDEM A. *Nulli patriæ suæ administratio sine speciali permissu Principis permittatur.*

XIIII. SI QVIS.

XV. NVLLI.

Subtitulo XLII. DE OFFICIO MILITARIVM IVDICVM *quinta constitutio Græca ab Haloandro desideratur.*

Subtitulo DE ADSESSORIBVS XLVII. *vel potius* II. *ex Consulibus, vt arbitror, male adscriptis* XII *constitutioni, Haloander animaduertit Græcam Zenonis Constitutionem* XIII. *desiderari datam* VI. *Kal. Iul. post Consulatum Decij et Longini. Hanc autem esse arbitror, cuius Nouella* IX. *mētio fit.*

Cauendum, inquit, est, ne magistratuum ad assessores causas audiant, quæ apud ipsos magistratus, aut iudices datos moueri debent. vt Zenonis, et nostra constitutione continetur. Neutra autem eorum extat.

XIIII. NEMO.

LIBRO II. *subtitulo* II. DE IN IVS VOCANDO *in Norico, et in illo veteri libro adnotatum est Græcam constitutionem quartā desiderari. Item titulo* V. DE ERRORE CALCVLI *constit.* II. *in alijs libris. Et titulo* VIII. DE ADVOCATIS *diuersorum iudicum constit.* VIII.

TIT. XII. DE PROCVRATORIBVS.

Pars epitomes constit. XXVII. *ex Eustathio de temporum spatijs.*

SI

SI fideiussor procuratoris non definierit tẽpus; sed dixerit tantum, fide iubeo pro illo: siue moriatur, siue non appareat, et contingat id fieri intra viginti dies; alterum præstabit.

Alio loco.

SI moriatur, aut non appareat procurator in aliqua causa constitutus post vicesimã diem a magistratu proposito edicto principalis venire, aut alium constituere intra tempus sex mensium teneatur; si in lõginqua prouincia absit, si in propinquo loco sit; iudex tempus arbitrabitur.

TIT. I. DE IVDICIIS.

Epitome constit. XI. ex indice Basilicorum, et ex Theodoro Hermapolita.

STricti iuris iudex curam habeat: nec adhæreat dictis ab Imperatore contra leges.

Epitome const. XII. ex eodem indice Basilicorum

OMNES Magistratus, et sacri iudices breuiter causas terminent, neque aliqua pars sæpe ad competentem iudicem accedens, etiam ex necessaria causa, dilationes quærat; sed adeat Imperatorem, et ab eo auxilium expectet.

XIII. PROPERANDVM.

XIV. REM &c.

TIT. II. DE SPORTVLIS *in Codice Norico desiderari dicitur* II. *Iustiniani Græca Constitutio, cuius instũ in Græcis libris est* PROHIBEMVS. *De ea ita Iustinianus scribit lib.* IIII. *Institutionum.*

TRipli vero agimus, cum quidam maiorem vera æstimatione quantitatẽ in libello conuentionis inserunt; vt ex hac causa viatores, id est executores litium ampliorem summam sportularum nomine exigerent. tunc enim id, quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, in triplum ab actore cõsequetur: vt in hoc triplo etiam simplum, in quo damnum passus est connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ in nostro Codice fulget, quam proculdubio certum est ex lege condicticia emanare.

Hæc ita a Theophilo Græco interprete accipiuntur, vt videatur significare ex eadem lege viatoribus semissem aurei a reis, a quibus centum nummi peterentur, concedi. Eum quoque, qui mille nummũ petierat, cum centum tantũ petere posset, sex nummis oneratum reum affirmat. Eosdem tamen executores quadruplo puniri constat: si quid amplius exegissent, quam quantum eadem constitutione continebatur: quod eodem loco scriptum est. Sed et in Græcis paratitlis reperi partem sententiæ huius cõstitutionis esse relatam, quæ XXVI. *Constitutioni Græcæ de Episcopali audientia, similis esset.*

SI

SI executor reum vexet propter fideiussoris personam, quam dicat idoneam non esse; prouidentia, iudicioque Episcopi ea suscipiatur.

Alijs constitutionibus nō paucis hæc ipsa lex refertur, quas longum esset enumerare. Sed exempli causa has collegi XXVI. *et* XXIX. *Græcis de Episcopali audientia, Nouella* VIII. XVII. XXVIII. LXXXII. *et* LXXXVI.

III. OMNIBVS.

TIT. III. DE PEDANEIS IVDICIBVS VI. *Constitutio Græca desideratur Zenonis, quæ refertur Nouella* LXXXII. *vt in veteri quodam Nouellarum libro adscriptum reperi. Ea dicebatur quis iudicum ordo, ac iudiciorum esset; qui ue in singulis auditorijs causas cognoscerent tam ordinarij, quam delegati, quos pedaneos appellant. Sed et de expensis ac sumptibus litium cautum esse, Iustinianus refert. Sed cum eorum iudicū nomina scripta fuissent, ipsis decedentibus cetera negligi cœpta sunt: quoad ipse Princeps substituit iudices, quibus causæ delegarentur; et cetera in meliorem statum redegit. Eandem constitutionem sub proximo titulo Haloandrum desiderasse crediderim: mouet me, quod rubricæ conueniat.* QVI PRO SVA IVRISDICTIONE IVDICES DARE DARIVE POSSVNT. *Fieri etiam potest, vt vtroque loco desideretur aliqua constitutio. Zenonis autem esset scribenda post Theodosianum, quæ extat, atque ita a Græcis, vt prima Theodosiana refertur.*

TIT. X. DE PLVS PETITIONIBVS.

Aliam Zenonis constitutionem desidero, de qua Iustinianus lib. IV. Institutionum.

EVM, qui ante tempus pactionis, vel obligationis litem inferre ausus sit; Zenonianæ constitutioni subiacere cēsemus; quam sacratissimus legislator de ijs, qui tempore plus petierint, protulit: vt et indutias, quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit; duplum habeāt ij, qui talem iniuriam passi sunt; et post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint: vt actores tali pœna perterriti tempora litium doceantur obseruare.

Hoc est, quod alio loco idem scribit.

Si tempore plus fuerit petitum, quid statui oporteat Zenonis diuæ memoriæ loquitur constitutio.

De eadem arbitror postea scripsisse.

Si minus in intentione sua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineāt: veluti si cum ei decem aurei deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit, aut si cum totus fundus eius esset, partem dimidiam suam esse petierit: sine periculo agit in reliquū enim nihilominus iudex aduersarium in eodem iudicio ei condemnat, ex constitutione diuæ memoriæ Zenonis.

Reperitur apud Theodorū Hermopolitam lib. VII. tit. VI. Basilicorum et Const. Harmonopolum lib. I. titulo II.

tulo 11. Prochiri prioris capitis sententia isdem fortasse Zenonis ipsius verbis in quibus additur ad supra scriptaeū, a quo ante tempus quid petitur, usuras soluere non debere eius temporis, quo indutiae duplicantur.

II. ODIOSAS.

TIT. XII. DE FERIIS.

Epitome Constit. ix. ex indice Basilicorum.

PRimo Paschali die, etiam si non de ea re Imperialis iussio accedat, omnes, qui in custodijs erunt, soluantur, nisi sacrilegus sit, aut adulter, aut raptor virginum, aut sepulchri violator, aut impostor, aut veneficus, aut falsae monetae susceptor, aut caedis, aut parricidij, aut maiestatis aduersus principem, vel vibem reus.

X. DIES.

TIT. XLIII. DE ALEAE LVSV ET DE ALEATORIBVS.

Sub hoc titulo duae Graecae constitutiones desiderantur: quae barbare versae extant in calce proximi tituli in vnius formam connexae. Priorus verba sunt haec.

IMP. IVSTINIANVS A.
Ioanni Praef. Praet.

ALEARVM lusus antiqua res est, et extra operas pugnantibus concessa verum pro tem-

tempore prodijt in lacrimas, milia extraneatum nominationum susciplens. Quidam enim nec ludentes, nec scientes ludum nominationum tantum, proprias substantias perdiderunt die, noctuque ludendo argento, apparatu lapidum, et auro, consequenter autem ex hac in ordinatione blasphemare conãtur, et instrumenta conficiũt. Commodis igitur subiectorum prouidere cupientes hac generali lege decernimus, vt nulli liceat in publicis, seu priuatis ludere, neque in genere, neque in specie, et si contra factum fuerit; nulla sequatur condemnatio: sed solutum reddatur, et cõpetentibus actionibus reperatur ab iis, qui dederunt, et eorum heredibus, aut his negligẽtibus a Patribus, seu Defensoribus, eis non obstante demum aliqua temporum, nisi quinquaginta annorum præscriptione, Episcopis locorum hoc inquirentibus, et Præsidum auxilio vtentibus. Deinceps vero ordinent quinque ludos (tomonobolon, tocondomonobolon; Quintanum Cõtaca, perichyten, et hippicen.) Sed nemini permittimus etiam his ludere vltra vnum solidum, et si multum diues sit: vt si quem vinci cõtigerit, casum grauem non sustineat. Non enim solum bella bene ordinauimus, et res sacras: sed ista; interminantes pœnam trãsgressoribus, potestatem dando Episcopis hoc inquirendi, et auxilio Præsidum sanandi.

Poste-

Posterioris const. verba sunt hæc.

PROHIBEMVS etiam ne sint equi lignei. Sed si qui ex hac occasione vicerunt, hoc ipsum recuperetur, domibus eorum publicatis, vbi hæc reperiũtur. Sin autem noluerit recipere is, qui dederit: procurator noster hæc inquirat, et in opus publicum conuertat. Similiter et iudices prouideant, vt a periurijs, et blasphemijs, quæ eorum inhibitionibus debent puniri, homines penitus conquiescant.

Apud Græcos interpretes in paratitlis partẽ prioris constitutionis reperi in hæc verba.

ALeæ lusum inquirere possunt Episcopi, et fieri prohibere.

Sed et Photius Constantinopolitanus Patriarcha in canonum collectione titulo XIII. *cap.* XXIX. *hanc esse prioris Constitutionis sententiam scribit.*

QVI victus est alea, non conuenitur; ac si pecuniam dedit; eam ipse recuperat, ac successores a victore, et eius perpetuo heredib. post triginta quoque annos. Si vero hi repetere eam nolint: tum quicumq. velit, sed præsertim Pater eius ciuitatis, vel Defensor eam recuperat, et in opera vrbis impendit. Cautio quoque propter aleam præstita inutilis est, ac restituitur. Si quis vero

vero pro tesseris, lupinis, aut qua alia re vtatur, minime conuenietur. Habeantq. Episcopi licentiam hæc inquirendi cum auxilio Præsidum, et Patrum, ac Defensorum ciuitatum. Solum vero ludere licet monobolo siue cursu, contomonibolo siue saltu, Quintano contace, siue iaculis sine ferro, perichyte, siue palæstra, item equorum cursu sine fraude, ac dolo. Sed ij qui locupletiores sunt, vno nummo aureo in singulos iactus deposito ludere possunt. ceteri multo minoris; plus tamen repetere nequeunt; ac, si datum sit, restituitur. Cuius rei Præsides curam gerēt; decem librarum auri pœna ijs imponenda, qui ea transgrediantur, aut transgredi patiantur.

Posteriorem constit. in hanc sententiam refert.

NEQVE ligneis equis, neque alio genere aleæ ludere licet ijs excepris, quæ superiore constitutione permittuntur. loca quoque, in quibus huiusceemodi equis luditur, publica fiant, et quæ data sint, repetātur; aut si ea nolint reperere, qui soluerint; per vrbis Præfectum, et Præsides prouinciarum exigantur, atque addicantur operibus ciuitatum.

Horum ludorum interpretationem ex Theodoro Balsamone Photij interprete adscripsimus.

SCIRE oportet monobolon, cursum dici; cōtomonobolon, saltum; Quintanus autem contax,

contax, iaculationem significat sine ferro, quod iaculis additur; ita a Quinto quodam appellatã; perichyte, palæstra est; hippicon vero equorum cursus. De equis ligneis magna fuit dubitatio apud auditorium Principis. Erant enim, qui dicerent, esse Ludi genus pueris visitatum non equestre, sed cum pro equis hominibus vterentur, ac veherentur. Alij machinam quandam esse dicebant ligneam scalis quibusdam obliquis erectã, quæ varia intus foramina haberent. Et qui ad eum ludũ considerent, quattuor calculos colore varios ex superiore parte scalarum ponẽtes, inde in inferiorẽ partem demittebant. is vero calculus, qui primum per extremum foramẽ exiret, victoriam ei, cuius fuerat, parabat. Itaque mihi etiam placet, posteriorem hunc ludum a lege adiecta pœna prohibitum fuisse; quod aleæ speciem habere videretur.

TIT. XX. DE TESTIBVS.

I. *Constitutio Græca desideratur.*

II. SI TIBI.

Epitome Constit. XIII. *ex indice Basilicorum.*

IN probationibus quinque testibus opus est: nisi adsint instrumenta ad rem oportuna. Si vero ea adsint; tribus testibus contenti sumus.

Quod

Quod si instrumentum tale est, vt pro omnibus sufficiat; forte enim publicũ monumentum est: tunc testibus non indigemus. *(Alio capite)* Si quis in monumento, aut contractu testis fuit: cogatur modis omnibus, si causa de eadem re mota sit, testimonium ferre; quamuis alterius fori præscriptionem alleget. Nam, si hoc non dicamus, qui eius testimonio indiget, damnum accipiet.

Epitome constit. XV. *ex eodem indice.*

HAEC constitutio iubet; vt non solum in criminalibus causis, sed etiam in ciuilibus quilibet testimonium ferre de ijs, rebus, quæ nouit, sacramento præstito cogatur; aut iuret se nihil eorum scire. illis exceptis personis, quæ iure prohibentur, atque etiam illustribus, et qui supra eos sunt, nisi de ea re, sacra forma fiat. Et, si in Regia vrbe consistunt; ipsi dicant testimonium: si vero absint; mittantur partium procuratores, coram quibus deponant, quæ nouerint, aut iurent se de ijs nihil scire. Sed certe neque in hoc personarum exceptarum testimonio in scriptis redigendo, neque in alijs depositionibus testium, et comparitionibus quicquam damni testes patiantur.

XVI. SI QVIS TESTIBVS.

TIT. XXI. DE FIDE INSTRVMENTORVM.

Const.

Constit. XVI. ex lib. XI. Cod. Theodos.

IMP. Iulianus Aug. dixit: Talia instrumenta tum magnum robur habēt: cum in causa fides eorum ex alijs firmanda non est.

Epitome XXII. constit. ex indice Basilicorum.

SI quis vrgeatur in iudicio exhibere instrumenta non contra se, sed contra alium quemuis, quæ vtilia sint alij, ac se excusset, quod vereatur damnum inde patiis vero, qui instrumentum petat exhiberi, dicat eū non damnum passurū, sed potius pecunias accepisse ab eis, quos impetit, ne instrumentū exhibeat; aut alia qualibet ratione se excusare; se vero maxime lædi, si nō producatur: iubet hæc Constitutio; vt his, qui habet instrumenta, ea proferat, si nihil is ex ea productione damni passurus est. Si vero re vera lædatur ex editione instrumēti; non cogatur exhibere: cū vtilius sit ei occultare id potius, quam edere. Quod si is, qui indiget instrumēto, confirmauerit, nihil eum læsum iri: alter sacramentum præbeat, se existimare damnum pati iuxta fidem suam, si instrumentum exhibeat; ideoque se excusare ab exhibitione. Ne vero hoc ipsum credatur esse sua læsio, quod lucrum cōsequatur ab alio, ne exhibeat; diligentius iusiurādum præstet, se neque sperare pecuniam, aliudve quicquam pro non productione instrumenti, neque habere promissionem

de ea re, neque ob timorem illius, aduersus quem petatur instrumentum, neque ob eius amicitiam, recusare exhibitionem: sed quod recta via in suis facultatibus multum lædatur. Vt enim is, qui putat se scire de aliqua re, cogitur etiam inuitus testimonium dicere; neque si ei pecunia promissa sit, ne dicat, aut contra amicum veniat ad ferendum testimonium, excusatur: ita neque is, qui instrumentum exhibere petatur, siue quod aliquid ceperit; siue quod aliquid speret accipere, siue propter amicitiam eius, qui ex instrumento lædetur; potest se ab exhibitione excusare. At si quis iuret se non habere instrumentum, quod petatur: nullo modo cogendus est id exhibere quod non habet. Si vero renuat id sacramentum præstare, aut si se occultet, ne iuret; aut ne exhibeat: omne damnum, quod ex eo ei, qui indiget instrumento, obueniet, de suo restituat. Hæc omnia obtineant tam in argentariorum scripturis, quam in alijs aliorum contractibus, quæ quis exhiberi petat; non solum contra eos qui ea composuerunt, sed etiam contra alios quosuis. Illi autem cogantur exhibere scripturas, aut instrumenta; qui dicere testimonium aduersus aliquem coguntur. Nam aduersus eas personas, aduersus quas quis non dicit testimonium inuitus; nec proferre scripturas, aut instrumenta, aut alias res cogetur. Certæ autem sunt personæ in iure; quæ non coguntur inuitæ aduersus quasdam alias dicere testimonium: et aliæ, aduersus

uersus quas dicere no coguntur. Nemini autem liceat alibi cogere instrumenta exhiberi, quam in suo iudicio, vbi controuersia agitatur; tunc vero sumptibus petentis fieri eorum exhibitionem. Fieri quoque debet ea exhibitio semel tantum. Si vero facta semel editione instrumẽti, petat eam iterum fieri, qui eo indiget; si id iudici æquum videatur, iterum exhibeatur instrumentum. Quod si is, qui iam exhibuit, se excusans neget se posse iterũ id exhibere, vel quia scriptura deperdita sit, aut aliqua alia ratione non habeat facultatẽ eam exhibendi; sacramento suo fides ei adhibeatur; neque amplius cogatur id instrumentũ exhibere. Hæc autem locum habeant non solum in vrbe Regia, sed etiam in alijs locis republicæ.

Subtitulo XXIIII. DE ACTIONE PIGNERATITIA *Haloãder notat deesse 1. Græcam Seueri et Antonini constitutionem ad Metrodorum propositam Idib. Octob. Apro et Maximo Cos.*

Subtitulo XXXIII. DE NAVTICO FAENORE *prima quoque deesse dicitur in veteri quodã Romano libro nisi forte vltima sit proximi tituli De vsuris.*

II. TRAIECTITIAM.
III. CVM DICAS. et ceteræ.

TIT. I. DE SPONSALIBVS ET ARRIS SPONSALICIIS ET PROXENETICIS.

Desideratur vel ab ipso Accursio constitutio, qua de proxeneticis disposuerit. Cum itaque a nobis quinta a Graecis referri inuentum sit, quam nos quoque eodem numero habemus; sextam desiderari credidimus. Cuius fortasse ea sententia est, quam in indice ordine literarum, et apud Harmenopolum lib. IIII. titulo III. reperimus.

CONstitutio est, quae iubet, vt nuptiarum proxeneta, si fieri possit, omni munere abstineat; modo non aliquam conuentionem inierit. At si quid pactus sit; non amplius vicesima dotis, aut donationis propter nuptias petere possit. vt si dos ducentarum librarum auri sit, decem libras exigat. Minus autē, si velit accipere permittitur. Si vero dos cuiuscumque maioris quantitatis sit; nō amplius decem libris auri proxeneta accipiat.

TIT. IIII. DE NVPTIIS.

In Graecis paratitlis refertur pars sententiae XXIX. constitutionis, cuius initium est OMNIS; sed totius constitutionis sententia refertur constitut. Graeca XXXIII. de Episcopali audientia.

SCENICA, quae ab eo genere vitae liberari desiderat, et ab aliquo magistratu prohibetur: referat Episcopo, vt eius prouidentia ad castam, honestamque vitam reuertatur.

TIT.

TIT. IX. DE SECVNDIS NVPTIIS.

Ex eisdē paratitlis XI. *constitutionis septimæ pars est.*

IS Qui secundas nuptias cōtrahit, lucra prioris matrimonij propter mortem liberorum habebit; et ab ijs, qui ea possidebunt, vindicabit.

TIT. XVII. DE REPVDIIS.

Epitome Constit. XII. *ex lib.* XXVIII. *Basilicorum.*

SAEPE liberi, qui sub patria potestate sunt, cum suis coniugibus in damnum suorum parentum machinantur, repudium eis mittentes nulla iusta causa moti; sed vt parentes restituant et dotem, quam acceperunt, et donationem ante nuptias, quam pro eis fecerunt; ipsi vero permaneat fortasse etiam soluto matrimonio clam suis coniugibus adhærentes. Quamobrem iubet hæc constitutio; vt neque liberi, qui sub patria potestate sunt, neque ij qui sui iuris sunt tam masculi, quam feminæ, possint dissoluere matrimonium cum damno suorum patris vel matris, qui dotes, vel donationes ante nuptias dederunt, aut susceperunt. Sed, vt in constitutione matrimonij expectamus patrū consessum: ita non dissoluantur liberorum nuptiæ sine eorum voluntate. Si vero repudium quoque missum sit sine eorum licētia:

non competat in eos dotis, aut ante nuptias donationis repetitio, siue ipsi ea dederint, siue susceperint. Sed ipse filius, aut filia, qui repudium sine causa miserunt, huic fraudi subiiciatur. Absurdū enim est; vt pater sine filij voluntate nequeat dissoluere matrimonium; liberis vero permittatur, minorib. fortasse xxv. annis, et qui ignorant, quid ipsis vtile sit, aut qui malo animo erga parentes vtantur, vt sine eorum volūtate sua matrimonia dirimant.

LIB. VI. TIT. IIII. DE BONIS LIBERTORVM, ET IVRE PATRONATVS.

Constitutio Græca vel Accursia teste desideratur, eius sententia ab Iustiniano lib. III. institutionum refertur in hæc verba.

NOSTRA constitutio, quam pro omni natione, Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus, ita huiusmodi causam definiuit; vt siquidem libertus, vel liberta minores centenarijs sint, id est minus centum aureis habeant substātiam, sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus: vt pro mille sestertijs vnus aureus cōputetur; nullum locū habeat patronus in eorum successione; si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint nullo liberorum relicto: tunc patronatus ius, quod erat ex

lege

lege XII. Tabularum, integrum reseruauit. Cum vero maiores centenarijs sint, si heredes, vel bonorum possessores liberos habeant, siue vnum, siue plures, cuiuscumq. sexus, vel gradus; ad eos successiones parentũ deduximus, patronis omnibus modis vna cũ sua progenie semoris. Sin autem sine liberis decesserint: si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos, patronasque vocauimus. Si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredauerint; vel mater, siue auus maternus eos præterierint, ita quod non possint argui in officiosa eorum testamenta: tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam, vt antea, sed tertiam partem bonorũ liberti consequantur: vel quod deest eis, ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorũ libertus, vel liberta eis reliquerit; ita sine onere, vt nec liberis liberti, libertæve ex ea parte legata, vel fideicõmissa præstentur; sed ad coheredes eorum hoc onus redundet, multis alijs casibus a nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi dispositionem iuris perspeximus: vt tam patroni, patronæque, quam liberi eorum, necnon qui ex transuerso latere veniunt, vsque ad quintũ gradum ad successionem libertorũ, libertarum ve vocentur, sicut ex ea constitutione intelligen-

dum est; et si eiusdem patroni, vel patronæ, vel duorum, duarumque, pluriumue liberi sint, qui proximior est, ad liberti, vel libertæ vocetur successionẽ; et in capita non in stirpes diuidatur successio: eodem modo et in ijs, qui ex trãsuerso latere veniunt, seruando pæne enim consonantia iura ingenuitatis, et libertinitatis in successionib. fecimus.

Et alio loco.

CVMQVE antea fuerat septimo loco bonorum possessio tãquam ex familia, et octauo vnde patroni, patronæque et parẽtes eorum, vtramque per constitutionem nostram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus, cũ enim ad similitudinem successionis ingenuorum libertinorum successiones posuimus, quas vsque ad quintum gradũ tantummodo coartauimus; vt sit aliqua inter ingenuos, et libertinos differentia sufficit eis tam contra tabulas bonorum possessio, quam vnde legitimi, et vnde cognati; ex quibus possunt sua iura vindicare, omni scrupulositate, et inextricabili errore istarũ duarum possessionum resoluta.

Idem eodem libro.

NOS nihil perfectissimo iuri deesse cupientes nostra constitutione, quam de iure patronatus humanitate suggerente protulimus, sancimus successionem in adgnatorum hereditatibus non esse eis denegandam: cum satis absurdũ erat, quod

quod cognatis a Prætore apertũ est, hoc adgnatis esse reclusum: maxime cum in onere quidem tutelarum, et primo gradu deficiente sequens succedit; et quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum.

Et postea.

SED nostra constitutione, quam pro iure patronatus fecimus, quod ius vsque ad nostra tempora satis obscurum, atque nube plenum, et vndique cũfusum fuerat; et hoc humanitate suggerente concessimus; vt si quis in seruili constitutus consortio, liberum vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis cõdicionis muliere; vel contra serua mulier ex libero, vel seruo habuerit liberos cuiuscumque sexus: et ad libertatẽ his peruenientibus ij, qui ex seruili ventre nati sunt, libertatem meruerint; vel dum mulieres liberæ erant, ipsi in seruitute eos habuerint, et postea ad libertatem peruenerint; vt hi omnes ad successionem patris, vel matris veniant, patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum parentũ successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuam vocauimus ex illa lege specialiter eos vocantes: siue soli inueniãtur, qui in seruitute nati et postea manu missi sunt; siue vna cum alijs, qui post libertatem parentum concepti sunt: siue ex eodem patre, siue ex eadem matre, siue ex alijs nuptijs ad similitudinem eorũ, qui ex iustis nuptijs procreati sunt.

In paratitlis quoque reperitur hæc sententia.

QVAE domini sui vsq. ad ipsius mortem concubina fuit, cum legitimam vxorem nō haberet; cum liberis suis in libertatem vindicatur: et peculiū, quod habuit tum, cum dominus mortuus est, præter legitimam quantitatem retinet, neque habent aduersus eam defuncti liberi, aut heredes, aut cognati ius patronatus.

Ex iudice Basilicorum pars eiusdem constitutionis, aut eius epitomes.

VT si quidem minus centum aureorum bona liberti habeant; non vexentur: sed, vt velint, testētur. Sed si intestati, et sine liberis decesserint; patroni succedant. Si vero vltra centum aureos habeant: si filij, vel nepotes, vel pronepotes, vel abnepotes supersint; hi vocentur ad successionē: si sine liberis, et intestati decesserint, patroni vocentur. Si vero hi liberti testati fuerint, qui liberis careant: cogantur tertiā partem bonorum suorū patronis relinquere. Vocantur autem ad intestati successionem descendentes liberi patroni, et ex transuerso latere, si descendentes non extabunt, vsque ad quintum gradum. At ad querellam inofficio si testamenti liberti, soli patroni, et filij eorū, atque nepotes vsque ad quintum gradum admittentur. ex transuerso autē propinqui non possunt contra testamentū petere tertiam partem scriptis extraneis heredibus.

TIT. XXIII. DE TESTAMENTIS.

Post. XXIII. Constitutionem duas Iustiniani Græcas constitutiones desidero, quarum lib. II. institutionū mentio fit.

Quia

QVIA inciuile esse putauimus scripturæ ordinem quidem sequi; quod et ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum; sperni autem testatoris voluntatem; per nostram constitutionem et hoc vitiũ emendauimus: vt liceat et ante heredis institutionem, et inter medias heredum institutiones legatum relinquere, et multò magis libertatem, cuius vsus fauorabilior est.

Et alio loco.

LEgatarijs autem, et fidei commissarijs, quia nõ iuris successores sunt, et alijs personis eis coniunctis testimonium non denegamus; immo in quadam nostra cõstitutione et hoc specialiter eis concessimus.

Sub titulo XXV. *DE INSTITVTIONIBVS, vel substitutionibus, seu restitutionibus sub condicione factis* VI. *constitutio Iustiniani in Norico libro desideratur.*

VII. GENERALITER.

VIII. SI QVIS.

TIT. XLVIII. DE INCERTIS PERSONIS.

Sub hoc titulo vnica constitutio Græca desideratur, qua in plura capita diuisa erat, vt Greci interpretes referunt; eius inuisum fuisse dicunt INCERTVS. *A nostris titulis ipse cum proximo Ad S.C. Trebellianum coniunctus est. Huius tamen constitutionis ab Iustiniano ipsius legis auctore mentio fit lib. II. et III. institutionum.*

LE-

LEGARI, inquit, illis solũ potest, cum quib. testamenti factio est. Incertis vero personis neque legata, neque fideicõmissa olim relinqui concessum erat. Nam ne miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, vt D. Hadrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat. veluti si quis ita dicat: Quicumq. filio meo filiã suam in matrimonium dederit, ei heres meus illũ fundum dato: Illud quoque quod ijs relinquebatur, qui post testamentum scriptũ primi consules designati essent; æque incertæ personæ legari videbatur. et deniq. multæ aliæ huiusmodi species sunt. Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari: quia placebat nominatim seruos liberari. Sub certa vero demonstratione, id est ex certis personis incertæ personæ recte legabatur. vel vti, Ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiã meam vxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato. Incertis autem personis legata, vel fidei commissa relicta, et per errorem soluta, repeti non posse, sacris constitutionibus cautum erat. Postumo quoque alieno inutiliter antea legabatur. est autem alienus postumus, qui natus, inter suos heres testatori futurus non est. ideoq. exemancipato filio conceptus nepos, extraneus erat postumus auo. Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta: cum in nostro Codice constitutio posita sit, per quam et

huic

huic parti medemur, nō solum in hereditatibus, sed etiam in legatis, et fidei commissis, quod euidēter ex ipsius constitutionis lectione clare scit. Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati cauere. Postumus autē alienus heres instituī et antea poterat, et nunc potest; nisi in vtero eius sit, quæ iure nostro vxor esse non potest.

Idem sub titulo de bonorum possessionibus.

SI alienus inquit, postumus heres fuerit institutus; quamuis hereditatem iure ciuili adire non poterat, cum institutio non valebat: honoratio tamē iure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum a Prætore adiuuabatur. Sed et is a nostra cōstitutione hodie recte heres instituitur, quasi et iure ciuili non incognitus.

VIII. Cavite huius constitutionis referuntur a Græcis hæc sententiæ.

POTEST quis legatum, vel hereditatem ecclesiæ relinquere.

Et alio loco.

VALET quod relinquitur licito collegio, aut corpori; vt puta senatoribus, aut curiæ, aut apparitoribus, aut medicis, aut præceptorib.

aut

aut aduocatis, aut militibus, aut artificibus, aut sacerdotibus, aut alijs personis. Partes autem æquis portionibus singuli capiunt, qui tempore mortis in eorum numero reperiuntur; nisi nominatim testator partes tribuerit.

In calce eiusdem constitutionis.

SI quid præsens, aut annuum relictũ sit pietatis causa ecclesijs, aut xenonibus, aut ptochijs, aut pijs locis, aut clero, aut ad captiuos redimendos, aut ipsis pauperibus siue captiuis: defuncti voluntas seruanda est.

TIT. XLIX. AD S. C. TREBELLIANVM.

Vereor, ne non sub hoc titulo desit Iustiniani constitutio, qua Pagasiani. S. C. vires in Trebellianum transferantur. Quod significare videtur lib. II. institutionum, et in Græca et Latina constitutione, quam sub titulo de vetere iure retulimus. item Nouella 1.

Sub titulo LXI. *DE BONIS, quæ liberis videntur tres constitutiones deesse. Namque XI. constitutionem referri a Græcis scio, nisi mendum in eorũ libris sit.*

LIB. VII. TIT. XI. QVI MANV MITTERE NON POSSVNT.

Sub hoc titulo VIII. *constitutionem Iustiniani desidero, de qua in Institutionibus ita scriptum est.*

CVM

CVM libertas inæstimabilis res sit, et propter hoc ante vicesimũ ætatis annum antiquitas libertatem seruo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes non aliter minori x x. annis libertatem in testamento dare seruo suo concedimus, nisi XVII. annum impleuerit, et XVIII. attigerit. Cum enim antiquitas huiusmodi ætati et pro alijs postulare concesserit; cur non etiã sui iudicij stabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam seruis suis possint peruenire?

LIB. VIII. TIT. X. DE AEDIFICIIS PRIVATIS.

XII. IMP. CAES. ZENO. PIVS. VICTOR. TRIVMPHATOR MAX. semper Augustus Adamantio Pref. vrbis.

ET iudiciorum pace frui, et a bellis externis abstinere nostros subditos cupientes; admonere singulos curauimus; cur hanc quoque constitutionem fecerimus; qua dilucide ostenditur, quid tua nos recte Magnificentia docuit, quidq. nos ipsi prouide definiuimus; vt difficultas omnis dissoluta sit. Atque in ea parum discedentes ab ciuilibus, nostræ Reipub. verbis, vtimur his, quæ in vulgus nota sunt; vt quisquis in hanc legẽ inciderit, non alio interprete ad ipsius vsum indigeat.

de ea re, neque ob timorem illius, aduersus quem petatur instrumentum, neque ob eius amicitiam, recusare exhibitionem: sed quod recta via in suis facultatibus multum lædatur. Vt enim is, qui putat se scire de aliqua re, cogitur etiam inuitus testimonium dicere; neque si ei pecunia promissa sit, ne dicat, aut contra amicum veniat ad ferendum testimonium, excusatur: ita neque is, qui instrumentum exhibere petatur, siue quod aliquid ceperit, siue quod aliquid sperat accipere, siue propter amicitiam eius, qui ex instrumento lædetur; potest se ab exhibitione excusare. At si quis iuret se non habere instrumentum, quod petatur: nullo modo cogendus est id exhibere quod non habet. Si vero renuat id sacramentum præstare, aut si se occultet, ne iuret, aut ne exhibeat: omne damnum, quod ex eo ei, qui indiget instrumento, obuenier, de suo restituat. Hæc omnia obtineant tam in argentariorum scripturis, quam in alijs aliorum contractibus, quæ quis exhiberi petat; non solum contra eos qui ea composuerunt, sed etiam cõtra alios quos suis. Illi autem cogantur exhibere scripturas, aut instrumenta; qui dicere testimonium aduersus aliquem coguntur. Nam aduersus eas personas, aduersus quas quis non dicit testimonium inuitus; nec proferre scripturas, aut instrumenta, aut alias res cogetur. Certæ autem sunt personæ in iure; quæ non coguntur inuitæ aduersus quasdam alias dicere testimonium: et aliæ, aduersus

uersus quas dicere no coguntur. Nemini autem liceat alibi cogere instrumenta exhiberi, quam in suo iudicio, vbi controuersia agitatur; tunc vero sumptibus petentis fieri eorum exhibitionem. Fieri quoque debet ea exhibitio semel tantum. Si vero facta semel editione instrumẽti, petat eam iterum fieri qui eo indiget; si id iudici æquum videatur, iterum exhibeatur instrumentum. Quod si is, qui iam exhibuit, se excusans neget se posse iterũ id exhibere, vel quia scriptura deperdita sit, aut aliqua alia ratione non habeat facultatẽ eam exhibendi; sacramento suo fides ei adhibeatur; neque amplius cogatur id instrumentũ exhibere. Hæc autem locum habeant non solum in vrbe Regia, sed etiam in alijs locis republicæ.

Sub titulo XXIIII. DE ACTIONE PIGNERATITIA *Haloãder notat deesse 1. Gracam Seueri et Antonini constitutionem ad Metrodorum propositam Idib. Octob. Apro et Maximo Cos.*

Sub titulo XXXIII. DE NAVTICO FAENORE *prima quoque deesse dicitur in veteri quodã Romano libro nisi forte vltima sit proximi tituli De vsuris.*

II. TRAIECTITIAM.
III. CVM DICAS. et ceteræ.

TIT. I. DE SPONSALIBVS ET ARRIS SPONSALICIIS ET PROXENETICIS.

Desideratur vel ab ipso Accursio constitutio, quæ de proxeneticis disposuerit. Cum itaque a nobis quintã a Græcis referri inuentum sit, quam nos quoque eodem numero habemus; sextam desiderari credidimus. Cuius fortasse ea sententia est, quam in indice ordine literarũ, et apud Harmenopolum lib. IIII. titulo III. reperimus.

CONstitutio est, quæ iubet, vt nuptiarum proxeneta, si fieri possit, omni munere abstineat; modo non aliquam conuentionem inierit. At si quid pactus sit; non amplius vicesima dotis, aut donationis propter nuptias petere possit. vt si dos ducentarum librarum auri sit, decem libras exigat. Minus autẽ, si velit accipere permittitur. Si vero dos cuiuscumque maioris quantitatis sit; nõ amplius decem libris auri proxeneta accipiat.

TIT. IIII. DE NVPTIIS.

In Græcis paratitlis refertur pars sententiæ XXIX. constitutionis, cuius initium est OMNIS; sed totum constitutionis sententia refertur constitut. Græca XXXIII. de Episcopali audientia.

SCENICA, quæ ab eo genere vitæ liberari desiderat, et ab aliquo magistratu prohibetur: referat Episcopo, vt eius prouidentia ad castam, honestamque vitam reuertatur.

TIT.

TIT. IX. DE SECVNDIS NVPTIIS.

Ex eisdē paratitlis XI. *constitutionis semētiæ pars est.*

1 S Qui secundas nuptias cōtrahit, lucra prioris matrimonij propter mortem liberorum habebit; et ab ijs, qui ea possidebunt, vindicabit.

TIT. XVII. DE REPVDIIS.

Epitome Constit. XII. *ex lib.* XXVIII. *Basilicorum.*

SAEPE liberi, qui sub patria potestate sunt, cum suis coniugibus in damnum suorum parentum machinantur, repudium eis mittentes nulla iusta causa moti; sed vt parentes restituant et dotem, quam acceperunt, et donationem ante nuptias, quam pro eis fecerunt; ipsi vero permaneat forsasse etiam soluto matrimonio clam suis coniugibus adhærentes. Quamobrem iubet hæc constitutio; vt neque liberi, qui sub patria potestate sunt, neque ij qui sui iuris sunt tam masculi, quam feminæ, possint dissoluere matrimonium cum damno suorum patris vel matris, qui dotes, vel donationes ante nuptias dederunt, aut susceperunt. Sed, vt in constitutione matrimonij expectamus patrū consessum: ita non dissoluantur liberorum nuptiæ sine eorum voluntate. Si vero repudium quoque missum sit sine eorum licētia:

non competat in eos dotis, aut ante nuptias donationis repetitio, siue ipsi ea dederint, siue suscepterint. Sed ipse filius, aut filia, qui repudium sine causa miserunt, huic fraudi subiiciatur. Absurdū enim est; vt pater sine filij voluntate nequeat dissoluere matrimonium; liberis vero permittatur, minorib. fortasse xxv. annis, et qui ignorant, quid ipsis vtile sit, aut qui malo animo erga parentes vtantur, vt sine eorum volūtate sua matrimonia dirimant.

LIB. VI. TIT. IIII. DE BONIS LIBERTORVM, ET IVRE PATRONATVS.

III. Constitutio Græca vel Accursio teste desideratur, eius sententia ab Iustiniano lib. III. institutionum refertur in hec verba.

NOSTRA constitutio, quam pro omni natione, Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus, ita huiusmodi causam definiuit; vt siquidem libertus, vel liberta minores centenarijs sint, id est minus centum aureis habeant substātiam, sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus: vt pro mille sestertijs vnus aureus cōputetur; nullum locū habeat patronus in eorum successione; si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint nullo liberorum relicto: tunc patronatus ius, quod erat ex

lege

lege XII. Tabularum, integrum reseruauit. Cum vero maiores centenarijs sint, si heredes, vel bonorum possessores liberos habeant, siue vnum, siue plures, cuiuscumq. sexus, vel gradus; ad eos successiones parentũ deduximus, patronis omnibus modis vna cũ sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint: si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos, patronasque vocauimus. Si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredauerint; vel mater, siue auus maternus eos præterierint, ita quod non possint argui in officiosa eorum testamenta: tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam, vt antea, sed tertiam partem bonorũ liberti consequantur: vel quod deest eis, ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorũ libertus, vel liberta eis reliquerit; ita sine onere, vt nec liberis liberti, libertæve ex ea parte legata, vel fideicõmissa præstentur; sed ad coheredes eorum hoc onus redundet, multis alijs casibus a nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi dispositionem iuris perspeximus: vt tam patroni, patronæque, quam liberi eorum, necnon qui ex transuerso latere veniunt, vsque ad quintũ gradum ad successionem libertorũ, libertarum ve vocentur, sicut ex ea constitutione intelligen-

quod cognatis a Prætore apertũ est, hoc adgnatis esse recluſum: maxime cum in onere quidem tutelarum, et primo gradu deficiente ſequens ſuccedit; et quod in onere obtinebat, non erat in lucro permiſſum.

Et poſtea.

SED noſtra conſtitutione, quam pro iure patronatus fecimus, quod ius vſque ad noſtra tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum, et vndique cũfuſum fuerat; et hoc humanitate ſuggerente conceſsimus; vt ſi quis in ſeruili conſtituetus conſortio, liberum vel liberos habuerit, ſiue ex libera, ſiue ex ſeruilis cõdicionis muliere; vel contra ſerua mulier ex libero, vel ſeruo habuerit liberos cuiuſcumque ſexus: et ad libertatẽ his peruenientibus ij, qui ex ſeruili ventre nati ſunt, libertatem meruerint; vel dum mulieres liberæ erant, ipſi in ſeruitute eos habuerint, et poſtea ad libertatem peruenerint; vt hi omnes ad ſucceſsionem patris, vel matris veniant, patronatus iure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolum in ſuorum parentũ ſucceſsionem, ſed etiam alterum in alterius ſucceſsionem mutuam vocauimus ex illa lege ſpecialiter eos vocantes: ſiue ſoli inueniãtur, qui in ſeruitute nati et poſtea manu miſsi ſunt; ſiue vna cum alijs, qui poſt libertatem parentum concepti ſunt: ſiue ex eodem patre, ſiue ex eadem matre, ſiue ex alijs nuptijs ad ſimilitudinem eorũ, qui ex iuſtis nuptijs procreati ſunt.

In paratitlis quoque reperitur hæc sententia.

QVAE domini sui vsq. ad ipsius mortem concubina fuit, cum legitimam vxorem nō haberet; cum liberis suis in libertatem vindicatur: et peculiū, quod habuit tum, cum dominus mortuus est, præter legitimam quantitatem retinet, neque habent aduersus eam defuncti liberi, aut heredes, aut cognati ius patronatus.

Ex indice Basilicorum pars eiusdem constitutionis, aut eius epitomæ.

VT si quidem minus centum aureorum bona liberti habeant; non vexentur: sed, vt velint, testētur. Sed si intestati, et sine liberis decesserint; patroni succedant. Si vero vltra centum aureos habeant: si filij, vel nepotes, vel pronepotes, vel abnepotes supersint; hi vocentur ad successionē: si sine liberis, et intestati decesserint, patroni vocentur. Si vero hi liberti testati fuerint, qui liberis careant: cogantur tertiā partem bonorum suorū patronis relinquere. Vocantur autem ad intestati successionem descendentes liberi patroni, et ex transuerso latere, si descendentes non extabunt, vsque ad quintum gradum. At ad querellam inofficiosi testamenti liberti, soli patroni, et filij eorū, atque nepotes vsque ad quintum gradum admittentur. ex transuerso autē propinqui non possunt contra testamentū petere tertiam partem scriptis extraneis heredibus.

TIT. XXIII. DE TESTAMENTIS.

Post. XXIII. Constitutionem duas Iustiniani Græcas constitutiones desidero, quarum lib. II. institutionū mentio fit.

Quia

QVIA inciuile esse putauimus scripturæ ordinem quidem sequi; quod et ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum; sperni autem testatoris voluntatem; per nostram constitutionem et hoc vitiũ emendauimus: vt liceat et ante heredis institutionem, et inter medias heredum institutiones legatum relinquere, et multò magis libertatem, cuius vsus fauorabilior est.

Et alio loco.

LEgatarijs autem, et fidei commissarijs, quia nõ iuris successores sunt, et alijs personis eis coniunctis testimonium non denegamus; immo in quadam nostra cõstitutione et hoc specialiter eis concessimus.

Subtitulo XXV. *DE INSTITVTIONIBVS, vel substitutionibus, seu restitutionibus sub condicione factis* VI. *constitutio Iustiniani in Norico libro desideratur.*

VII. GENERALITER.

VIII. SI QVIS.

TIT. XLVIII. DE INCERTIS PERSONIS.

Sub hoc titulo vnica constitutio Græca desideratur, quæ in plura capita diuisa erat, vt Græci interpretes referunt; eius initium fuisse dicunt INCERTVS. *A nostris titulis ipse cum proximo Ad S.C. Trebellianum coniunctus est. Huius tamen constitutionis ab Iustiniano ipsius legis auctore mentio fit lib.* II. *et* III. *institutionum.*

LE-

LEGARI, inquit, illis solũ potest, cum quib. testamenti factio est. Incertis vero personis neque legata, neque fidei cõmissa olim relinqui concessum erat. Nam ne miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, vt D. Hadrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat. veluti si quis ita dicat: Quicumq. filio meo filiã suam in matrimonium dederit, ei heres meus illũ fundum dato: Illud quoque quod ijs relinquebatur, qui post testamentum scriptũ primi consules designati essent; æque incertæ personæ legari videbatur. et deniq. multæ aliæ huiusmodi species sunt. Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari: quia placebat nominatim seruos liberari. Sub certa vero demonstratione, id est ex certis personis incertæ personæ recte legabatur. vel vti, Ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiã meam vxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato. Incertis autem personis legata, vel fidei commissa relicta, et per errorem soluta, repeti non posse, sacris constitutionibus cautum erat. Postumo quoque alieno inutiliter antea legabatur. est autem alienus postumus, qui natus, inter suos heres testatori futurus non est. ideoq. exemancipato filio conceptus nepos, extraneus erat postumus auo. Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta: cum in nostro Codice constitutio posita sit, per quam et huic

huic parti medemur, nō solum in hereditatibus, sed etiam in legatis, et fidei commissis. quod euidēter ex ipsius constitutionis lectione clare scit. Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati cauere. Postumus autē alienus heres instituí et antea poterat, et nunc potest; nisi in vtero eius sit, quæ iure nostro vxor esse non potest.

Idem sub titulo de bonorum possessionibus.

SI alienus inquit, postumus heres fuerit institutus; quamuis hereditatem iure ciuili adire non poterat, cum institutio non valebat: honoratio tamē iure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum a Prætore adiuuabatur. Sed et is a nostra cōstitutione hodie recte heres instituitur, quasi et iure ciuili non incognitus.

VIII. Cauite huius constitutionis refertur a Græcis hæc sententia.

POTEST quis legatum, vel hereditatem ecclesiæ relinquere.

Et alio loco.

VALET quod relinquitur licito collegio, aut corpori; vt puta senatoribus, aut curiæ, aut apparitoribus, aut medicis, aut præceptorib.

aut

aut aduocatis, aut militibus, aut artificibus, aut sacerdotibus, aut alijs personis. Partes autem æquis portionibus singuli capiunt, qui tempore mortis in eorum numero reperiuntur; nisi nominatim testator partes tribuerit.

In calce eiusdem constitutionis.

Si quid præsens, aut annuum relictũ sit pietatis causa ecclesijs, aut xenonibus, aut ptochijs, aut pijs locis, aut clero, aut ad captiuos redimendos, aut ipsis pauperibus siue captiuis: defuncti voluntas seruanda est.

TIT. XLIX. AD S. C. TREBELLIANVM.

Vereor, ne non sub hoc titulo desit Iustiniani constitutio, qua Pagasiani. S. C. vires in Trebellianum transferantur. Quod significare videtur lib. II. institutionum, et in Græca et Latina constitutione, quam sub titulo de vetere iure rettulimus. item Nouella 1.

Sub titulo LXI. *DE BONIS, quæ liberis videntur tres constitutiones deesse. Namque XI. constitutionem referri a Græcis scio, nisi mendum in eorũ libris sit.*

LIB. VII. TIT. XI. QVI MANV MITTERE NON POSSVNT.

Sub hoc titulo VIII *constitutionem Iustinianæ desidero, de qua in Institutionibus ita scriptum est.*

CVM

CVM libertas inæstimabilis res sit, et propter hoc ante vicesimũ ætatis annum antiquitas libertatem seruo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes non aliter minori x. annis libertatem in testamento dare seruo suo concedimus, nisi XVII. annum impleuerit, et XVIII. attigerit. Cum enim antiquitas huiusmodi ætati et pro alijs postulare concesserit; cur non etiã sui iudicij stabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam seruis suis possint peruenire?

LIB. VIII. TIT. X. DE AEDIFICIIS PRIVATIS.

XII. IMP. CAES. ZENO. PIVS. VICTOR. TRIVMPHATOR MAX. semper Augustus Adamantio Pref. vrbis.

ET iudiciorum pace frui, et a bellis externis abstinere nostros subditos cupientes; admonere singulos curauimus; cur hanc quoque constitutionem fecerimus; qua dilucide ostenditur, quid tua nos recte Magnificentia docuit, quidq. nos ipsi prouide definiuimus; vt difficultas omnis dissoluta sit. Atque in ea parum discedentes ab ciuilibus, nostræ Reipub. verbis, vtimur his, quæ in vulgus nota sunt; vt quisquis in hanc legẽ inciderit, non alio interprete ad ipsius vsum indigeat.

digeat. Nouimus itaque ex ijs, quæ a tua Magnitudine suggesta sunt, sacram illam constitutionẽ immortalis recordationis Leonis patris nostri, quã de ijs tulit, qui in hac inclita vrbe ædificare volebant; ambiguæ esse aliqua ex parte scriptam videri, ob prauorum hominum iniquas interpretationes. Nos vero iubemus; vt qui domos suas renouant, nullo pacto veterem formam transgrediantur: vt ne, qui ædificant, lumen auferant, aut prospectum vicinis præter id, quod antea fuerat constitutum. Neque tamen adijcimus, idẽ seruari oportere; si is, qui ædificat, ius aliquod habet, quod ei ex conuentione, aut promissione competat; quo permittatur mutare, si velit, veterem formam: etenim sancimus; vt si pactione, aut stipulatione ædificans iuuatur; licere ei secundum conuentionis, aut promissionis vires ædificare; quamuis vicini, quibus obstat conuentio, exeo lædi videantur. Sed et cum ea constitutione dicatur, vt duodecim pedum spatium inter suum, et vicini ædificiũ relinquere eum oporteat, qui velit ædidificare: ei interuallo plus minusve adiectum est; vnde maior incertitudo orta fuit. neque enim dubijs rebus res dubias decidere oportet. Iubemus autem aperte, vt duodecim pedes intersint inter vtrumque ædificiũ initio sumpto ab extremis fundamentis, et ad vltimam ædificij altitudinem eodem spatio obseruãdo, atque ei, qui hoc deinceps obseruauerit, liceat opus extollere in quan-

quantam velit altitudinem, feneſtraſque tam eas, quibus proſpiciatur, quam eas, quæ lumē admittant, ſecundū ſacræ legis obſeruationem aperire; ſiue nouam domum fabricari velit; ſiue veterem renouet; ſiue igne conſumptam ædificet. Neque tamen ex hoc interuallo liceat vicino rectū proſpectum maris auferre, non obliquum ex aliquo ædium latere; cum vicinus intra domū aut ſtans, aut ſedēs proſpicere poteſt, neque ſe aliquorſum conuertit, vt capiat maris proſpectum. Hortorū vero, et arborum proſpectus neq. priori lege, neq. hac ipſa circumſcribitur: neque enim decet huiuſmodi ſeruitutem in eis locum habere. Nemini autem fas ſit, dū ædificat, ad angiportus, aut vias, quæ latiores XII. pedibus ſint: ea de cauſa adimere viæ, aut angiportui partem, et ſuæ domui applicare. Neque enim lædere voluimus, quæ iuris publici ſunt, eaquæ ædificantibus addicere, cum XII. pedum interuallū definiuimus inter ædificia: ſed vt non eſſet anguſtius interuallum; ac ſi quid plus eſſet, apud eum conſiſtere ſiuimus, qui id obtineret; neque deminui permiſimus: vt ciuitati ſua iura conſeruentur. Si vero vetus ædificium, et antiqua eius forma talis ſit; vt anguſtius interuallum XII. pedibus ſit inter vtramque domum: non liceat præter veterem formam, aut ædificium erigere, aut feneſtras apperire, niſi X. pedes interſint. eo enim caſu proſpectus cauſa, quæ antea nō fuerint, non poterit; luminis gratia aperire pote-

altiores feneſtras ſex pedibus a ſolo. Neque vero cum adminiculum, quod ὑπόπαττον dicitur, ſuæ domi facere quiſquã audeat, et lumen admittentes feneſtras ſupra illam ſex pedum altitudinis menſuram aperiat; quo legi fraus fiat. Id enim ſi liceat, lumini ſeruientes feneſtræ, propter id adminiculum proſpectui erunt accommodatæ; et vicinos lædent. quod fieri prohibemus, minime tamen auferendo, quod ex conuentione, aut ſtipulatione auxilium competit, ſi modo id cuiquã competierit. Iam vero cum priori lege iubeatur, vt liceat ad cẽtum pedes eas domos erigere, quæ prius igne conſumptæ fuerunt, quamuis in maris proſpectu aliquis læderetur: hanc quoque difficultatem tollendo ſancimus hoc ipſum locum habere tam in cõbuſtis ædibus, quam in ijs, quæ renouatæ ſunt, aut quæ antea quidem non erãt, ſed nunc primum ædificãtur; aut etiam in ijs, quæ ab igne nihil damni paſſæ ſunt, ſed ob vetuſtatẽ, aut ob aliam cauſam dirutæ ſunt. Vt in quocumque genere ædificij centum pedum interuallum ſit inter id, et loca, cum quibus lis eſt, ac ſine prohibitione opus fiat, quamuis alterius domui in maris proſpectu officiatur. At cum e culinis ſolũ proſpicitur, aut e latrinis, aut ex alijs ſeceſſibus, aut ex ſcalis, ſiue e ponticulis, quibus ad tranſeundũ vtantur, aut ex ijs locis, quæ veteres βαλανεῖα appellabant: offici poteſt, et ſi intra centum pedes ædificetur, quã ius tantũ pedũ XII. interuallũ ſit.

Hæc

Hæc vero obseruãda esse sancimus, quoties nulla conuentio sit, ex qua aliter ædificari permittatur. Nam qui ex pacto vicinorum ædificant, conuentioni tantum satisfacient; et vel non derelicto interuallo iuxta pactionem extollere eis ædificia permittimus; et si alij lædantur in maris prospectu, tam qui contraxerunt, quam qui eas domos ab eis acceperunt. Etenim iura, quæ perfecte aliquibus ex conuentione competunt, non decet ea generalibus legibus abrogari. Hoc amplius sancimus; vt solaria post hanc legem non ex tignis tantum, atque asseribus fiãt; sed in eam formam, qua ea, quæ Romana dicuntur, construuntur. Sitque decem pedum interuallum inter duo solaria, quæ aduersa inter se sint. Quod si propter angustiam loci fieri id nequeat; aliorsum solaria conuertantur. Si vero ipse angiportus non latior decem pedibus sit; nemo instituat ex aliqua parte solaria, siue mæniana ædificare; et quæ recte facta sunt, abesse iubemus a solo xv. pedum interuallo in altitudinem. nullo vero pacto ad eorum perpendiculum lapideæ, aut ligneæ columnæ in solo statuantur, aut parietes fiant; vt ne aër ijs, qui sub tus consistunt, adimatur; neue ex eo angustior angiportus fiat, ac publica via. Item prohibemus scalas, quæ ab solo angiportus ducant ad solaria: vt ex tutiori ædificio, et ex non ita coniunctis solarijs leuiora, et magis rara cõtingant vrbi et dominis, quæ deus auertat, incendia: quæ ita multo

quoq. facilius extinguentur. Sin autem aduersus constitutionem nostram solarium fiat, aut scalæ: non solum id, quod factum est, excindatur; sed ædium etiam dominus decem auri libras multæ nomine soluet; et architectus, aut opifex, qui opus instituit, totidem. opifex quoque, qui opus fecit, et soluendo non est propter paupertatem, corpore plectetur, et verberibus cæsus ex vrbe eicietur. Ad hæc iubemus nemini licere plures deinceps columnas in porticibus publicis constitutas a miliario ad capitoliū occludere ædificijs, sed asseribus tantū, aut alijs rebus inter columnas constitutis. At tamen hæc ædificia non excedant cum ipsis parietibus erga viam publicam sex pedum latitudinem, altitudinem autem septem pedum. At qui omnino post quartam quamque columnam transitus liber a porticibus in viam relinquatur. Exornentur autem hæc ædificia, siue officinæ marmoribus extrinsecus; vt et pulchriorem vrbem efficiant, et transeuntes delectentur. Quæ vero in alijs partibus vrbis inter columnas tabernæ fiunt, quemadmodum Magnificentiæ tuæ conuenire videbitur, eadē mensura, et modo ædificari sancimus, æquitate videlicet omnibus seruata, ne quod alijs permittitur, alijs prohibeatur. Illud sane constituimus: ne calumniantium fraudes modestos homines lædant. Namq. multi inuidiæ potius, quam damni causa litē ædificare volentibus parantes, suis dilationibus causam præ-

præbent, vt qui cœperat ædificare, cum postea damni prætextu prohibeatur, imperfectum opus cogatur derelinquere: et in iudicium adductus pecuniam, ex qua construere domum sperabat, in litibus consumat; quodque maxime absurdum est, post sententiam victricem consecutam; in sordibus adhuc quibusdam vinculis implicetur, eo, qui prohibuit ædificari, occasione appellationis tempora solita exspectante, et se impedimento operi fuisse cum vicini calamitate gaudente. Iubemus igitur, vt in his casibus, si remissio data sit aduersus nuntiationem ab eo, qui causam cognouit; vna cum relatione ab ipso iudice data, aut forma conscripta, et non obseruato tempore, liceat victori, et superato aut simul, aut per se ingredi iudicium tuæ Magnitudinis, et aduersario, si absit, vt solet, vocato illam iudicis dati sententiam ostendere: vt omi dilatione præcisa legitimus finis causæ imponatur; neque hieme forte præsente, aut aduentante, dum expectant longa dilationum tempora, is, qui ædificare volebat, neq. iure prohibeatur, damnum patiatur graue. Simili modo, si quis in eadem causa prouocare voluerit, incusans ea, quæ a Magnificentia tua decreta sunt, statim Consultatio fiat: et concedatur ipsi, atque victori; vt de ea sententia, vt consuetū est, in sacro nostro palatio sine vlla dilatione cognoscatur. Nouerint autem omnes, qui prohibent ædificãtes, se, si victi sint, et omne damnum, quod

euenir, soluturos, et materiæ æstimationem, quæ corrupta esse videbitur, aut deterior facta iudicij tempore. Illi vero, qui non iure ædificare cœperunt, si victi fuerint, et damnum opus prohibenti præstabunt, qui causam dicere his de rebus coactus est. Omnem sane huiusmodi controuersiam tantum ex responso iudicij tuæ Magnitudinis iudicari iubemus. neque alius quisquam gloriosorum magistratuum audiat hãc causam. neue quis reus in ea militiæ vtatur, aut fori præscriptione, quo minus iudicetur, aut cõdemnetur ad damna præstanda, quæ gloriosis. Præfecti vrbis sententia, aut iudicis ab eo dati præstare iussus est. Sed ex actionem condemnatus patiatur per officiũ tuæ Magnificentiæ; neque quisquam hac in re præscriptionem fori obiciat. Tua vero Magnitudo prouideat; ne quis opifex, aut artifex, qui opus inchoauerit, id imperfectum relinquat: sed eum, qui id inchoauerit, ac mercedem acceperit, cogat opus perficere, aut præstare damnum, quod ex ea re euenerit domino ædificij, et quod passus est ob opus imperfectum. Sed si forte pauper sit ille, qui ita deliquit; verberibus cæsus in exiliũ extra vrbem mittatur. Neque vero alius eiusdem artificij prohibeatur, quod ab alio cœptum est, perficere. quod scimus ausos fuisse quosdam architectos aduersus dominos ædificiorum: vt neque ipsi explerent, quæ cœperant ædificare, neq. alios eadem opera perficere paterentur: sed potius, vt

graue

graue inde damnum sentirent, qui ædificabant, operam dabant. Itaque qui recusauerit, quod ab alio cœptū est, perficere ob eam tantum causam, quod alius id cœperit: ipse quoque idem iudiciū patietur, quod is, qui opus imperfectum dereliquit.

XIII. CVM DVBITARETVR.

XIIII. DE OPERIS NOVI.

TIT. XL. DE OPERIBVS PVBLICIS.

Epitome constit. 111. ex indice Basilicorum.

NEQVE monachus, neque alius quisquam in loco publico, aut in eo, vbi spectaculum agitur, crucem, aut sanctas reliquias statuat.

IIII. PRAETORIA.

TIT. XLVII. DE ADOPTIONIBVS.

Pars epitomes constit. XII. ex indice Basilicorum.

NE etiam a peregrinis, qui extra vrbem Romam habitant, fratres per adoptionem constituantur. Quod si quis vt frater heres relictus, testamento est; amittat hereditatem. Adoptio enim naturam imitetur oportet: atqui nemo fratrem sibi procreat.

In paratitlis quoque reperitur hæc sententia.

QVAE domini sui vsq. ad ipsius mortem concubina fuit, cum legitimam vxorem nō haberet; cum liberis suis in libertatem vindicatur: et peculiū, quod habuit tum, cum dominus mortuus est, præter legitimam quantitatem retinet, neque habent aduersus eam defuncti liberi, aut heredes, aut cognati ius patronatus.

Ex indice Basilicorum pars eiusdem constitutionis, aut eius epitomes.

VT si quidem minus centum aureorum bona liberti habeant; non vexentur: sed, vt velint, testētur. Sed si intestati, et sine liberis decesserint; patroni succedant. Si vero vltra centum aureos habeant: si filij, vel nepotes, vel pronepotes, vel abnepotes supersint; hi vocentur ad successionē: si sine liberis, et intestati decesserint, patroni vocentur. Si vero hi liberti testati fuerint, qui liberis careant: cogantur tertiā partem bonorum suorū patronis relinquere. Vocantur autem ad intestati successionem descendentes liberi patroni, et ex transuerso latere, si descendentes non extabunt, vsque ad quintum gradum. At ad querellam inofficiosi testamenti liberti, soli patroni, et filij eorū, atque nepotes vsque ad quintum gradum admittentur. ex transuerso autē propinqui non possunt contra testamentū petere tertiam partem scriptis extraneis heredibus.

TIT. XXIII. DE TESTAMENTIS.

Post. XXIII. Constitutionem duas Iustiniani Græcas constitutiones desidero, quarum lib. II. institutionū mentio fit.

Quia

QVIA inciuile esse putauimus scripturæ ordinem quidem sequi; quod et ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum; spernì autem testatoris voluntatem; per nostram constitutionem et hoc vitiũ emendauimus: vt liceat et ante heredis institutionem, et inter medias heredum institutiones legatum relinquere, et multo magis libertatem, cuius vsus fauorabilior est.

Et alio loco.

LEgatarijs autem, et fidei commissarijs, quia nõ iuris successores sunt, et alijs personis eis coniunctis testimonium non denegamus; immo in quadam nostra cõstitutione et hoc specialiter eis concessimus.

Subtitulo XXV. *DE INSTITVTIONIBVS, vel substitutionibus, seu restitutionibus sub condicione factis* VI. *constitutio Iustiniani in Norico libro desideratur.*

VII. GENERALITER.

VIII. SI QVIS.

TIT. XLVIII. DE INCERTIS PERSONIS.

Sub hoc titulo vnica constitutio Græca desideratur, quæ in plura capita diuisa erat, vt Græci interpretes referunt; eius initium fuisse dicunt INCERTVS. *A nostris titulis ipse cum proximo Ad S.C. Trebellianum coniunctus est. Huius tamen constitutionis ab Iustiniano ipsius legis auctore mentio fit lib.* II. *et* III. *institutionum.*

LE-

LEGARI, inquit, illis solũ potest, cum quib. testamenti factio est. Incertis vero personis neque legata, neque fideicõmissa olim relinqui concessum erat. Nam ne miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, vt D. Hadrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat. veluti si quis ita dicat: Quicumq. filio meo filiã suam in matrimonium dederit, ei heres meus illũ fundum dato: Illud quoque quod ijs relinquebatur, qui post testamentum scriptũ primi consules designati essent; æque incertæ personæ legari videbatur. et deniq. multæ aliæ huiusmodi species sunt. Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari: quia placebat nominatim seruos liberari. Sub certa vero demonstratione, id est ex certis personis incertæ personæ recte legabatur. vel vti, Ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiã meam vxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato. Incertis autem personis legata, vel fidei commissa relicta, et per errorem soluta, repeti non posse, sacris constitutionibus cautum erat. Postumo quoque alieno inutiliter antea legabatur. est autem alienus postumus, qui natus, inter suos heres testatori futurus non est. ideoq. exemancipato filio conceptus nepos, extraneus erat postumus auo. Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta: cum in nostro Codice constitutio posita sit, per quam et

huic

huic parti medemur, nō solum in hereditatibus, sed etiam in legatis, et fidei commissis. quod euidēter ex ipsius constitutionis lectione clare scit. Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati cauere. Postumus autē alienus heres institui et antea poterat, et nunc potest; nisi in vtero eius sit, quæ iure nostro vxor esse non potest.

Idem sub titulo de bonorum possessionibus.

SI alienus inquit, postumus heres fuerit institutus; quamuis hereditatem iure ciuili adire non poterat, cum instituitio non valebat: honoratio tamē iure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum a Prætore adiuuabatur. Sed et is a nostra cōstitutione hodie recte heres instituitur, quasi et iure ciuili non incognitus.

VIII. Cauite huius constitutionis refertur a Græcis hæc sententia.

POTEST quis legatum, vel hereditatem ecclesiæ relinquere.

Et alio loco.

VALET quod relinquitur licito collegio, aut corpori; vt puta senatoribus, aut curiæ, aut apparitoribus, aut medicis, aut præceptorib.

aut

aut aduocatis, aut militibus, aut artificibus, aut sacerdotibus, aut alijs personis. Partes autem æquis portionibus singuli capiunt, qui tempore mortis in eorum numero reperiuntur; nisi nominatim testator partes tribuerit.

In calce eiusdem constitutionis.

SI quid præsens, aut annuum relictũ sit pietatis causa ecclesijs, aut xenonibus, aut ptochijs, aut pijs locis, aut clero, aut ad captiuos redimendos, aut ipsis pauperibus siue captiuis: defuncti voluntas seruanda est.

TIT. XLIX. AD S. C. TREBELLIANVM.

Vereor, ne non sub hoc titulo desit Iustiniani constitutio, qua Pagasiani. S. C. vires in Trebellianum transferantur. Quod significare videtur lib. II. institutionum, et in Græca et Latina constitutione, quam sub titulo de vetere iure retulimus. item Nouella 1.

Sub titulo LXI. *DE BONIS, quæ liberis videntur tres constitutiones deesse. Namque XI. constitutionem referri a Græcis scio, nisi mendum in eorũ libris sit.*

LIB. VII. TIT. XI. QVI MANV MITTERE NON POSSVNT.

Sub hoc titulo VIII. *constitutionem Iustinianæ desidero, de qua in Institutionibus ita scriptum est.*

CVM

CVM libertas inæstimabilis res sit, et propter hoc ante vicesimũ ætatis annum antiquitas libertatem seruo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes non aliter minori x. annis libertatem in testamento dare seruo suo concedimus, nisi XVII. annum impleuerit, et XVIII. attigerit. Cum enim antiquitas huiusmodi ætati et pro alijs postulare concesserit; cur non etiã sui iudicij stabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam seruis suis possint peruenire?

LIB. VIII. TIT. X. DE AEDIFICIIS PRIVATIS.

XII. IMP. CAES. ZENO. PIVS. VICTOR. TRIVMPHATOR MAX. semper Augustus Adamantio Pref. vrbis.

ET iudiciorum pace frui, et a bellis externis abstinere nostros subditos cupientes; admonere singulos curauimus; cur hanc quoque constitutionem fecerimus; qua dilucide ostenditur, quid tua nos recte Magnificentia docuit, quidq. nos ipsi prouide definiuimus; vt difficultas omnis dissoluta sit. Atque in ea parum discedentes ab ciuilibus, nostræ Reipub. verbis, vtimur his, quæ in vulgus nota sunt; vt quisquis in hanc legẽ inciderit, non alio interprete ad ipsius vsum indigeat.

digeat. Nouimus itaque ex ijs, quæ a tua Magnitudine suggesta sunt, sacram illam constitutionẽ immortalis recordationis Leonis patris nostri, quã de ijs tulit, qui in hac inclita vrbe ædificare volebant; ambiguæ esse aliqua ex parte scriptam videri, ob prauorum hominum iniquas interpretationes. Nos vero iubemus, vt qui domos suas renouant, nullo pacto veterem formam transgrediantur: vt ne, qui ædificant, lumen auferant, aut prospectum vicinis præter id, quod antea fuerat constitutum. Neque tamen adijcimus, idẽ seruari oportere; si is, qui ædificat, ius aliquod habet, quod ei ex conuentione, aut promissione competat; quo permittatur mutare, si velit, veterem formam: etenim sancimus; vt si pactione, aut stipulatione ædificans iuuatur; licere ei secundum conuentionis, aut promissionis vires ædificare; quamuis vicini, quibus obstat conuentio, exeo lædi videantur. Sed et cum ea constitutione dicatur, vt duodecim pedum spatium inter suum, et vicini ædificiũ relinquere eum oporteat, qui velit ædificare: ei interuallo plus minusve adiectum est; vnde maior incertitudo orta fuit. neque enim dubijs rebus res dubias decidere oportet. Iubemus autem aperte, vt duodecim pedes intersint inter vtrumque ædificiũ initio sumpto ab extremis fundamentis, et ad vltimam ædificij altitudinem eodem spatio obseruãdo, atque ei, qui hoc deinceps obseruauerit, liceat opus extollere in

quan-

quantam velit altitudinem, fenestrasque tam eas, quibus prospiciatur, quam eas, quæ lumē admittant, secundū sacræ legis observationem aperire; siue nouam domum fabricari velit, siue veterem renouet; siue igne consumptam ædificet. Neque tamen ex hoc interuallo liceat vicino rectā prospectum maris auferre, non obliquum ex aliquo ædium latere; cum vicinus intra domū aut stans, aut sedēs prospicere potest; neque se aliquorsum conuertit, vt capiat maris prospectum. Hortorū vero, et arborum prospectus neq. priori lege, neq. hac ipsa circum scribitur: neque enim decet huiusmodi seruitutem in eis locum habere. Neminī autem fas sit, dū ædificat, ad angiportus, aut vias, quæ latiores xii. pedibus sint: ea de causa adimere viæ, aut angiportui partem, et suæ domui applicare. Neque enim lædere voluimus, quæ iuris publici sunt, eaque ædificantibus addicere, cum xii. pedum interuallū definiuimus inter ædificia: sed vt non esset angustius interuallum; ac si quid plus esset, apud eum consistere iuimus, qui id obtineret; neque deminui permisimus: vt ciuitati sua iura conseruentur. Si vero vetus ædificium, et antiqua eius forma talis sit; vt angustius interuallum xii. pedibus sit inter vtramque domum: non liceat præter veterem formam, aut ædificium erigere, aut fenestras apperire, nisi x. pedes intersint. eo enim casu prospectus causa, quæ antea nō fuerint, non poterit; luminis gratia aperire poterit

altiores fenestras sex pedibus a solo. Neque vero tum adminiculum, quod ψευδόπατον dicitur, suæ domi facere quisquã audeat, et lumen admittentes fenestras supra illam sex pedum altitudinis mensuram aperiat; quo legi fraus fiat. Id enim si liceat, lumini seruientes fenestræ, propter id adminiculum prospectui erunt accommodatæ; et vicinos lædent. quod fieri prohibemus; minime tamen auferendo, quod ex conuentione, aut stipulatione auxilium competit, si modo id cuiquã competierit. Iam vero cum priori lege iubeatur, vt liceat ad cẽtum pedes eas domos erigere, quæ prius igne consumptæ fuerunt, quamuis in maris prospectu aliquis læderetur: hanc quoque difficultatem tollendo sancimus hoc ipsum locum habere tam in cõbustis ædibus, quam in ijs, quæ renouatæ sunt, aut quæ antea quidem non erãt, sed nunc primum ædificãtur; aut etiam in ijs, quæ ab igne nihil damni passæ sunt, sed ob vetustatẽ, aut ob aliam causam dirutæ sunt, Vt in quocumque genere ædificij centum pedum interuallum sit inter id, et loca, cum quibus lis est, ac sine prohibitione opus fiat, quamuis alterius domui in maris prospectu officiatur. At cum e culinis solũ prospicitur, aut e latrinis, aut ex alijs secessibus, aut ex scalis, siue e ponticulis, quibus ad transeundũ vtantur, aut ex ijs locis, quæ veteres βασιρνια appellabant: offici potest, et si intra centum pedes ædificetur, quã ius tantũ pedũ XII. interuallũ sit.

Hæc

Hæc vero obseruãda esse sancimus, quoties nulla conuentio sit, ex qua aliter ædificari permittatur. Nam qui ex pacto vicinorum ædificant, conuentioni tantum satisfacient; et vel non derelicto interuallo iuxta pactionem extollere eis ædificia permittimus; et si alij lædantur in maris prospectu, tam qui contraxerunt, quam qui eas domos ab eis acceperunt. Etenim iura, quæ perfecte aliquibus ex conuentione competunt, non decet ea generalibus legibus abrogari. Hoc amplius sancimus; vt solaria post hanc legem non ex tignis tantum, atque asseribus fiãt; sed in eam formam, qua ea, quæ Romana dicuntur, construuntur. Sitque decem pedum interuallum inter duo solaria, quæ aduersa inter se sint. Quod si propter angustiam loci fieri id nequeat; aliorsum solaria conuertantur. Si vero ipse angiportus non latior decem pedibus sit; nemo instituat ex aliqua parte solaria, siue mæniana ædificare; et quæ recte facta sunt, abesse iubemus a solo xv. pedum interuallo in altitudinem. nullo vero pacto ad eorum perpendiculum lapideæ, aut ligneæ columnæ in solo statuantur, aut parietes fiant; vt ne aër ijs, qui subtus consistunt, adimatur; neue ex eo angustior angiportus fiat, ac publica via. Item prohibemus scalas, quæ ab solo angiportus ducant ad solaria: vt ex tutiori ædificio, et ex non ita coniunctis solarijs leuiora, et magis rara cõtingant vrbi et dominis, quæ deus auertat, incendia: quæ ita multo

quoq. facilius extinguentur. Sin autem aduersus constitutionem nostram solarium fiat, aut scalæ: non solum id, quod factum est, excindatur; sed ædium etiam dominus decem auri libras multæ nomine soluet; et architectus, aut opifex, qui opus instituit, totidem. opifex quoque, qui opus fecit, et soluendo non est propter paupertatem, corpore plectetur, et verberibus cæsus ex vrbe cicietur. Ad hæc iubemus nemini licere plures deinceps columnas in porticibus publicis constitutas a miliario ad capitoliũ occludere ædificijs, sed asseribus tantũ, aut alijs rebus inter columnas constitutis. At tamen hæc ædificia non excedant cum ipsis parietibus erga viam publicam sex pedum latitudinem, altitudinem autem septem pedum. At qui omnino post quartam quamque columnam transitus liber a porticibus in viam relinquatur. Exornentur autem hæc ædificia, siue officinæ marmoribus extrinsecus; vt et pulchriorem vrbem efficiant, et transeuntes delectentur. Quæ vero in alijs partibus vrbis inter columnas tabernæ fiunt, quemadmodum Magnificentiæ tuæ conuenire videbitur, eadẽ mensura; et modo ædificari sancimus, æquitate videlicet omnibus seruata; ne quod alijs permittitur, alijs prohibeatur. Illud sane constituimus: ne calumniantium fraudes modestos homines lædant. Namq. multi inuidiæ potius, quam damni causa litẽ ædificare volentibus parantes, suis dilationibus causam

præ-

præbent, vt qui cœperat ædificare, cum postea damni prætextu prohibeatur, imperfectum opus cogatur derelinquere: et in iudicium adductus pecuniam, ex qua construere domum sperabat, in litibus consumat; quodque maxime absurdum est, post sententiam victricem consecutam; in sordibus adhuc quibusdam vinculis implicetur, eo, qui prohibuit ædificari, occasione appellationis tempora solita exspectante, et se impedimẽto operi fuisse cum vicini calamitate gaudente. Iubemus igitur, vt in his casibus, si remissio data sit, aduersus nuntiationem ab eo, qui causam cognouit; vna cum relatione ab ipso iudice data, aut forma conscripta, et non obseruato tempore, liceat victori, et superato aut simul, aut per se ingredi iudicium tuæ Magnitudinis, et aduersario, si absit, vt solet, vocato illam iudicis dati sententiam ostẽdere: vt omi dilatione præcisa legitimus finis causæ imponatur; neque hieme forte præsente, aut aduentante, dum expectant longa dilationum tempora, is, qui ædificare volebat, neq. iure prohibeatur, damnum patiatur graue. Simili modo, si quis in eadem causa prouocare voluerit, incusans ea, quæ a Magnificentia tua decreta sunt, statim Consultatio fiat; et concedatur ipsi, atque victori; vt de ea sententia, vt consuetũ est, in sacro nostro palatio sine vlla dilatione cognoscatur. Nouerint autem omnes, qui prohibent ædificãtes, se, si victi sint, et omne damnum, quod

euenit, soluturos, et materiæ æstimationem, quæ corrupta esse videbitur, aut deterior facta iudicij tempore. Illi vero, qui non iure ædificare cœperunt, si victi fuerint, et damnum opus prohibenti præstabunt, qui causam dicere his de rebus coactus est. Omnem sane huiusmodi controuersiam tantum ex responso iudicij tuæ Magnitudinis iudicari iubemus. neque alius quisquam gloriosorum magistratuum audiat hãc causam. neue quis reus in ea militiæ vtatur, aut fori præscriptione; quo minus iudicetur, aut cõdemnetur ad damna præstanda, quæ gloriosiss. Præfecti vrbis sententia, aut iudicis ab eo dati præstare iussus est. Sed ex actionem condemnatus patiatur per officiũ tuæ Magnificentiæ; neque quisquam hac in re præscriptionem fori obiciat. Tua vero Magnitudo prouideat; ne quis opifex, aut artifex, qui opus inchoauerit, id imperfectum relinquat: sed eum, qui id inchoauerit, ac mercedem acceperit, cogat opus perficere, aut præstare damnum, quod ex ea re euenerit domino ædificij, et quod passus est ob opus imperfectum. Sed si forte pauper sit ille, qui ita deliquit; verberibus cæsus in exiliũ extra vrbem mittatur. Neque vero alius eiusdem artificij prohibeatur, quod ab alio cœptum est, perficere. quod scimus ausos fuisse quosdam architectos aduersus dominos ædificiorum: vt neque ipsi explerent, quæ cœperant ædificare, neq. alios eadem opera perficere paterentur: sed potius, vt

graue

graue inde damnum sentirent, qui ædificabant, operam dabant. Itaque qui recusauerit, quod ab alio cœptū est, perficere ob eam tantum causam, quod alius id cœperit: ipse quoque idem iudiciū patietur, quod is, qui opus imperfectum dereliquit.

XIII. CVM DVBITARETVR.

XIIII. DE OPERIS NOVI.

TIT. XL. DE OPERIBVS PVBLICIS.

Epitome constit. 111. ex indice Basilicorum.

NEQVE monachus, neque alius quisquam in loco publico, aut in eo, vbi spectaculum agitur, crucem, aut sanctas reliquias statuat.

IIII. PRAETORIA.

TIT. XLVII. DE ADOPTIONIBVS.

Pars epitomes constit. XII. ex indice Basilicorum.

NE etiam a peregrinis, qui extra vrbem Romam habitant, fratres per adoptionem constituantur. Quod si quis vt frater heres relictus testamento est, amittat hereditatem. Adoptio enim naturam imitetur oportet: atqui nemo fratrem sibi procreat.

DE CVSTODIA REORVM.

vt constitutio, cuius initium erat NEMINEM, referatur a Gratis eadem, vt arbitror, quæ xvii. De Episcopali audientia Iustiniani ad Menam P. P. Græca relata est. Huius autem epitomes pars referetur his verbis.

RELIGIOSISSIMVS cuiusque regionis Episcopus aliquo vniuscuiusque hebdomadis die quarta puta, aut sexta feria carceres diligenter perscrutetur.

Ex indice Basilicorum pars eiusdem constitutionis, aut eius epitomes, cuius verba postea reperi libro lx. titulo xxxv. cap. xxi. et xxii. Basilicorum, et animadverti partem præsentem esse epitomen constit. v. Latinæ. Græcæ epitomes initium est NEMINEM.

QVI carcere tenetur, non multo tempore in custodia maneat. Oportet enim eũ aut cito absolui, aut cito puniri. Iubemus igitur Cõmentariensem, posteaquam iniectus quis est in custodiam, singulis diebus vsque ad trigesimum cuiusque diem proferre magistratui indicem inclusorum, in quo qualitas etiam delictorum contineatur. Si vero hæc facta non sint: cohors quidem viginti libris auri multetur, magistratus autem cadat a dignitate, et decem auri libras nostris thesauris inferat. NEMINEM oportet custodiæ tradi,

tradi, sine iussione magnorum magistratuum, aut Defensorum eorundem locorum. Episcopus vero debet quarta vel sexta feria inquirere, qua de causa singuli inclusi sint. Et si quidem serui sint, intra viginti dies educantur, et castigan, si dominos habuerint, eis tradantur; aut si domini non appareant, abire permittantur. Si vero liberi fuerint: re seditionis statim iudicetur, si alia de causa detinentur; fideiussores dent. Si eos non habeant; et de crimine accusentur nō (capitali nec) cædis; citō iudicentur. Si capitale crimen est intra triginta dies iudicentur. Quod si res indiget maiore dilatione; et vinctus nō præbeat causam: dimittatur cum cautione iuratoria; ita vt sententia eo quoque absente in eū ferat. Si vero de cæde accusetur; si quidem ex relatione publicorum accusatorum; intra sex menses iudicetur, sciturus eisdem, si falsa detulerint, eādem pœnam subiturus esse. Si vero quis (ab aliis accusatus) reus scriptus sit; datis fideiussoribus liberetur. Si non habeat fideiussores: maneat in vinculis, et iudicium intra annum finem accipiat. Quod si contra eum præsumptio fuerit, quod obnoxius sit: maneat in custodia, quo ad causa terminetur. Si vero sententia de custodijs lata sit, siue in rem, siue in personam; exequatur.

Additur in Basilicis.

SI pecuniaria pœna sit, facultas conceditur bonis cedendi. Episcopi monēāt Præsides, vt hæc

seruent, alioquin ipsi, et eorum officium decem libras inferent; et Episcopis liceat negligentiam Præsidum Principi deferre.

Ex Eustathio pars epitomes eiusdem constitutionis.

IN causis pecuniarijs, qui non potest præbere fideiussores, non debet vltra triginta dies in custodia manere. Sed si opus est maiore dilatione, sub cautione iuratoria dimittatur.

Alio loco.

SI ex relatione publicarum personarū propter eædem aliqui detineātur: non oportet eos fideiussoribus committere; sed in custodia teneri nō vltra sex menses, intra quos causa terminetur. Quod si a priuatis accusantur, sub legitima videlicet inscriptione; fideiussores dare debent, aut annum in custodia manere, quo ad causa finem accipiat.

TIT. V. DE PRIVATIS CARCERIBVS INHIBENDIS.

11. *constitutio, cuius initium* PRIVATOS, *similis ni fallor*, XXIII. *De Episcopali audientia in hanc sententiam refertur.*

SI quis in priuatum carcerem missus sit; proui dentia religiosissimi Episcopi inde statim auferatur. Significare quoq. videtur hæc cōstitutio, vt si id negligatur; oporteat Episcopum Comiti Rerum Priuatarum referre. Namque additur; qui non fecerint, non solum de omnibus bonis, sed de ipsa etiam salute periclitaturos.

Ex

Ex Theodoro Hermopolitæ epitome eiusdem constitutionis.

HAEC lex neminem priuatum vult carcerem habere proprium. Sed eum, qui habeat in aliquem paratum, cogit adire magistratus; eis enim permittentibus iure habere carcerem poterit. Si id negligens aduersarium in carcerem priuatum immittat, non impunitus euadet. Sed pœnæ subiacebit; et tot dies in publica custodia manebit, quot aduersarium in priuato carcere tenuit; et cuiuscumque fortunæ fuerit, amissione eius, et actionis in personam, quam vinxit plectetur. Habeant etiam potestatem Episcopi educendi e carceribus priuatis inclusos, et prouinciarum Præsides in eorum prouincijs. Quod si facere neglexerint; sacrilegij crimine ipsi Præsides, et eorum primi apparitores subiiciantur.

Sub titulo VI. *SI REVS VEL ACCVSATOR MORTVVS FVERIT.*

1. constitutio Græca in Norico, et in veteri quodam libro desideratur: in alio tamen libro ante titulū deesse constitutionem notabatur. Fieri tamen potest, vt vtroque loco desit. Nam et video lib. lx. Basilicorū titulo LVI. *ante constitutiones, quæ sub hoc titulo sunt, esse vnius constitutionis hanc sententiam. Si miles desertor militiæ decesserit, soluitur crimen.*

Sub titulo VIII. *AD LEGEM Iuliani Maiestatis. non dubito* VI. *constitutionem desiderari, in qua duo illa Pauli, et Martiani capita Latine*

relata

relata essent; quæ in nostris libris duæ cõstitutiones esse putantur. Sic apud Modestinum sub titulo de excusationibus lib. XXVII. Digestorũ pleraq. relata extant Latine, cum ipsi Græce cetera tradidisset. Videnda epitome huius constitutionis lib. IX. tit. XXXVI. cap. vlt. Basilicorum.

TIT. XI. DE MVLIERIBVS quæ se proprijs seruis iunxerunt.

Epitome constit. II. ex lib. IX. tit. XXXVII. Basilicorũ, et Constant. Harmenop. lib. VI. tit. II. Prochiri.

MVLIER, quæ viro caret, si seruo suo se coniunxerit; si quidem liberos non habeat, verberetur, et tondeatur, et seruus is verberatus, et tonsus vendatur, pretiumque eius inferatur in publicũ. Si vero liberos habuerit, cum id facinus admisit: etiam bona eius omnia iure dominij statim liberis sine vlla alienatione conseruẽtur, solo vsu fructu apud eam manente. pretium quoque serui venditi ad liberos pertineat.

TIT. XVI. AD LEGEM CORNELIAM De sicarijs.

Sub hoc titulo videtur deesse Græca Constitutio post eam, quæ quarta edita est, cuius initium est: SI VT ALLEGAS, quam vt tertiam videtur referre

liber

liber lx. Basilicorum tit. xxxix. ea vero, quæ in nostris libris tertia est, omittitur. Eius initium SI QVIS PERCVSSOREM. Græce epitomen reperi in indice Basilicorum ordine litterarum, et in eodem tit. xxxix.

LICEAT cuius nocturnum aggressorem in agris, vel viarum obsessorem, qui viatorib. insidiatur, impune occidere, quamuis miles sit. Præstat enim in his reb. sibi consulere, quam post damnum passum vindictam sibi quærere.

V. EVM QVI.

TIT. XVIII. DE MALEFICIIS ET MATHEMATICIS.

Epitome constit. x. ex indice Basilicorum.

MAthematici suos libros in conspectu Episcoporum comburant. Sicque catholicæ religioni tradantur, vt nullam reuertendi spem ad eorum errores conseruent. Qui vero non abstinuerint; et ab ipsa vrbe Roma, et a conuersatione in vnaquaq. alia expellantur. Nam si post hac aut in vrbe videãtur, aut eorum disciplinis vtentur; exulabunt.

TIT. XXIX. DE CRIMINE SACRILEGII.

Inter

Inter primam, et secundam constitutionem huius tituli relatam lib. lx. tit. xlv. Basilicorum, additur epitome cuiusdam constitutionis, quam Graecam fuisse suspicamur. Itaque secundum desiderari opinamur, eius epitomes verba ex Hermanopulo lib. II. tit. IX. Prochiri, et ex dicto titulo xlv. *Basilicorũ retulimus.*

QVI confugientem ad sanctam ecclesiam propria auctoritate abstrahit: verberatus, et tonsus in exilium mittatur.

III. DISPVTARE.

TIT. XXXVI. DE FAMOSIS LIBELLIS.

Ex lib. lx. *tit.* lxiii. *Basilicorum ante eam constitutionem, quae solae sub hoc titulo in Latinis libris reperitur, epitomen alterius constit. inuenimus. Eandem apud Harmanop. lib.* vi. *tit.* ix. *et in indice Basilicorum.*

QVICVMQVE inuenit famosum libellũ signatum, vel non obsignatum, neq. statim eum igni tradit, sed eum recitat: subiaceat eidem punitioni, cui subicitur is, qui eum libellum composuit.

II. SI QVIS.

TIT. XXXVII. DE ABIGEIS.

Epitome constit. II. ex indice Basilicorum.

Abigei

ABIGEI semel id crimen committentes, verberentur, iterū patrantes exulent, si tertio idem facere ausi fuerint, manus eis abscindantur, abacto videlicet grege domino restituto.

TIT. XLVII. DE POENIS.

Refertur a Graeco XXVI. *Constitutio, cuius initium est* SANCIMVS *in hanc sententiam.*

CVRAM gerent cuiusque regionis Episcopi vt haec constitutio, quae de in tempus, aut in perpetuum exulantibus disponit, custodiatur.

Ex lib. IX. *tit.* II. *cap.* XVI. *Basilicorum epitome eiusdem constitutionis Iacobo Cuiacio interprete.*

CONSTITVTIO iubet; vt ne missi in exilium eis locis, in quae missi sunt, degant in custodia; et vt ne quis relegetur in propugnaculū Gypsi, vel alia praesidia. Sed si quidem morte dignum sit crimen, huic poenae subiciatur; si exilio perpetuo, vel temporario; tum in exilium mittatur. ita tamen, vt non iubeatur esse in custodia eis locis, in quae mittitur; sed in prouinciam eat, quā iudex statuerit, citra prouincias, et ciuitates inferius exceptas, cum potestate versandi in tota prouincia, qua tamen exire nequeat, nec manēs in ea quicquam seditiose, et inciuiliter agere, nisi velit

vltimo

vltimo supplicio affici a Præside prouinciæ, vel a Præside illorum locorum, in quibus exulat. Et collecti in carcerem, vt in Regia vrbe, in eo non sint supra constitutum iam tempus in superiori titulo de custodijs, et simili modo in prouincijs; vt compendio criminum causæ finiantur, et reus si dignus exilio, dampetur; non in custodiam, sed in prouinciam, quæ non sit ex prohibitis, ea lege, vt vltimo supplicio afficiatur, si prouincia excesserit, vel ibi inciuiliter quid admiserit. Magistratus autem Alexandriæ, et Thebaidos solos iubet in Gypsum, et in Oasin mittere, vel in sex menses, vel ad summum in annum. Quod si perpetuum sit exilium, neque in Gypsum mittere, neque in Oasin, neque in custodiam alterius prouinciæ; sed vt dictum est, in prouinciam integram ea condicione, vt si quid deliquerint, vel si excesserint iussa Præsidum, qui miserunt; vltimo supplicio afficiantur. Iubet autem officiales cuiusque iudicij huius legis commonefacere Præsides, nec quemquam detinere vltra relegationis tempus, sed statim dimittere sine damno, et mora, et eum, qui quid ausus fuerit accipere, quadruplum reddere. Prohibentur vero Præsides relegare in prouincias, et ciuitates constitutioni subiectas.

TIT. XLIX. DE BONIS PROSCRIPTORVM, SEV DAMNATORVM.

Par

Pars epitomes constit. XI.

QVI bona damnati affectatæ tyrannidis habent, in Regia vrbe, intra duos menses; in prouincijs, intra octo denuntiare debent: ne postea bona, et quadruplum restituant.

Aliter.

SI quis affectatæ tyrannidis accusatus publicationem sustinuit: qui eius bona obtinent, et intra Regiam vrbem sunt, intra duos menses debent ea denuntiare: qui extra eam sunt, intra mēses octo. Si qui id non egerint: quadruplum cum ipsis bonis præbebunt.

LIB. X. TIT. I. DE IVRE FISCI.

Pars vndecimæ constitutionis ex lib. IVI. *Basilicorum.*

OMNIS publica actio intra sex menses post litis contestationem peragatur; nisi forte cōtingat, vt sit necesse, vel personas, vel instrumenta quædam ex prouincijs accersiri in Regiam vrbē, aut si ipsimet, qui conueniuntur, causam dilationis præbeant, vtpote si se imparatos dixerint.

Pars epitomes eiusdem constitutionis, ex Eustathio de temporibus.

OMNIS fiscalis actio, siue ærarij publici, intra sex menses post contestationem finem accipiat, ni forte dilatio necessaria fuerit.

TIT. II. DE CONVENIENDIS FISCI DEBITORIBVS.

Refertur a Grecis x. *constitutio tituli* IX. *sed ipse huic titulo magis cõuenire crediderim. Huius initiũ est SANCIMVS. cuius epitome infra scribitur.*

VVLT hæc constitutio curialem, et cohortalem posse clericos fieri, quamuis fisci debitores sint. Et alio loco dicitur, audacter, et sine periculo valere huiusmodi ordinationem.

TIT. III. DE FIDE, et iure hastæ fiscalis, et de adiectionibus.

VII. IMP. ZENO. A.*

SI alicuius bona publicentur, atque vendãtur licet tam Comiti rerum priuatarum Augusti, quam scholæ Palatinorum, quam etiam fisci aduocato emere aliquas res ex eadẽ auctione; isque cõtractus a nemine calumnietur. PROPOS. III. *KAL.* AVG. POST. CONSVL.*

TIT. XI. DE DELATORIBVS.

Pars Constit. VII. *siue epitomes, ex Basilicis.*

NEQVE seruo, neque libero homini liceat deferre id, ex quo quisquam aut mortem, aut bonorum suorum amissionem pertimescat. Quod si quis aliter fecerit, vel si propterea quod thesaurum inuenerit, deferat quemquam: seruus quidem statim igni tradatur, maxime si dominũ suũ detulerit: liber autem homo bonis ademptis, et ciuitate amissa extra fines Romani imperij abeat.

Eius-

Eiusdem constit. pars, siue alterius, quæ sub hoc, aut alio titulo Græca deest.

NEQVE Comes rerum priuatarum, neque quisquam alius Constantinopolitanus, aut prouincialis magistratus delatorem thesauri suscipiat: Si vero de aliqua alia re fiscali renuntiet, fideiussorem statim non minoris quinq. librarum æstimationis det. Nullum quoque sigillum, aut descriptio, aut innouatio quæuis de rebus denuntiatis fiat, ante adiudicationem conscriptam.

Pars VIII. constit. siue eius epitome ex Basilicis.

NE liceat aduocatis fisci dicere sibi esse relatũ; detinere quemquam bona ad fiscum pertinentia, et propter hanc occultam accusationem insidias alijs agere. Sed delator adsit, eiusque qualitas consideretur; et neque filius patrem, vel matrem, aut libertus patronum de rebus fiscalibus deferat: neque exilium passus, aut calumniæ causa damnatus, aut fustibus a magistratu cæsus, aut alius a iure prohibitus audiatur. Seruus autẽ siue in fiscali causa, siue in alia qualibet dominum accusauerit: eius vox in ipsa accusationis oratione opprimatur, etiam si vera contra dominum detulerit. Schola vero Palatinorũ, quæ sola et potest, et cogitur delationes facere, aut is, cui a iure permittitur, si quemquam deferat; patronus fisci delatoris meminerit. Atque si est in vrbe Regia is, qui delatus est, ex decreto Comitis rerum priua-

sessionis intra triginta dies appareat, idque actis expressum sit, in possessionem mittatur fiscus eorum bonorũ sine præiudicio domini in eis, quæ ipsi competunt actionibus. Si vero bona delata mobilia, aut se mouentia fuerint; non temere ea apprehendantur: sed prius perquiratur eorũ possessor, isque conueniatur, et litiget expensas soluendo iam dictas, aliaque supra scripta seruãdo. Atqui omnibus legitimis modis, et probationib. scriptis, et non scriptis discutiatur de his rebus: et qui scire quidquam possunt, examinentur. Sciat vero is, qui conuenitur, se, si succubuerit, non solum sumptus in eo iudicio factos soluturum, sed et illa, quæ apud ipsum reperiantur, restituturũ; et eorum adiecturum æstimationem. Hæc cum generaliter de reb. fiscalibus cõstitutio statuisset; propriam deinceps sanctionem de publicatis ob crimen læsæ maiestatis decernit. Vt de eo crimine renuntians nullo pacto delator appelletur, sed recte suscipiatur. et si quidem hi nuntiatores calumniati fuerint, vt ceteri delatores puniãtur; si vero vicerint in delatione, non solũ pœna careãt, sed etiam octauam partem bonorum, delatorũ accipiant. Delati autem, si res ab eis possessæ, vel eorũ facultates minores quinquaginta auri libris æstimabitur; eius quantitatis quæcumque fuerit, fideiussores dabunt: si vero excedent eam summã; vsque ad quinquaginta easdẽ libras nihilominus dabunt fideiussores. pro reliqua autem quãtitate

iurabunt, addentes in eadem cautione iuratoria se ad futuros in iudicio sacrarum priuatarũ Augusti aut per se ipsos, aut per procuratores, neq. id tribunal deserturos. Si vero post id iusiurandũ deserãt, ter vocentur, denis diebus inter singulas vocationes interpositis; fient quoque tria proclamata contra eos; et si ne tunc quidem veniant aut ipsi, aut eorum procuratores, vel defensores; possessionem bonorum sacer fiscus apprehendat, absentibus reseruata eorum defensione. Quod si bona delata in prouincia sint; et Præses prouinciæ siue sponte sua, siue ex iussione Comitis rerũ priuatarum Augusti de causa cognoscat: nihil cũ tumultu, aut per vim fiat: sed expensæ soluendæ eius iudicij tertiam partem earum, quæ in Regia vrbe soluuntur, non excedant. Vnusquisque autem deferens siue Comiti rerum diuinarum priuatarum Augusti, siue scholæ Palatinorum, siue clarissimis fisci aduocatis, siue etiam clarissimis Præsidibus prouinciarũ, nouerit, se, siue in causa perseueret, et calumniator esse detegatur: siue ab accusatione desistat, et latitet; si mediocres facultates habeat, easque amittere pro nihilo ducat, grauissimis verberibus castigãdum, et perpetuo fore relegandum. Si vero militiam habeat, vel honestum aliquod officium, aut idoneas facultates; excidet tum a militia, tum ab alijs facultatibus, et neque intra vrbem Regiam, neque in ea prouincia habitare permittetur. Seruabiturque hæc

lex tam

lex tam a Comite priuatarũ Augusti, quã a schola, quæ sub eo est, eamque violans ob singula capita eius violata quinquaginta auri libras multæ nomine exsoluet. Si vero in prouincia eorum aliquid violetur; in singulos euentus triginta auri libras tã qui prouincijs præsunt, quam subiectæ eis cohortes exsoluent. Ne vero quisquam eam multam effugiat, liceat etiam iniuria affectis deferre legis trãsgressorem, et renuntiare id impune sacratissimo Augusto, aut glorioſissimo Magistro: vt ea cognoscens Imperator ipsi Magistro multarum exactionem committat.

TIT. XVI. DE ANNONIS ET TRIBVTIS.

Pars constitutionis primæ ex lib. VI. Basilicorum.

VACANTES deinceps annonæ, et capitationes a fisco exigentur: neque a magistratib. separabuntur, vt alijs concedantur, aut in publica opera insumantur, sine sacra forma; qua et donatio, et modus sumptuum explicetur. Sed neque etiam ex publico canone in priuatum, vel publicum opus materiæ arborum transferantur, aut in emptionem materiæ pecunia tribuatur sine sacra forma. Qui contrauenerit de suo fisci damnum fateat; et competens scrinium grauissimis pœnis subiciatur.

II. AES QVIDEM.

XIII. IMP. ANASTASIVS A. Anthemio Præf. Præt.

SI quidem prouinciæ, vel ciuitas petierit relesuationẽ corporalis muneris, aut mitti inspectorem, vel peræquatorem; ad Imperatorem petitio eorũ referatur, et ex eius electione idoneus ad eam rem, sacramento prius ab eo præstito, mittatur. Et si is renuntiauerit Præfectis; nulla sacra forma ad eiusdem relationem præbeatur, nisi ipsi Præfecti declarauerint Principi ea omnia, quæ is eos docuerit, aut petierit, atque ita sacra forma efferatur, quæ modis omnibus debeat obseruari. Quæ vero petitiones a singularibus hominibus de his rebus excogitantur, exhiberi non debent. Nulla quoq. releuatio, nec diminutio perpetua, vel ad tempus, nec inspectio, nec peræquatio fiat sine imperiali scripto concepta iussione. Verum nec Præfecti exigãt, quæ ante eorum magistratus tempus debebantur, neue annonas aliquibus applicent, aut pecuniam vndecumque, aut quæ ab initio præstita non fuerunt, aut præstita quidem, sed propter corporum defectum, quibus hæc erant præbenda, vacantia; aut ex eo, quod causa præstationis antiquæ cessauerit: sed hæc omnia ex sola principis auctoritate sacra forma conscripta administrentur. Qui vero id non obseruauerint, et id, quod dederint, de suo restituẽt, et quidquid aliud fiscus damni passus fuerit. Neq. etiam prorogationes, aut dilationes his debitoribus fisci quisquam præbeat, præter legitimas dilationes, sine conscripta diuina iussione. Qui autem id pro-

id propria auctoritate fecerit, de suo quod debebitur, fisco restituet. Neque etiam ciuitatum pecunias aut fisco inferendas, aut ciuitatibus deputatas in alios vsus transferat, aut alijs personis assignet sine diuina iussione. Officium quoque Præfectorum, nisi hæc omnia hac constitutione cõprehensa obseruauerit, et docuerit Præfectos; atque ijs qui prouincijs præsunt, et eis subdita officia, et reliqui fiscales res tractantes, nisi his iussionibus paruerint; de suis bonis damnum resarcient, quod fisco eueniet; et vt legis contemptores quinquaginta libris auri multabuntur. Ter autem omnia fiscalia inferantur, tam quæ Armeniaca dicuntur, quam reliqua omnia; hoc est Kalendis Ianuarijs, et Kalendis Maij, et ad finẽ indictionis tribus æqualibus portionibus fiscalibus rebus diuisis; neque medio tẽpore aliquid contra collatores innouetur. Sed, quoniam Armeniaca tributa solent duabus tantum pensionibus solui: liceat collatoribus, si velint, veterem consuetudinem sequi, et duabus pensionibus æqualibus inferre, vt alterum dimidium mense septembri futuræ indictionis inferatur. Quod si malint tribus æquis portionibus Armeniaca fiscalia soluere; habeant hoc amplius totũ septembrem mensem futuræ indictionis. Quod vero προαπεσταλμένον, hoc est ante missum dicitur, iuxta consuetudinem inferatur initio singularũ indictionum; quando id etiam nomen ipsum si-

gnificat. DAT. KAL. APRIL. PAVLO. V. C. COS.

TITVLO XIX. DE EXACTIONIBVS TRIBVTORVM

IX. IMP. ANASTASIVS A. Anthemio Præf. Præt.

NE multis exigentibus res fisci; tã collatores, quam ipsa fisci ratio lædatur: singuli tantũ in singulas prouincias canonicarij ex scrinio competenti mittantur, qui sollicite curent exactionem singulorum titulorum eidem scrinio debitorum. Executor vero ἀπελάτης appellatus, non mittatur, nisi post cursum definiti temporis, et vnius mensis. Hoc autem tempore transacto is executor mittatur, ac multetur Præses, et eius officium atque canonicarius iuxta non exactæ pecuniæ, et negligentiæ quantitatem, ita vt executor et reliqua fiscalia, et multam studiose exigat. Isque solis Præsidi, et officio, et canonicario executor immineat. Solatium vero præstetur ei iuxta prouinciæ debitricis, et itineris qualitatem; quod solatium Præses, eiusque officiũ, et canonicarius soluant, qui causam præstiterũt, vt is executor mitteretur. Post hunc vnum executorem alter executor, aut aliquis alius nõ mittatur. Quod si Præfecti putauerint alterũ mitti oportere; eadem in eo seruentur, et competens ei salarium is, qui in causa est, vt mittatur, exsoluat:

hoc

hoc est, is, qui prouinciæ præest, eiusque officiũ, et canonicarius, atq; ille prior executor. Solatium namque canonicario debitũ, alijs omnibus post eũ missis exactorib. sufficit, et nihil amplius aut corpora ciuitatum, aut collatores præstare cogãtur; et iam si plures mittantur ad eam exactionẽ. ipsi enim singuli multabũtur, qui publica debita nõ explicauerint. Delegationes canonicario mittantur, vt ab eo quoque expediantur, sed nõ ideo augeatur solatium ei constitutum: et quod vocant γνδβμαπικὸν, nullo pacto accipiant; quod ipsum tam nomine, quam re omnino aboleatur. Quod si ea, quæ sancita sunt, aliqua in parte violentur; multa quinquaginta, librarum auri violatores puniantur, tam officia Præfectorum, quam Præsides prouinciarum, eorunq; officia, quam etiam ceteræ publicæ tractantes personæ.

DAT. XII. KAL. AVG. CP. PAVLO. V. C. COS.

Epitome XVIII. *constit. cuius initium fuit* SANCIMVS, *ex Paratitlis.*

HAC constitutione tractatur de confugientibus (in ecclesias) cohortalibus, ac publicis personis, quo pacto oporteat exigere ab ipsis publicas illationes. Eaque iubetur neminem eis præstare debere tributa; nisi palam publica tractent. His enim, qui confugiunt, aut latitant, nulla fieri debet a collatoribus solutio.

TIT.

TIT. XXVII. VT NEMINI liceat in coëmptione specierum se excusare, et de munere Sitoniæ.

Pars Constit. secunda *Basilicorum.*

QVI in vrbibus h… in eis possesso-
res sunt, nõ cogat… vrbes, aut Me
tropoles species confer… ineuitabilis
causa id fieri cogat; iust… d in eadem
vrbe vigeat, ex qua præs… tibus ven
dantur species. Compt… m vendi-
toribus pretia specierum… debent,
collatione. Neque enim a… nunc
quemquam species præbere… re-
tium numerare. idque fiat cu…
simi Præsidis vniuscuiusque …
rationem habuerit eorum, qui …
intulerũt. Nemo quoque cogat…
in vsus suos habet, sed eas spec…
sunt. Impium namque est priu…
rebus necessarijs, et alijs ea præs…
legem violauerit, aut violari pert…
auri librarum pœna, et dignitatis…
sione multabitur. Nulla vnquã …
esitate coëmptio possessoribus i…
et, cum diuina tantũ iussione fiat…
ptionis pecunia ex collatione auri…
conferenda retineatur. Si modo ea…

collationem ab eis debentur, ad coëmptionem sufficiant. Si vero nihil debeant tributi, qui coëmptionem facere debent, aut partis debitores sint: prius iusti pōderis nummos accipiant, antequam species ab eis ex[illegible] nemoque audeat aut nō i[illegible] [illegible]tos soluere, [illegible] [illegible]bus in-fe[illegible] [illegible]m
[illegible]
[illegible] coëmp[illegible]
[illegible] illegitim[illegible]
[illegible]ur, et n[illegible]
[illegible] mai[illegible]
[illegible]erat[illegible]
[illegible] habi[illegible]
t[illegible]
p[illegible]
eam [illegible]
causa [illegible]
rum au[illegible]
amittat, [illegible]
autē extra [illegible]
Illic enim [illegible]
butorum, [illegible]
deminutis [illegible]
facta militi[illegible]
exercitum al[illegible]
coëmptiones [illegible]
tione milites.

in hanc diem viguit, consuetudo seruetur; cui negotiatores subiciantur; vt tam collatores, quam negotiatores prius coëmptionis pecuniam accipiant iniusti ponderis nummis, et obryzis consistentem: atque ita statim sine vllo dispendio ab eis species inferantur. Qui hæc trāsgressus fuerit, eisdem pœnis subijciatur. Melius enim est, vt pro priuata negotiatione militibus negotiatores alimenta necessaria suppeditent. Quod si quando vrbes sint, quæ careant annona; neque aliunde valeāt, quam coëmptione facta iuuari liceat Præsidi eam facere intra fines eius vrbis, quæ eget annona, pretio intra eam vrbem, et agrum eius vigente. Hoc etiam obseruabunt Patres ciuitatum, et alij quicumque coëmptioni præerunt. Quod si necesse etiam sit coëmptionem vrbanam facere, et specierum conquisitionem in vrbe Regia; ea etiam non sine diuina iussione procedat, et pecunia prius præbeatur sine dilatione, et vllo damno vt in foro res vendi possint, pro vectura quoque de publico soluatur; et collator vendat solum speciem petitam, et indigentium necessati succurratur. Nulla vero iure ex hac constitutione innouata sint, disposita circa coëmptionem magnæ Alexandriæ vrbis; sed ea obtineant, et forma de alimentis militum alienigenarum. Subdantur autem multæ quinquaginta librarū auri, et amissionem cingulj, ac dignitatis expectent, tam officium magnum gloriosissimorum Præfectorum,

quam

quam clarissimi Præsides prouinciarum cum officijs eis subditis, quam etiam singulorum locorũ Defensores, atque alij, qui publica tractãt, si hæc constituta transgrediantur, aut alios id facere patiantur, aut si non statim transgressores accurate detulerint.

Huius initiũ est in Paratitlis SANCIMVS SITONAM, cui similis est XVII *de Episcopali audientia. Huius autem etiam hanc sententiam inuenimus in eisdem Paratitlis.*

SITONA arbitratu eius vrbis religiosissimi Episcopi, et eiusdem primorum possessorum ex prouincialibus cohortibus creetur. hoc est ex ijs, qui aut in cohorte conscribendi sunt, aut explent, aut expleuerunt eos ordines.

Pars constit. tertiæ, sine epitome ex Basilicis.

CVM in aliqua vrbe Sitona, (hoc est ad frumentũ emendũ vẽdendũve, præfecto) opus est; iudicio, et electione illius vrbis Episcopi, et qui primi sunt in ter possessores, fiat. non tamen libera sit eorum electio, de quibuscumque personis, sed de cohortalibus tantum illius regionis, qui militant, aut militarunt, ab illis ad Sitonæ munus eligantur. Hi enim facilius in publicis negotijs diu exercitati id munus expleturi sunt. Ab omni vero damno liberentur, qui huic muneri præficientur; et iuxta leges rationes reddẽt. neque enim æquum est eos pro tãtis laboribus damno subici. Præbebunt autem frumentum non maiori pretio, quam in foro vendetur. Qui hanc legem aut violauerit, aut violari permiserit, triginta libris auri multetur.

IIII. *constit. cuius initium est* VENIT: *de qua hoc tantum in paratitlo relatum exiat.*

ARbitratu cuiusque regionis Episcopi cohortales Sitoniam exercebunt.

TIT. XXX. DE DISCVSSORIBVS.

Pars constit. quartæ, siue epitomes ex lib. lvi. Basilicorum.

NEMO λογοθέτης, siue discussor fiat sine imperiali iussione, qua eo nomine appelletur; neque ex Præfectorũ, aut alterius cuiuscumque iudicij præcepto in prouincijs discussor fiat, siue publicorum operum ciuitatũ, siue frumenti causa, siue portus alicuius, siue expensarum in aquæductus, cuiusuis vrbis, aut in muros construendos, aut in vias sternendas, aut pontes, vel moles faciendas, neq. balnearium pecuniarum, neque aliarum quarumcumque ad publicas vrbium rationes pertinentiũ sine forma principali. Ipse enim Princeps, siue de publico pecunias miserit ad murorum constructionem, aut alterius operis ædificiũ: siue reperiat ab alio esse relictam pecuniam ciuitatibus; semel, vel sæpius, quotiens ei videatur, discussorẽ mittat, qui opus metiatur, et rationes diligenter cõficiat, et ad diuinam eius potestatem referat. vt, si recte sumptus facti sint, sacra fiat liberatio ab eodem ijs, qui sumptus fecerunt;

cerunt; et nullo pacto iterum quæstionem ipsi, aut eorum heredes, aut successores patiantur. Si vero ipse discussor missus possit conficere securitatem ijs, qui recte sumptus fecerunt; eamq. post rationum discussionem emiserit; ea firma sit, neq. indigeat deceterο diuina liberatione, neque alia securitate, tam qui sumptus fecerit, quam eius heredes, siue successores: sed sufficiat sola discussoris securitas. Constitutio quoque pollicetur sumptus discussoribus, vt sine damno suo rationes discutiant. Illi vero, qui de suo impẽdunt, aut in opera vrbis, aut in alium vsum publicũ, nulli discussioni supponantur, tam ipsi, quam eorum heredes, vel successores. neque etiam quæstioni publicarum rationum, vt sunt lucra dicta ἀγωγικά, vel παραπομπικά, aut sumptuũ in publicos asinos, vel agasones, aut prosecutionum, aut quæ generali appellatione sollemnia vocantur. Nemo autem Præses mittat discussorem, sed ad Imperatorem referat, vt ab eo discussor mittatur, qui ne vnum quidem obolum lucri assequatur. Sed et publicis rationibus, et collatorib. ius suũ seruet. Si tamen apud aliquos publicas pecunias discussor reperiat, et discutiat eas, et in sacrum ornamentum inferat; liceat ei in singulas libras sex nummos pro ministerio retinere. Quod si ab ijs, qui in prouincijs sunt, inuitis, aut volentibus vel vnum obolum accipiat; ipse quidem, accepti quadruplum reddet, in publicum referendum,

et pœnæ maiestatis subiciatur, vtpote proditor publici, et collatorum concussor. Qui vero aliquid præbere tolerauit, quasi hoc ipso cõfiteatur se esse obnoxiũ fisco exigetur rursus ab eo, quod erat in quæstione, an deberet rationibus publicis inferre. In hac autem sollemnium quæstione Augustus, postquam cognouerit rationum discussionem, diuinam securitatem dabit personis discussis, vt non amplius iterum discutiantur, ipsi quoque discussori permittet discussis securitates facere; vt postquam eas ceperint, nullam iterum expectent discussionẽ. Neque vero pro faciendæ securitate quicquam omnino discussor accipiat. Sed si tẽtauerit quicquã accipere; licentiã habeãt possessores, et ciues expellẽdi exactionem ipsius, et preces porrigere eiusdẽ temporis Imperatori, vt aliquem mittat in eam prouinciam, vt pœnam exigat ab eo, qui tentauit quicquam extorquere. Si vero etiam Magistratus aliquis post hanc legẽ sine diuinæ iussionis scriptura ad se missa, miserit discussorem qualicumque ex causa suprascripta, ipse quidem magistratus viginti auri libris, officium vero eius quindecim libris multetur. Neq. autem prætextu purgandarum cloacarum, aut ædificiorum muris propinquorum, siue vt ea amoliantur, aut in publicis porticibus facta προβούλαια dicta, et rudera, siue in intercolumnijs vrbis ædificia, vt quæ demoliri debeant, siue de imaginibus, aliſve tum primũ excogitatis modis,

aut

aut ciuilibus quæstionibus, aliqua mandata conficiat. Quod si fecerit, liceat ciuibus eam exactionem repellere, ac nullam responsionem facere huiusmodi præceptis. Præterea etiam Præsides prouinciarum si id, quod factum est, tacuerint, omneque ciuile, ac publicum auxiliū (dederint:) eisdem subiaceant pœnis: liceat quoque ijs, qui velint, preces Imperatori offerre, ac per eas acta docere, vt ex Imperiali indignatione correctio sequatur. nec non magistratus iubentes fieri aliquid huiusmodi, viginti auri libris multentur, et maiorem Principis vindictam timeant. Officia vero eis subiecta præter multam quindecim auri librarum, corporalem castigationem sustinebūt. Namque Imperatori tantum licet horum inspectionem viro integro, et qui vera, et ciuitatibus vtilia in eo negotio perquirat, cōmittere, qui nihil pro his reb. accipiat. Prouideant autem Patres ciuitatū, et qui inter possessores bonæ opinionis sunt, vt nullus vrbis locus, siue publicus, siue muris proximus, siue in porticibus publicis, vel latrinis, vel alibi vbicumque fuerit, ab aliquo priuato iniuste possideatur; neue sine sacra forma locus vrbis alicui detur. Nam si quæ ab eisdem non recte data sunt; rescindantur; eaque amittāt, qui ea receperunt. Iidem quoque prouideant, vt qui ex sacra forma habent possessionem aquæ, ne turbent ceteros: et ne quis plus altero habeat. Sit igitur opus magnificētissimi Comitis sacrarū

iurabunt, addentes in eadem cautione iuratoria se ad futuros in iudicio sacrarum priuatarũ Augusti aut per se ipsos, aut per procuratores, neq. id tribunal deserturos. Si vero post id iusiurandũ deferãt, ter vocentur, denis diebus inter singulas vocationes interpositis; fient quoque tria proclamata contra eos; et si ne tunc quidem veniant aut ipsi, aut eorum procuratores, vel defensores; possessionem bonorum facer fiscus apprehendat. absentibus reseruata eorum defensione. Quod si bona delata in prouincia sint; et Præses prouinciæ siue sponte sua, siue ex iussione Comitis rerũ priuatarum Augusti de causa cognoscat: nihil cũ tumultu, aut per vim fiat: sed expensæ soluendæ eius iudicij tertiam partem earum, quæ in Regia vrbe soluuntur, non excedant. Vnusquisque autem deferens siue Comiti rerum diuinarum priuatarum Augusti, siue scholæ Palatinorum, siue clarissimis fisci aduocatis, siue etiam clarissimis Præsidibus prouinciarũ, nouerit, se, siue in causa perseueret, et calumniator esse detegatur: siue ab accusatione desistat, et latitet; si mediocres facultates habeat, easque amittere pro nihilo ducat, grauissimis verberibus castigãdum, et perpetuo fore relegandum. Si vero militiam habeat, vel honestum aliquod officium, aut idoneas facultates; excidet tum a militia, tum ab alijs facultatibus, et neque intra vrbem Regiam, neque in ea prouincia habitare permittetur. Seruabiturque hæc

lex tam

lex tam a Comite priuatarũ Augusti, quã a schola, quæ sub eo est, eamque violans ob singula capita eius violata quinquaginta auri libras multæ nomine exsoluet. Si vero in prouincia eorum aliquid violetur; in singulos euentus triginta auri libras tã qui prouincijs præsunt, quam subiectæ eis cohortes exsoluent. Ne vero quisquam eam multam effugiat, liceat etiam iniuria affectis deferre legis trãsgressorem, et renuntiare id impune sacratissimo Augusto, aut glorioſissimo Magistro: vt ea cognoscens Imperator ipsi Magistro multarum exactionem committat.

TIT. XVI. DE ANNONIS ET TRIBVTIS.

Pars constitutionis primæ ex lib. VI. Basilicorum.

VACANTES deinceps annonæ, et capitationes a fisco exigentur: neque a magistratib. separabuntur, vt alijs concedantur, aut in publica opera insumantur, sine sacra forma; qua et donatio, et modus sumptuum explicetur. Sed neque etiam ex publico canone in priuatum, vel publicum opus materiæ arborum transferantur, aut in emptionem materiæ pecunia tribuatur sine sacra forma. Qui contrauenerit de suo fisci damnum sarciat; et competens scrinium grauissimis pœnis subiciatur.

II. AES QVIDEM.

XIII. IMP. ANASTASIVS A. Anthemio Præf. Præt.

SI quidem prouinciæ, vel ciuitas petierit relevationē corporalis muneris, aut mitti inspectorem, vel peræquatorem; ad Imperatorem petitio eorū referatur, et ex eius electione idoneus ad eam rem, sacramento prius ab eo præstito, mittatur. Et si is renuntiauerit Præfectis; nulla sacra forma ad eiusdem relationem præbeatur, nisi ipsi Præfecti declarauerint Principi ea omnia, quæ is eos docuerit, aut petierit, atque ita sacra forma efferatur, quæ modis omnibus debeat obseruari. Quæ vero petitiones a singularibus hominibus de his rebus excogitantur, exhiberi non debent. Nulla quoq. releuatio, nec diminutio perpetua, vel ad tempus, nec inspectio, nec peræquatio fiat sine imperiali scripto concepta iussione. Verum nec Præfecti exigāt, quæ ante eorum magistratus tempus debebantur, neue annonas aliquibus applicent, aut pecuniam vndecumque, aut quæ ab initio præstita non fuerunt, aut præstita quidem, sed propter corporum defectum, quibus hæc erant præbenda, vacantia; aut ex eo, quod causa præstationis antiquæ cessauerit: sed hæc omnia ex sola principis auctoritate sacra forma conscripta administrentur. Qui vero id non obseruauerint; et id, quod dederint, de suo restituēt, et quidquid aliud fiscus damni passus fuerit. Neq. etiam prorogationes, aut dilationes his debitoribus fisci quisquam præbeat, præter legitimas dilationes, sine conscripta diuina iussione. Qui autem

id pro-

id propria auctoritate fecerit, de suo quod debebitur, fisco restituet. Neque etiam ciuitatum pecunias aut fisco inferendas, aut ciuitatibus deputatas in alios vsus transferat, aut alijs personis assigner sine diuina iussione. Officium quoque Præfectorum, nisi hæc omnia hac constitutione cõprehensa obseruauerit, et docuerit Præfectos; atque ijs qui prouincijs præsunt, et eis subdita officia, et reliqui fiscales res tractantes, nisi his iussionibus paruerint; de suis bonis damnum resarcient, quod fisco eueniet; et vt legis contemptores quinquaginta libris auri multabuntur. Ter autem omnia fiscalia inferantur, tam quæ Armeniaca dicuntur, quam reliqua omnia; hoc est Kalendis Ianuarijs, et Kalendis Maij, et ad finẽ indictionis tribus æqualibus portionibus fiscalibus rebus diuisis; neque medio tẽpore aliquid contra collatores innouetur. Sed, quoniam Armeniaca tributa solent duabus tantum pensionibus solui: liceat collatoribus, si velint, veterem consuetudinem sequi, et duabus pensionibus æqualibus inferre, vt alterum dimidium mense septembri futuræ indictionis inferatur. Quod si malint tribus æquis portionibus Armeniaca fiscalia soluere; habeant hoc amplius totũ septembrem mensem futuræ indictionis. Quod vero προαπεσταλμένον, hoc est ante missum dicitur, iuxta consuetudinem inferatur initio singularũ indictionum; quando id etiam nomen ipsum si-

gnificat. DAT. KAL. APRIL. PAVLO. V. C. COS.

TITVLO XIX. DE EXACTIONIBVS TRIBVTORVM

IX. IMP. ANASTASIVS A. Anthemio Præf. Præt.

NE multis exigentibus res fisci; tã collatores, quam ipsa fisci ratio lædatur: singuli tantũ in singulas prouincias canonicarij ex scrinio competenti mittantur, qui sollicite curent exactionem singulorum titulorum eidem scrinio debitorum. Executor vero ἀξιπελευσὴς appellatus, non mittatur, nisi post cursum definiti temporis, et vnius mensis. Hoc autem tempore transacto is executor mittatur, ac multetur Præses, et eius officium atque canonicarius iuxta non exactæ pecuniæ, et negligentiæ quantitatem, ita vt executor et reliqua fiscalia, et multam studiose exigat. Isque solis Præsidi, et officio, et canonicario executor immineat. Solatium vero præstetur ei iuxta prouinciæ debitricis, et itineris qualitatem; quod solatium Præses, eiusque officiũ, et canonicarius soluant, qui causam præstiterũt, vt is executor mitteretur. Post hunc vnum executorem alter executor, aut aliquis alius nõ mittatur. Quod si Præfecti putauerint alterũ mitti oportere; eadem in eo seruentur, et competens ei salarium is, qui in causa est, vt mittatur, exsoluat:

hoc

hoc est, is, qui prouinciæ præ est, eiusque officiũ, et canonicarius, atq. ille prior executor. Solatium namque canonicario debitũ, alijs omnibus post eũ missis exactorib. sufficit, et nihil amplius aut corpora ciuitatum, aut collatores præstare cogãtur; et iam si plures mittantur ad eam exactionẽ. ipsi enim singuli multabũtur, qui publica debita nõ explicauerint. Delegationes canonicario mittantur, vt ab eo quoque expediantur, sed nõ ideo augeatur solatium ei constitutum: et quod vocant ἡδοματικὸν, nullo pacto accipiant; quod ipsum tam nomine, quam re omnino aboleatur. Quod si ea, quæ sancita sunt, aliqua in parte violentur; multa quinquaginta, librarum auri violatores puniantur, tam officia Præfectorum, quam Præsides prouinciarum, eorumq. officia, quam etiam ceteræ publicæ tractantes personæ.

DAT. XII. KAL. AVG. CP. PAVLO. V. C. COS.

Epitome XVIII. constit. cuius initium fuit SANCIMVS, ex Paratitlis.

HAC constitutione tractatur de confugientibus (in ecclesias) cohortalibus, ac publicis personis, quo pacto oporteat exigere ab ipsis publicas illationes. Eaque iubetur neminem eis præstare debere tributa; nisi palam publica tractent. His enim, qui confugiunt, aut latitant, nulla fieri debet a collatoribus solutio.

TIT.

TIT. XXVII. VT NEMINI liceat in coëmptione ſpecierum ſe excuſare, et de munere Sitoniæ.

Pars Conſtit. ſecundæ ex lib. LVII. *Baſilicorum.*

QVI in vrbibus habitant, aut in eis poſſeſſores ſunt, nõ cogantur in alias vrbes, aut Metropoles ſpecies conferre. Sed ſi qua ineuitabilis cauſa id fieri cogat; iuſto pretio, quod in eadem vrbe vigeat, ex qua præſtantur, indigentibus venditur ſpecies. Computabuntur autem venditoribus pretia ſpecierum in auri, quam debent, collatione. Neque enim æquum eſt, velle nunc quemquam ſpecies præbere, et mox eundem pretium numerare. idque fiat cura, et periculo clariſſimi Præſidis vniuſcuiuſque prouinciæ; ſi non rationem habuerit eorum, qui ſpecies ea de cauſa intulerũt. Nemo quoque cogatur vendere, quæ in vſus ſuos habet, ſed eas ſpecies, quæ ei ſuperſunt. Impium namque eſt priuari aliquem ſuis rebus neceſſarijs, et alijs ea præſtare. Qui hanc legem violauerit, aut violari permiſerit, centum auri librarum pœna, et dignitatis, ac cinguli amiſſione multabitur. Nulla vnquã ſine magna neceſsitate coëmptio poſſeſſoribus indicatur: et cũ fiet, cum diuina tantũ iuſsione fiat. et tunc coëmptionis pecunia ex collatione auri a poſſeſſorib. conferenda retineatur. Si modo ea, quæ ob eam colla-

collationem ab eis debentur, ad coëmptionem sufficiant. Si vero nihil debeant tributi, qui coëmptionem facere debent, aut partis debitores sint: prius iusti pōderis nummos accipiant, antequam species ab eis exigantur nemoque audeat aut nō iusti ponderis nummos, aut imminutos soluere, aut aliqua alia ratione damnum collatoribus inferre: nam in quadruplum omnia resarciet, tam quæ minus data sunt, quam damnū passum. Qui vero coëmptionem indicere ausus fuerit, aut indictam illegitime exegerit, quinquaginta libris auri multetur, et militiæ, et dignitatis amissioni subijciatur, et maius periculum subeat. At cum ex iussione Imperatoris coëmptio indicitur, singuli possessores habita ratione iugorum et capitum animalium aratoriorū supponantur coëmptioni nemine ab ea excepto. Is vero, qui supra eam rationem exegerit aliquem collatorem ex causa coëmptionis, et dāno quinquaginta librarum auri subdatur, et cingulum ac dignitatem amittat, et maiorem motionem vereatur. Hæc autē extra diœcesim Thracensem constituta sint. Illic enim, quoniam non fit collatio integra tributorum, ob barbarorum incursiones agricolis deminutis; et cum collatio non sufficiat in specie facta militibus illic consistentibus, quorum illic exercitum alere maxime opus est; sæpe euenit, vt coëmptiones fieri necesse sit, quando non alia ratione milites ali possūt. In ea igitur regione, quæ

in han

in hanc diem viguit, consuetudo seruetur; cui negotiatores subiciantur; vt tam collatores, quam negotiatores prius coëmptionis pecuniam accipiant iniusti ponderis nummis, et obryzis consistentem: atque ita statim sine vllo dispendio ab eis species inferantur. Qui hæc trãsgressus fuerit, eisdem pœnis subijciatur. Melius enim est, vt pro priuata negotiatione militibus negotiatores alimenta necessaria suppeditent. Quod si quando vrbes sint, quæ careant annona; neque aliunde valeãt, quam coëmptione facta iuuari: liceat Præsidi eam facere intra fines eius vrbis, quæ eget annona, pretio intra eam vrbem, et agrum eius vigente. Hoc etiam obseruabunt Patres ciuitatum, et alij quicumque coëmptioni præerunt. Quod si necesse etiam sit coëmptionem vrbanam facere, et specierum conquisitionem in vrbe Regia; ea etiam non sine diuina iussione procedat, et pecunia prius præbeatur sine dilatione, et vllo damno vt in foro res vendi possint, pro vectura quoque de publico soluatur; et collator vendat solum speciem petitam, et indigentium necessati succurratur. Nulla vero iure ex hac constitutione innouata sint, disposita circa coëmptionem magnæ Alexandriæ vrbis; sed ea obtineant, et forma de alimentis militum alienigenarum. Subdantur autem multæ quinquaginta librarũ auri, et amissionem cinguli, ac dignitatis expectent, tam officium magnum gloriosissimorum Præfectorum,

quam

quam clarissimi Præsides prouinciarum cum officijs eis subditis, quam etiam singulorum locorũ Defensores, atque alij, qui publica tractãt, si hæc constituta transgrediantur, aut alios id facere patiantur, aut si non statim transgressores accurate detulerint.

Huius initiũ est in Paratitlis SANCIMVS SITONAM, *cui similis est* XVII. *de Episcopali audientia. Huius autem etiam hanc sententiam inuenimus in eisdem Paratitlis.*

SITONA arbitratu eius vrbis religiosissimi Episcopi, et eiusdem primorum possessorum ex prouincialibus cohortibus creetur. hoc est ex ijs, qui aut in cohorte conscribendi sunt, aut explent, aut expleuerunt eos ordines.

Pars constit. tertiæ, siue epitomes ex Basilicis.

CVM in aliqua vrbe Sitona, (hoc est ad frumentũ emendũ vẽdendúve, præfecto) opus est; iudicio, et electione illius vrbis Episcopi, et qui primi sunt in ter possessores, fiat. non tamen libera sit eorum electio, de quibuscumque personis, sed de cohortalibus tantùm illius regionis, qui militant, aut militarunt, ab illis ad Sitonæ munus eligantur. Hi enim facilius in publicis negotijs diu exercitati id munus expleturi sunt. Ab omni vero damno liberentur, qui huic muneri præficientur; et i xta leges rationes reddẽt. neque enim æquum est eos prò tãtis laboribus damno subici. Præbebunt autem frumentum non maiori pretio, quam in foro vendetur. Qui hanc legem aut violauerit, aut violari permiserit, triginta libris auri multetur.

IIII. *constit. cuius initium est* VENIT: *de qua hoc tantum in paratitlis relatum exiat.*

ARbitratu cuiusque regionis Episcopi cohortales Sitoniam exercebunt.

TIT. XXX. DE DISCVSSORIBVS.

Pars constit. quartæ, siue epitomes ex lib. IVI. Basilicorum.

NEMO λογοθέτης, siue discussor fiat sine imperiali iussione, qua eo nomine appelletur; neque ex Præfectorũ, aut alterius cuiuscumque iudicij præcepto in prouincijs discussor fiat, siue publicorum operum ciuitatũ, siue frumenti causa, siue portus alicuius, siue expensarum in aquæductus, cuiusuis vrbis, aut in muros construendos, aut in vias sternendas, aut pontes, vel moles faciendas, neq. balneariarum pecuniarum, neque aliarum quarumcumque ad publicas vrbium rationes pertinentiũ sine forma principali. Ipse enim Princeps, siue de publico pecunias miserit ad murorum constructionem, aut alterius operis ædificiũ: siue reperiat ab alio esse relictam pecuniam ciuitatibus; semel, vel sæpius; quotiens ei videatur, discussorẽ mittat, qui opus metiatur, et rationes diligenter cõficiat, et ad diuinam eius potestatem referat. vt, si recte sumptus facti sint, sacra fiat liberatio ab eodem ijs, qui sumptus fecerunt;

cerunt; et nullo pacto iterum quæstionem ipsi, aut eorum heredes, aut successores patiantur. Si vero ipse discussor missus possit conficere securitatem ijs, qui recte sumptus fecerunt; eamq. post rationum discussionem emiserit, ea firma sit, neq. indigeat decetero diuina liberatione, neque alia securitate, tam qui sumptus fecerit, quam eius heredes, siue successores: sed sufficiat sola discussoris securitas. Constitutio quoque pollicetur sumptus discussoribus, vt sine damno suo rationes discutiant. Illi vero, qui de suo impēdunt aut in opera vrbis, aut in alium vsum publicū, nulli discussioni supponantur, tam ipsi, quam eorum heredes, vel successores. neque etiam quæstioni publicarum rationum, vt sunt lucra dicta ἀγωγικά, vel παραπομπικά, aut sumptuū in publicos asinos, vel agasones, aut prosecutionum, aut quæ genetali appellatione sollemnia vocantur. Nemo autem Præses mittat discussorem, sed ad Imperatorem referat, vt ab eo discussor mittatur, qui ne vnum quidem obolum lucri assequatur. Sed et publicis rationibus, et collatorib. ius suū seruet. Si tamen apud aliquos publicas pecunias discussor reperiat, et discutiat eas, et in sacrum ornamentum inferat; liceat ei in singulas libras sex nummos pro ministerio retinere. Quod si ab ijs, qui in prouincijs sunt, inuitis, aut volentibus vel vnum obolum accipiat; ipse quidem, accepti quadruplum reddet, in publicum referendum,

aut ciuilibus quæstionibus, aliqua mandata conficiat. Quod si fecerit, liceat ciuibus eam exactionem repellere, ac nullam responsionem facere huiusmodi præceptis. Præterea etiam Præsides prouinciarum si id, quod factum est, tacuerint, omneque ciuile, ac publicum auxiliũ (dederint:) eisdem subiaceant pœnis: liceat quoque ijs, qui velint, preces Imperatori offerre, ac per eas acta docere, vt ex Imperiali indignatione correctio sequatur. nec non magistratus iubentes fieri aliquid huiusmodi, viginti auri libris multentur, et maiorem Principis vindictam timeant. Officia vero eis subiecta præter multam quindecim auri librarum, corporalem castigationem sustinebũt. Namque Imperatori tantum licet horum inspectionem viro integro, et qui vera, et ciuitatibus vtilia in eo negotio perquirat, cõmittere, qui nihil pro his reb. accipiat. Prouideant autem Patres ciuitatũ, et qui inter possessores bonæ opinionis sunt, vt nullus vrbis locus, siue publicus, siue muris proximus, siue in porticibus publicis, vel latrinis, vel alibi vbicumque fuerit, ab aliquo priuato iniuste possideatur; neue sine sacra forma locus vrbis alicui detur. Nam si quæ ab eisdem non recte data sunt; rescindantur; eaque amittãr, qui ea receperunt. Iidem quoque prouideant, vt qui ex sacra forma habent possessionem aquæ, ne turbent ceteros: et ne quis plus altero habeat. Sit igitur opus magnificẽtissimi Comitis sacrarũ

QVi militiã, vel aduocationem impleuerunt, præter propria priuilegia, a frumenti, vel olei emptionis cura, ab inspectione operum, a discussoris, vel defensoris officio, patris quoque, et rationalis, et Aedilitatis munere excusentur. Sed habitẽt, vbi voluerint, neque extra portas vrbis magistratibus obuiam ire cogantur, neque ad collegia absentes vocentur, aut nominentur ipsi, aut alios nominẽt, neque descriptiones soluant consuetudinum, vel spectaculorũ prætextu. Habeãt quoque vnam domum liberam ab onere hospitij militum venientium, et eorum, qui in eisdem locis versantur. Qui vero aliquas dignitates obtinẽt, sua videlicet immunitate fruantur. Auget enim hæc constitutio priora beneficia, non exiguis minuit. Præbebunt autem publica tributa, et honorem deferent magistratibus, atque ab eisdem honos eis habebitur. Si quis aliquid ex hac constitutione violauerit, aut violari permiserit, qui in quaginta libris auri multabitur.

LIB. XI. TIT. I. DE LVSTRALIS auri collatione.

Pars prioris constitutionis, siue epitome ex lib. Ivj. Basilicorum.

OMNIBVS collatio auri in totum remittitur, exceptis vrbib. vel vicis, qui ex vltima voluntate quicquam acceperunt, vt eam collationẽ inferrẽt, aut etiam si a fisco ob eam causam

vt nos rursum sacris nostris litteris locum probatoriæ habituris ea corroboremus. Quod si quis hæc violauerit, neque vlla solatia ex eo recipiet, neq; corpori communicabit; sed potius tormentis excruciatus perpetuo extra prouinciam exulabit. Quisquis vero socius in delicto fuerit, eisdem pœnis subiacebit, maxime si præpositus fuerit.

TIT. XVII. DE SVARIIS et susceptoribus vini, et ceteris corporatis.

Pars epitomæ constit. III. ex indice Basilicorum.

VINI venditores, vt contraxerint, vendant. nemo enim cogitur vendere mensura, aut pretio, quod nõ placuerit, maxime, si nihil præter morem eius regionis fiat.

TIT. XLI. DE SPECTACVLIS et scenicis, et lenonibus.

Pars constit. VIII ex l. b. lx. Basilicorum.

NEMO deinceps leno sit, neq; ex eo quæstu quidquam largitionib. inferatur. Itaq. nemo ancillam, aut liberam prostituat. nam humilior, qui id fecerit, præter cruciatus, aut in metallum, aut in exilium mittetur: qui militiam habuerit, aut officium honestius, ea amittat vna cum facultatibus suis. Thymelici quoque eodem pacto his

cietur, et maioris motionis periculo. Vicani praterea si serui fuerint, dominis reddentur, et verbe rabũtur simul cum decem primis eius vici, et perpetuo exulabunt; si de sententia omnium eos libenter susceperunt.

LIB. XII.

TIT. XXV. DE CASTRENSIANIS, et ministerianis.

In fine huius tituli et notitiam ministerianorum, et Græcam constitutionem deesse in quibusdam libris notatur.

TIT. XXXIII. QVI MILITARE possunt, vel non possunt; et de seruis ad militiam, vel dignitatem aspirantibus; et vt nemo vel duplici militia, vel dignitate, et militia simul vtatur.

Epitome constit. VIII. ex lib. IV. Basilicorum.

HAEC Græca constitutio cõfirmat primam constitutionem huius tituli quæ censet, ne quis eodem tẽpore duas militias habeat; addens non oportere, vt alijs militijs implicitus, tribunis notariorum adnumeretur. Exigit etiam, vt actis faciendis singuli deponant, quam malint militiarum, vel dignitatum: et definit tempus trium mẽsium post notitiam huius constitutionis, vt intra

id tempus adeat is, qui velit, Constantinopoli Comitem diuinarum rerum priuatarum, in prouincijs Præsides prouinciarum, suamque aperiant voluntatem. Quod si euenerit elabi id tempus; iubet eos, si plures militias habebant, vnam tantũ habere. Si vero militiam, et epistulas Tribunorũ notariorum; manere tantum Tribunos. Quod si militiam, et Comitis dignitatem, militiam quidẽ amittant, dignitatem vero Comitis excelsi tribunalis retineant; nullaq. pragmatica forma contra hanc dispositionem robur obtineat. Si vero quis militiã obtinens Præses prouinciæ fiat, accipiatq. sacram formam, vt conseruetur ei prior locus; iubet constitutio hanc formam valere, vt militiæ locus ei seruetur, sed non obtinebit prouinciæ administrationis postea dignitatem. Quod si aliquid ex his facere tentauerint, ac duas militias retineant; vtramq. amittant. Definiuit autem multam viginti librarum aduersus transgressores, etiam si sacram formam ostenderint, cum contra dicant huic diuinæ constitutioni. Simili multa magistratus plectentur, qui eam sacram formam susceperint.

TIT. XXXVII. DE EROGATIONE militaris annonæ.

Pars epitomes XVIII. *constit. ex Basilicis.*

HAEC constitutio iubet, vt prius in pagis retineantur, quæ militibus eroganda sunt, et postea

postea reliquæ causæ publicæ procedant. Neque enim oportet solas transmissiones vrgere, negligere vero militares erogationes. Si magistratus, et ciuitates, et qui alia publica tractãt, si quid fuerint transgressi eorum, quæ sancita sunt; tam de suo militibus res præbere, quam multam cẽtum librarum auri sancimus.

Epitome xix. constitutionis ex eisdem.

HAEC Constitutio iubet, vt si milites non suo beant sua munera in angarijs suis; sed aut in auxilium aliquorum deputati fuerint, aut missione aliqua dimissi: actuarius eorum annonas non recipiat in specie, ne corrumpantur, sed in pecunia æstimationem specierum iuxta iusiurandum præstandum a tribunis, et vicarijs, et domesticis, et actuarijs, et optionibus, a quibus nihilo minus præter sacramentum ratio exigetur; ac si quid fefellisse inuenti fuerint, duplum restituent. Quod si miles redigi sibi in pecuniam velit annonas sibi dandas; pecuniam accipiat a mẽsa. Si vero species malit; quod ea regio suppeditat, arbitrio dei amantissimi eius loci Episcopi, et clarissimi Defensoris eius vrbis accipiet. Quod si etiam actuarius emat a milite annonas suas, easq. a collatore accipiat, vt sibi debitas; per mẽsam rursus eas accipiat, nisi malit collator species ipsas inferre.

Si ve-

Si vero collatores velint sponte sua vēdere aliqua militibus: minime id fieri prohibemus, et si ex ea re lucraturi sint, minorem specierū quantitatem eis præstantes, quam ex mensæ publicæ æstimatione. Nec vero liceat ciuibus ex eo lædere collatorem; quod si ipsi inale contractus inierint, cogant collatorem, vt ipsi conuenerūt, species præbere. Quia vero nouit Imperator quosdam Chartularios nobiliorum numerorum, aut fœderatorum cōmere sibi frumentum; vt de publico accipiant per mensam æstimationem frumenti, ipsi vero species quasi antea iam emptas lucrentur: iubet hac constitutione; vt nemo collator inuitus cogatur præstare militibus coëmptionem: sed si sponte velint eis vēdere, non excedāt pretia mensæ pro ea quantitate, quam loco annonæ militib. erogaturi sint: nam si aliunde aliam quantitatem emere velint prohibentur contractum facere, vt etiam omnes milites. Quæ omnia futura retractatio ostendet, qua cogentur omnes eius, quod aliqua ratione fraudauerint, auerterintque duplum restituere, vt simplum quidem recipiat vir dex, simplū quoque fiscus. Omnes vero milites, præpositis quibusdam adæratori, accipiant annonas suas iuxta æstimationem mensæ; idem quoque facient, cum capitationes accipient; species vero non requirant, nisi sponte collator eas intulerit. Qui aliquid dictorum violare ausus fuerit, maximum periculum formidet, siue is tribunus, siue

siue vicarius sit, siue domesticus, aut actuarius, aut optio, siue etiam princeps numeri, aut officialis Magistri militum: si contigerit quicquam præter fas cognosci, aut temptari; neque id statim appareat, et renuntietur. retractatio enim omnia contra constitutionem facta coarguet.

Eiusdem initium esse dicitur SANCIMVS, cui simile extabat XVIII. *de Episcopalis audientia. In paratitlis hoc tantum reperimus.*

MILES arbitratu Defensoris, cū abest prouinciæ Præses, item Episcopi eius regionis species a collatore accipiat.

TIT. XLVII. DE FILIIS OFFICIALIVM, et militum, qui in bello moriuntur.

Pars constit. III. *siue epitome.*

SI QVIS quacumq. ratione militans, in bello mortem obierit; eius filius aut solus, aut maximus natu statim in locum patris sufficiatur, et easdem annonas accipiat, si Biarchus, aut infra eum ordinē erat pater. Si vero superioris ordinis fuit; Biarchus solū filius sit. Maior autem frater hoc solatio adiutus prospiciet, vt credēdum est, suis fratribus.

TIT.

TIT. LX. DE EXECVTORIBVS ET EXACTORIBVS.

Epitome VII. *constituit.*

OMNES homines, siue diuinam iussionem, siue magistratuum præceptum exequantur, prius insinuare debent ea Præsidi; vt is inquirat, an vlla falsi suspicio sit in eis, aut surreptio, vel an contra leges sint. Executio autem et ex scripto, et sine scripto fiat, diuinis videlicet eloquijs propositis, omnibusque possessoribus præsentibus cum eo, qui executionem facturus est, et si opus fuerit, auxilium laturis. Quod si falsum quid aperte inueniat, aut legibus contrarium: oportet eum non exequi, sed referre ad Imperatorem per Magisterianum, aut ad eum magistratū, ex quo esse dicitur. Executor autem cautionē præbebit sufficientem; et personæ, a quibus exigi petitur, cautionē personalē sine vllo sumptu præstabūt. namq. is, qui experitur, indemnem eū præstabit, si deprehendatur temere ei litem mouisse. Quod si non id fiat; is, qui cōuenitur, repellat executionem. Præses vero, si iussio ad eū dirigatur, vel is, ad quem dirigitur, cautionē recipiat oportet idoneā ab executore. Si vero etiam posset quis repellere executionem; oportet Præsidem, cū rescierit, eū amouere; ponere vero sub personali cautione eum, qui cōuenitur, ac referre. Quod si negligat, vel Præses, vel eius officium, vel is, ad quem scriptum est, de suo indemnem personam cōuentam

præ-

præstabit, tam dum in magistratu est, quam post administrationem. Excipit tamē constitutio pro tributis obligatos. Si vero corrupti muneribus Præsides executionem nō faciant sacris eloquijs præpositis; aut contemnant: tam facultates amittent, quam a magistratu amouebūtur, et de salute periculum patientur. Quæcumque autem lex insinuari debet, et ostendi prius Præfectis. qui verō eam in prouinciam detulerit, accipiat aureos nūmos sex. Studeat autem Præses suis præceptis in omnes vrbes ei subiectas leges in publicū edere, sine vllo lucro, aut Præsidis, aut Defensorum, aut portitoris. Quod si quis lucrū acceperit; id cum altero tanto restituat; et si magistratus fuerit, magistratum amittat; si aliud officiū habeat, id quoque amittat.

TIT. LXIII. PVBLICAE LAETITIAE, vel Consulum nuntiatores, vel insinuatores Constitutionum, et aliarum sacrarum, vel iudicialium litterarum, ex descriptione, vel ab inuitis ne quid accipiant immodicum.

Epitome constit. II.

HAEC Constitutio vult, vt sex tantum nūmi præstentur in singulis prouincijs pro insinuandis sacris litteris, aut generalibus mandatis, aut publicis contractibus, aut statuis. Qui plus acceperit, quadruplum reddat. Id etiam caueant Præses, et Episcopus, et Primi ciuitatis, et omne ciuile, ac publicum auxilium, ne Episcopus indi-

indignationē Principis subeat; Præses ab officio amoueatur, et bonis publicatis exulet; et officiū periclitetur. Nec ob has causas descriptio fiat supra illos sex aureos nūmos; neque eo prætextu, quod sponte id soluant: sed qui plus ceperit, quadruplum restituat. Cum vero ciues volūt seipsos describere, vt puta aut ad opus publicum, aut ad sitoniam, hoc est ad frumentum emendum, aut cum petunt ab Imperatore, vt id eis permittatur: non oportet timere vllum damnum. nam nec in sacerdotes erit indignatio, nec Præsides ab officio amouebuntur, et publicatis bonis exulabūt, nec officium in corpus plectetur, nisi renuntiauerint Imperatori, quæ contra hanc constitutionem facta sunt. Licentiam quoque habeant ij, qui descripti sunt, contradicere describentibus, ac si id non possint facere, adire Præsidem, et Imperatori referre. Sed non oportet patres, aut annonæ curatores, aut prouinciales susceptores quicquā præbere ex prouentibus apud eos existentibus, sed eos cōseruare ad vsus destinatos. Si id Præses violauerit, de suo restituat. oportet enim publicas, et ciuiles res sine deminutione conseruari.

Eiusdem constit. epitomes pars ex Paratitlis, in quib. eius initium fuisse dicitur SANCIMVS.

QVI nuntium refert in prouincia, ac plus sex nūmis velit a prouincijs descriptione facta exigere: prouidentia Episcopi compescatur.

LIB.1.tit.const.3.) Hanc Græcã Constitutionẽ inuenimus in quadam collectione ecclesiasticarum Constitutionum, cuius multa exempla vidimus. In ea totus hic titulus, et aliquot alij relati sunt, et partim Græca verba Constitutionum referuntur, partim epitomen redigũtur tam Latinæ, quã Græcæ Constitutiones. Est etiam tota integra hæc lex in Ephesina synodo Græca. Pars vero eiusdem refertur ab Euagrio lib.1. historiæ ecclesiasticæ.

Pag.3. vers.3. vt antea a nobis constitutum est) Extat ea de re Constitutio in Ephesina synodo Græca.

p.4.v.1. aduersus Apostolorum regulas) canon est Apostolorum 17. vel 16. alijs, quem refert Iuo Carnoten. parte 8. cap. 287. decreti, et Anselmus Lucensis lib. 6. cap. 143. et Grat. dist. 33. c. 1.

constit.5.) Ex eadem collectione Græca constitutionum ecclesiasticarum sumpta est hæc constitutio. In quibusdã libris dicitur missam esse ad Romanum Pontificem, quod nobis videtur verum esse, sed sumptum id est ex vlt. constitutione.

p.5.v 24. Apollinarium animi infitiatorem, qui sine mente etc.) Videndum est, an scribendum sit, Apollinarem animarũ corruptorem, qui

sine anima &c. sic p. 8. v. 28, sed quamuis vtroq. nomine a plerisque appelletur, apud Sophroniū Hierosolymitanū, relatū actione xi. sextæ synodi reperio Apollinariū Apollinaris Laodiceni filium fuisse, et vtrumque hæreticum. In scriptoribus ecclesiasticis numeratur Apollonius Laodicenus a beato Hieronymo, tamē ab eodem vt hæreticus vituperatur alijs locis.

const. 6.) Sumpta est ex supra scripta collectione.

p. 7. v. 5. initio nostri imperij egimus.) Aut constitutione quinta Græca, aut Edicto, de quo in septima constitutione Græca.

p. 7. v. 27. vnitatem eius cum diuina persona.) Vnitatem hypostaticā intellige; est enim Græce καθ' ὑπόστασιν. sic p. 11. v. 24.

cōst. 7.) sūpta est ex eadē collect. vnde superiores.

p. 9. ver. 13. generali Patriarchæ.) Malo ita dicere, quam œcumenico, vel vniuersali. Nam & concilia œcumenica generalia appellantur. Sed mirum est, cum Iustinianus agnoscat, hac constitutione Pontificem Romanum caput esse omnium sacerdotum, siue Episcoporum, cur appellet hunc œcumenicum Patriarcham. Quamobrem putarem addita esse hæc verba a posterioribus, nisi viderem eadem verba in Nouellis Iustiniani, et in actis vi. vii. et viii. synodi, & nisi scirem Pelagium ij. et beatū Gregorium, aliosque Pontifices Max. inuehi in Constantinopolitanos, qui hoc nomen vsurparent. Intellige itaq. generalē, hoc est nō vnius

prouinciæ Patriarcham, sed multarum, quæ in orientis partibus alijs Patriarchijs non subijcerentur, vt in Africa fuerũt, quæ primas sedes obtinerent in quibusdã prouincijs, quibus prohibitũ fuit, vt se sũmos sacerdotes appellarẽt, aut principes sacerdotũ. vide 99. dist. c. 3. 4. 5.

p.10 v.2. ad quẽ his similia conscripsimus) Extat Iustiniani epistula ad Io. Romanũ Pontificẽ, quæ est vltima constitutio huius tituli, quam miramur quosdam negare veram esse, cum in omnibus Græcis, et Latinis libris eius mentionem fieri videamus.

p.10.v.6. quæ caput est omnium sacratiss. dei sacerdotũ) Sacerdotũ appellatione hoc loco, et alijs huius const. et aliarũ intellige Antistites, vel Episcopos. Is vsus olim fuit nõ solum nominis, sed etiam rei ipsius; vt Episcopi frequẽtius sacrificiũ pro populo offerrẽt, quam alij presbyteri, vel chorepiscopi. Inter monachos quoq; rari presbyteri fuerũt, vt beatus Hieronymus affirmat. Viden. Grat. 16. q. 1. c. 39. hinc est in fine, vbi de monachis Scetis vel Scetios scribendũ est, nõ Scythiæ ex Sozomeno lib. 6. c. 30. et 31. Adde Epiphan. in epist. 69. ad Io. Hierosolym. quã Latinã fecit B. Hieronym. Totus hic locus maxime cõtundit insania aduersariorũ Apostolicæ, et catholicæ ecclesiæ.

p.10. ver. 14. Pauci aliquot) Verba Edicti, cuius meminimus const. 6.

p.12. ver. 19. Ephesinæ prioris) Post Ephesinam

ſynodũ generalem, in qua Neſtorius damnatus eſt, fuit pſeudoſynodus Epheſi celebrata, quæ poſterior dicta eſt. Ea de cauſa illa prior dicitur. ſic p.13.v.5 et v.15.

p.13.v.28.epiſtulam Procli magni viri ad Armenios) Hæc extat in libro, qui inſcribitur Antidotum.

p.14.v.18.quæ diptycha appellantur) Tabulas quaſdam fuiſſe ſuſpicor, in quibus et nomina ſynodorum, et viuorum, ac mortuorum catholicorum Antiſtitum nomina, quorum in ſacris myſterijs mentio fieret, ſcribebantur. Multæq; contentiones de his ortæ ſæpe fuerunt, ſcribendum ne eſſet, an delendum illius, aut illius Antiſtitis, aut ſynodi nomen.

p.14.v.21.execramur) ἀναθεματίζουμεν, malumus execrandi verbo, quam damnãdi anathemate vti, cum de eo loquimur, qui cum poteſtate damnare non poteſt.

Lib.1.tit.2.conſt.15.) Epitome extat in dicta collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum. Refertur etiam a Theodoro Hermopolita lib.5 tit.1.cap.7. Baſilicorum, & a collectore eorundem incerto ordine literarum titulo περὶ ἐκκλησίας, et a Photio titulo 2. cap.1 nomocanonis.

p.15.v.12.xenodochijs, noſocomijs, & ptochijs) Horum, et ſimilium nominum interpretationem poſuit Iulianus Nou.7. cap.1.

p.15.v.17.ex Paratitlis) Sunt hæc Paratitla in eadem collectione constitutionum sub titulo 3. Codicis.

const.17.) Epitome est in dicta Græca collectione. Huius Græcæ constitutionis Anastasij mentionem facit Iustinianus Nou.7. quæ est in libro Authen. titulo de non alienandis. in prin.et p.quia.et alibi.

p.16.ver.1.Priuilegia) De quibus const.14.sub hoc titulo.

p.16.v.3.disponuntur) Sumptus,et alimenta recipiũt. est enim Græce χορηγεμφῶν. idque Anastasium scripsisse Iustinianus affirmat.

p.e.v.4. orphanotrophia) de his Iulian.Nou.7. cap.1.

p.e.v.6. quæ sub eiusdem Archiepiscopi administratione sunt * Ab eo) In Græcis verbis sunt quædam mẽdosa:et pro administratione est ordinatione,vel consecratione.Sed ex Nouella VII.Iustiniani Anastasij constitutio hæc, quæ Latine scripsimus,statuit.

p.17.ver.27.ex Paratitlis) Sunt hæc paratitla in collectione constitutionum ecclesiasticarum Græca titulo 3.Codicis.

const.18.) Epitome sumpta est ex eadem collectione. Huius constitutionis Anastasij mẽtio fit Nou.43.et 59.quæ in libris Authenticorũ non extant. Hac constitutione numerum decanorũ, et ergasteriorũ magnæ ecclesiæ C. P.

a Constantino Imp. constitutum 950. de quo const. 4. huius tituli; actũ fuisse ab Anastasio, et 1100. effectum Iustinianus auctor est. Videndus etiam Iulianus Nou. 59.

p. 18. v. 24. ad nouos muros, et Blachernas. nam Syeæ, quoq. pars vrbis est.) De his locis vrbis C. P. Præter Iustin. et Iulian. d. Nou. 59. viden. Procopius in lib. de ædificijs Iustiniani Imp.

p. e. v. 27 Ex paratitlis) Hæc etiam Paratitla sunt in dicta collectione sub tit. 3. Codicis.

const. 20.) Epitome est in dicta collectione Græca ecclesiasticarum constitutionum.

const. 24.) Hæc etiam epitome est in eadem collectione. Huius constit. mentionem facit Iustinian. Nou. 7. vide in Auth. de non alienan. p. lex. et p. seq. et p. quia vero lit. omis.

p. 19. ver. 12. ceterarum omnium) adde, quæ intra diœcesim C. P. sunt, eique vt Patriarchæ, sedi subiectę sunt. Namq. absolute dictum falsum est. Vide, quæ diximus lib. 1. tit. 1. const. 7.

Ibid. iuris colonarij) παροικικῶν Αἰκάμω. Viden. Nou. 7. Authen. de non alienan. p. lex itaque Iulian. Nou. 120. cap. 1.

p. 20 v. 1. Immobiles rerete.) Refert Eustathius tit. 40. cap. 3. de temporibus.

25 const. Hæc etiam epitome sumpta est ex eadem collectione, ex qua ceteræ.

26. const.) Hæc quoque constitutio sumpta est ex eadem collectione. Refert sentẽtiam Photius tit.

(tius tit.2.cap.1.nomocanonis
lib.1.tit 3.const.29.) sumpta est hæc constitutio
ex eadem collectione Græca. Relata est a52.
Græca constitutione huius tituli, et a Photio
tit.xi.cap.iiij. nomocan.
35. constit.) Ex dicta collectione Græca hæc epi-
tome sumpta est. Refert Photius tit.8.cap.1.
nomocanonis.
p.24.ver.14.Tomensium vrbs) De eius vrbis, et
Odessi Episcopo vide Nou.120.
p.c.ver.16. Item Leontopolis) Huius nominis
mentio fit Nou.28.et Nou.31.
38.const.) Hæc etiam epitome sumpta est ex ea-
dem collectione, de qua supra. Refert Photius
tit.11.cap.4.nomocan.
39. constit.) Ex eadem collectione hæc quoque
epitome est.
41. constit.) Est etiam hæc constitutio ex eadem
collectione Græca constitutionum ecclesia-
sticarum. Refert hanc Nou.123.
p.26.v.4.irreprehensibiles) Paul.1.ad Timoth.
p.27.v.10.prohibemus) Hæc refert const.47.
Græca huius tituli, et Paul. Diacon.lib.16.
rer.Romanar.
p.28.v.26.orphanotrophiotum, et brephotro-
phiorum) viden.Iulian.Nou.7.cap.1.
p.29.ver.11.xenodocho, nosocomo, ptochotro-
pho, aut orphanotropho) De his viden.Iulia.
de.Nou.7.cap.1.

p.30.v.12.neq.chorepiſcopus,neq.periodeutes) Chorepiſcopi mentio fit in canone 2. Chalcedon. de hac eadem re, licet Gratianus nomē id reticuerit, atque etiam Epiſcopi. 1.q.1.c.8. ſi quis Epiſcopus. Viden. Burchar. lib.1.c.112. Iuo parte 5.cap.118.decreti,et lib.3.tit.9.c.3. Panormiæ, et Anſel.Lucen.lib.6.cap.81.Sed Gratianus diſtinct. 68. refert Epiſcoporum, et chorepiſcoporū differentiam relatis verbis beati Leonis epiſt.86. et Damaſi epiſt.4.vide Anſel. lib.7.cap.114. et 115. De periodeute canone 56.Laodiceno mentio fit,eum viſitatorem appellat Grat.diſt.8. cap.5. nō debere, a circum eundo ita dictus eſt. Ambo munera quædā pro Epiſcopis in vicis adminiſtrabant. Modeſtinus medicum periodeutem appellat c.6.de excuſationibus,quaſi circum foraneū.

p.e.v.25.per ſuffragium) Suffragium olim mercenariam ſuffragationem appellabant legib. Imperatorum non prohibitam. Vide Codice de ſuffragio.

p.31.v.16.ab Archonte, ſiue Exarcho) vide epitomē conſt.14.Græcæ ſub titulo de hæreticis. 42.conſtit.) Ex eadem collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum ſumpta eſt.

p.32 v.20.aſcendentes Antiſtites) hoc eſt Conſtantinopolim venientes, ſiue propter altitudinem Imperij, ſiue propter regionis qualitatem.deſcendentes quoque dicebantur, qui in pro-

prouincias ibant vrbem relinquentes, sic p.33. ver.8. et alibi.

43. constit.) Ex dicta collectione, vt superiores. Videnda Nou.123. circa finem.

p.34. ver.14. conuersari) σωδιαιτᾶσθαι simul viuere, aut habitare.

p.35. v.9. Ad negotia) πρὸς πράγματα. Hinc apocrisiarius dicitur, horum negotiorum gestor. Vide const.29. Græcam huius tituli

p.37. v.12. xv. KAL.) alij habent. v. KAL.

Constit.44.) Ex collectione, de qua supra, hæc etiam sumpta est.

p.37. v.16. sacræ regulæ) Apostolorum canō 26. Chalcedon.14. Carthag.16. Græcus. Viden. Gratian. distinct.32.

const.45.) Ex eadem collectione sumpta est. Eius partem priorem refert Photius tit.2. cap.1. no mocanonis.

p.39. v.24. neque etiam xenodochus sit, qui eum ordinet) Græca verba mendosa sunt; hæc etiā Latina non placent. Sed videtur significare, quod antea dictum est, vt si xenon intra annum perfici nequeat, domus conducatur, vbi ægroti curentur; huic rei xenodochus præficiendus erat, de quo nunc agit.

p.40. v.1. gerontocomia etc.) Viden. Iulianus Nou.7. cap.1. de horum verborum interpretatione.

p.v.14. veteribus legibus) Lege XII. tabularum,

et lege Falcidia. Vide Dig. ad L. Falcid. cap. 1. et in instit. eo tit. in princ. et Nou. 1.

p. e. ver. 20. paramonarios) παρεμονὴ Græcis est permansio, quo nomine fortasse loca quædam pia dicebantur; et qui ea curabant paramonarij. Sic μονὴ mansio est, et monasteriũ eisdem. vtitur eo nomine cap. 11. concilij Chalcedon. quod minus plene refert Grat. 1. q. 1. c. 8. si quis Episcopus. Vide quæ adscripsimus 41. const.

p. 41. ver. 5. quos antea scripsimus etc.) in alijs libris est ptochotrophos, nosocomos, xenodochos, orphanotrophos, brephotrophos, gerõtocomos, œconomos, paramonarios, aut dispensatores.

p. 42. v. 8. Atq. vt maiori etc.) Partem hãc huius constitutionis relatã inuenies in Instit. tit. de action. p. itẽ mixta. et p. in duplũ. et p. sed furti. videetiã p. vlt. de oblig. quę quasi ex cõtractu. Refert Eustath. tit. 24. cap. 8. de temporibus.

p. 42. v. 22. cum morientur.) viden. p. post mortem. in Instit. de legatis.

p. 43. v. 2. Si vero annui etc.) Hanc partem relatã videbis constit. 59. huius tituli.

p. 43. ver. 3. vel ascetrijs, aut diaconissis.) Harum officium, et differentiam non facile explicare possumus. Ascetriæ tamen in ascetrijs religiosam vitam degebãt, similes sanctimonialibus nostri temporis: diaconissę in ecclesia munera quædam obibãt, tum in baptismo puellarũ, cũ in oblationibus, aut alijs ministerijs; ne inter

mulieres clerici versarētur. vt testatur Beatus Clemēs lib.2.c.30.et lib.3.c.15.et lib.8.c.34. constitutionum Apostolic.viden.Iulianus, et quę de verborū eius interpretatione dicta sūt:

46.const.) Ex eadem collectione Græca sumpta est. Refertur Nou.v.in fine.quæ in lib. Auth. est sub titulo de monachis.p. de ordinatione.

47.const.) Hæc quoque est ex eadem collectione Græcarum constitutionum ecclesiasticarum.

p.46.ver.22.de qua re extat nostra constitutio) superuacanea videntur esse hæc verba.est autem constitutio 41.sub hoc eodem titulo.

52. const.) Ex dicta collectione hæc etiā sumpta est constitutio.

p.47.v.11.neq. curialem,neq.cohortalem) Multis iuris locis apparet curialē virū dici decurionē a curia singulorum municipiorū.cohortalem a cohorte Prætoria apparitorem magistratus populi Ro.vtraq.condicio multis onerib.obnoxia fuit:peiore tamen loco erāt cohortales.

p.48.v.6. legem posuimus) Hanc desiderari credimus sub titulo Quando, et quibus quarta pars debeatur,eiusq.mētionem fieri Nou.38.

p.48.v.27.cōstitutionē. Hæc est 21.const.Latina, cuius initiū est Ad similitudinē,sub hoc eodē tit.et sub tit.de decurionib.60.incipit nullus.

p.49.v.3.constitutionem) viden.const 39.tit.2. lib.16.Codicis Theodosiani.

p.49. ver. 22.legem) 29. Græcam sub hoc titulo constitutionem intellige.

p.50.v.16.a nobis sancitum) fortasse illa constit.

quam desiderari diximus sub titulo Quãdo, et quibus quarta pars debeatur.

p.51.v.6.Præterea illud &c.) Refert Photius tit. 2 cap.1.et tit.11.cap.1. nomocanonis.

p.c.v.23.Illud quoque etc.) Huius constitutionis mentio fit 54.constit. sub hoc eo dem titulo, cuius initiũ est, Deo nobis.et Nou.22.Auth. de nuptijs.p.distrahuntur.

p.52.ver.7.Vxor tamen etc.) Refert Eustath.tit. 24.cap.9.de temporibus.

55.constit.) Ex eadem collectione, ex qua superiores, sumpta est.

p.52.v.22.constitutionis) Ea est Græca 45.const. sub hoc titulo.

lib.1.tit.4.const.14.) Ex dicta collectione eccle. siasticarum constitutionum sumpta est. Videatur 33. const. Græca sub hoc eodẽ titulo, et epitome constit.vlt.Græcæ de nuptijs,et 7. de spectaculis.

p.56.ver.1.siue thymelicus fuerit) Thymele orchestræ pars fuit suggesti instar, in qua citharœdi,tibicines,symphoniaci,alijue cantores, aut musici canebant, quos thymelicos appellabant. de his in Digestis cap.4.de ijs,qui notantur,et 10.de pollicita.et dicta constit.7.de spectac.et constit.34.sub hoc eodem titulo

p.56.ver.7.mimis, aut choris) Mimos appellat quoscumque histriones,siue fabulas agerent comœdiarũ,siue Atellanarum,siue mimorũ,

siue

siue etiã tragici forent. chori appellatione vti tur pro musicis quibuscumq. qui scenæ, aut theatro seruirent, quales thymelicos fuisse dixeramus. Vide cap 34. de ædil. edicto, et c. 59. de legat. 3. incip. si chorus. A mimis pãtomimi dicti sunt, qui omnia imitabãtur gestu potius, quam voce; de quib. in Digestis aliquot locis.

17. constit.) Epitome sumpta est ex eadem collectione, de qua supra.

p. 56. v. 14 Sitonæ) Præfecti frumẽto emendo ita Græce appellantur, et munus id Sitonia. Vide titulum vt nemini liceat in emptione specierum se excusare, et de munere Sitoniæ.

p. 56. v. 16. xxx. libris, L. libris alij habent.

18. constit.) Epitome ex dicta sæpius collectione sumpta est.

p. 56. v. 22. sederis, siue stationibus.) Viden. Theophilus in instit. de militari testam. p. 1. qui rectius vtitur eo verbo, quam Latini libri, in quibus est in suis ædibus pro in suis sedibus. sic constit. vlt. de restit. milit.

20. const.) Epitome hæc etiam sumpta est ex eadem collectione. Refert Nou. 109. Authen. de priuil. dotis hæret. mulier. in prin.

22. constit.) Ex eadem collectione sumpta est. similis fuit sub titulo de custodia reorum cõstitutio sexta Græca.

p. 58. v. 3. quarta puta, etc.) Refert Eustath. tit. 3. cap. 5. de temporibus.

p. 6. v.

p.e.v.11. nostra constituti) Hanc arbitror desiderari sub titulo de custodia reorum.

23.constit.) Hæc quoque constitutio ex eadem collectione sumpta est. Similis fuit constit. 2. de priuatis carceribus.

25.constit.) Sumpta est ex eadem collectione. Videnda const. 1. Græca de aleæ lusu, quæ male ab alijs ult. de religiosis conscripta est.

26.const.) Ex eadem collectione sumpta est hæc etiam constitutio.

p.59.ver.23.singulis annis) Refert Eustath.tit. 24.cap.vlt.de temporibus.

p.60.v.11.calculu feret ψῆφον ποιῆσαι τὸ signi ficare videtur redditis rationibus liberationē.

p.61.v.4.Si quis autem etc.) Similis fuit const. 1. Græca publicæ lætitiæ, vel consulum nuntiatores etc. et vide const. Græcam 4. de dissensoribus, quæ huic multis in rebus consentiens est.

p.e.v.26.Consulū processiones) Vide Nou. 105. Authen. de Consulibus.

p.62.ver.19.produlia) sunt qui prudolia legant, eaque interpretentur bases statuarum, quæ ἐδάφια dicuntur. alij ad seruitutē sillicidij, vel cloacæ pertinere existimant, alij proluuia scribunt, alij proludia. Nos idem verbum reperimus dicta constit. 4. de dissensoribus.

p.63.ver.15.Si vero dubitauerint etc.) Similis est constit. 2. de sportulis Græca.

p.6 . v.3.nostra cōstitutione) eadē 2. de sportulis.

p. e. v. 4. neue descriptio etc.) Vide n. similis const. … publicæ lætitiæ etc. de qua ante diximus.

p. 64. v. 20. de metatorum exactione) Vide titulū de metatis, et epidemeticis. Metatores olim hospitia militibus parabant, et castrorum metatores dicebātur. Eo prætextu nōnnūquam municipia vexabant, dictaque metata sunt ea onera præbendorum hospitiorum. … const.) Ex eadē collect. hæc quoq. sumpta est.

p. 65. v. 19 non esse locum appellationi a majorib. nostris constitutū esse) Has constitutiones existimo vim non habere: easq. intelligere oportet salua sedis Apostolicæ Romanæ auctoritate, ad quā licet omnibus appellare. idq. Nicæno concilio statutum fuisse multi testātur: Iulius in epist. ad orientales cap. 18. et 19. et … Zosimus in commonitorio relato in cōcilio Carthagin. Græco, et Carthag. 6 … Latino, et in epist. … concilij ad Bonifaciū papam: Felix … epist. Leo epist. … Idem statutum est in concilio Sardicensi cap. 4. et 5. Græcis, et 6. et 7. Latinis. Vide … 13. in concilio Later. cap. … quod est cap. … de priuileg. et Grat. 2. quæst. 6. et 3. q. 6. … capitibus.

p. 66. v. … ex lege præstari) constit. 2. Græca de sportulis.

p. e. v. 24. referatur appellatio) Si causa delegata est a Patriarcha Constantinopolitano, et commissa inferiori Metropolitano, aut etiam Primati, vel Patriarchæ; et prouocetur a sen-

sine anima &c. sic p. 8. v. 28. sed quauis vtroq. nomine a plerisque appelletur, apud Sophroniũ Hierosolymitanũ, relatũ actione xi. sextæ synodi reperio Apollinariũ Apollinaris Laodiceni filium fuisse, et vtrumque hæreticum. In scriptoribus ecclesiasticis numeratur Apollonius Laodicenus a beato Hieronymo, tamẽ ab eodem vt hæreticus vituperatur alijs locis.

const. 6.) Sumpta est ex supra scripta collectione.

p. 7. v. 5. initio nostri imperij egimus.) Aut constitutione quinta Græca, aut Edicto, de quo in septima constitutione Græca.

p. 7. v. 27. vnitatem eius cum diuina persona.) Vnitatem hypostaticã intellige; est enim Græce καθ' ὑπόστασιν. sic p. 11. v. 24. [illegible]

cõst. 7.) sũpta est ex eadẽ collect. vnde superiores.

p. 9. ver. 13. generali Patriarchæ.) Malo ita dicere, quam œcumenico, vel vniuersali. Nam & cõcilia œcumenica generalia appellantur. Sed mirum est, cum Iustinianus agnoscat hac constitutione Pontificem Romanum caput esse omnium sacerdotum, siue Episcoporum, cur appellet hunc œcumenicum Patriarcham. Quamobrem putarem addita esse hæc verba a posterioribus; nisi viderem eadem verba in Nouellis Iustiniani et in actis v. vi. et vii. synodi, & nisi scirem Pelagium ij. et beatũ Gregorium, aliosque Pontifices Max. inuehi in Constantinopolitanos, qui id nomen vsurparent. Intellige itaq. generalẽ, hoc est nõ vnius

prouinciæ Patriarcham, sed multarum, quæ in orientis partibus alijs Patriarchijs non subijcerentur, vt in Africa fuerũt, quæ primas sedes obtinerent in quibusuã prouincijs, quibus prohibitũ fuit, vt se sũmos sacerdotes appellarẽt, aut principes sacerdotũ. vide 99. dist. c. 3. 4. 5.

p. 10 v. 2. ad quẽ his similia conscripsimus) Extat Iustiniani epistula ad Io. Romanũ Pontificẽ, quæ est vltima constitutio huius tituli, quam miramur quosdam negare veram esse, cum in omnibus Græcis, et Latinis libris eius mentionem fieri videamus.

p. 10. v. 6. quæ caput est omnium sacratiss. dei sacerdotũ) Sacerdotũ appellatione hoc loco, et alijs huius const. et aliarũ intellige Antistites, vel Episcopos. Is vsus olim fuit nõ solum nominis, sed etiam rei ipsius; vt Episcopi frequẽtius sacrificiũ pro populo offerẽt, quam alij presbyteri, vel chorepiscopi. Inter monachos quoq; rari presbyteri fuerũt, vt beatus Hieronymus affirmat. Viden. Grat. 16. q. 1. c. 39. hinc est in fine, vbi de monachis Scetis vel Scetios scribendũ est, nõ Scythiæ ex Sozomeno lib. 6. c. 30. et 31. Adde Epiphan. in epist. 69. ad Io. Hierosolym. quã Latinã fecit B. Hieronym. Totus hic locus maxime cõtundit insaniã aduersariorũ Apostolicæ, et catholicæ ecclesiæ.

p. 10. ver. 14. Pauci aliquot) Verba Edicti, cuius meminimus const. 6.

p. 12. ver. 19. Ephesinæ prioris) Post Ephesinam

synodū generalem, in qua Nestorius damnatus est, fuit pseudosynodus Ephesi celebrata, quæ posterior dicta est. Ea de causa illa prior dicitur. sic p.13.v.5 et v.15.

p.13.v.28.epistulam Procli magni viri ad Armenios) Hæc extat in libro, qui inscribitur Antidotum.

p.14.v.18.quæ diptycha appellantur) Tabulas quasdam fuisse suspicor, in quibus et nomina synodorum, et viuorum, ac mortuorum catholicorum Antistitum nomina, quorum in sacris mysterijs mentio fieret, scribebantur. Multæq; contentiones de his ortæ sæpe fuerunt, scribendum ne esset, an delendum illius, aut illius Antistitis, aut synodi nomen.

p.e.v.21.execramur) ἀναθεματίζομεν, malumus execrandi verbo, quam damnādi anathemate vti, cum de eo loquimur, qui cum potestate damnare non potest.

Lib.1.tit.2.const.15.) Epitome extat in dicta collectione Græca ecclesiasticarum constitutionum. Refertur etiam a Theodoro Hermopolita lib.5 tit.1.cap.7. Basilicorum, & a collectore eorundem incerto ordine literarum titulo περὶ ἐκκλησιῶν, et a Photio titulo 2. cap.1 nomocanonis.

p.15.v.12.xenodochijs, nosocomijs, & ptochijs) Horum, et similium nominum interpretationem posuit Iulianus Nou.7. cap.1.

p.15.

p.15.v.17.ex Paratitlis) Sunt hæc Paratitla in eadem collectione constitutionum sub titulo 3.Codicis.

const.17.) Epitome est in dicta Græca collectione. Huius Græcæ constitutionis Anastasij mentionem facit Iustinianus Nou.7. quæ est in libro Authen. titulo de non alienandis. in prin.et p.quia.et alibi.

p.16.ver.1.Priuilegia) De quibus constit.14.sub hoc titulo.

p.16.v.3.disponuntur) Sumptus,et alimenta recipiũt. est enim Græce χορηγευμένων. idque Anastasium scripsisse Iustinianus affirmat.

p.e.v.4. orphanotrophia) de his Iulian.Nou.7. cap.1.

p.e.v.6. quæ sub eiusdem Archiepiscopi administratione sunt * Ab eo) In Græcis verbis sunt quædam mẽdosa:et pro administratione est ordinatione,vel consecratione.Sed ex Nouella VII.Iustiniani Anastasij constitutio hæc, quæ Latine scripsimus,statuit.

p.17.ver.27.ex Paratitlis) Sunt hæc paratitla in collectione constitutionum ecclesiasticarum Græca titulo 3.Codicis.

const.18.) Epitome sumpta est ex eadem collectione. Huius constitutionis Anastasij mẽtio fit Nou.43.et 59.quæ in libris Authenticorũ non extant. Hac constitutione numerum decanorũ, et ergasteriorũ magnæ ecclesiæ C. P.

a Constantino lu p. constitutum 950. de quo const. 4. huius tituli, actũ fuisse ab Anastasio, et 1100. effectum Iustinianus auctor est. Videndus etiam Iulianus Nou. 59.

p. 18. v. 24. ad nouos muros et Blachernas. nam Sycæ, quoq. pars vrbis est.) De his locis vrbis C. P. Præter Iustin. et Iulian. d. Nou. 59. viden. Procopius in lib. de ædificijs Iustiniani Imp.

p. eiv. 17 Ex paratitlis) Hæc etiam Paratitla sunt in dicta collectione sub tit. 3. Codicis.

const. 20.) Epitome est in dicta collectione Græca ecclesiasticarum constitutionum.

const. 24.) Hæc etiam epitome est in eadem collectione. Huius constit. mentionem facit Iustinian. Nou. 7. vide in Auth. de non alienan. p. lex et p. seq. et p. quia vero lex nis.

p. 19. ver. 12. cæterarum omnium) adde, quæ intra diœcesim C. P. sunt, eique vt Patriarchæ, sedi subiectę sunt. Namq. absolute dictum falsum est. Vide, quæ diximus lib. 1. tit. 1. const. 7.

Ibid. iuris colonarij) πατρικίου δικαίου. Viden. Nou. 7. Authen. de non alienan. p. lex itaque Iulian. Nou. 120. cap. 1.

p. 20 v. 1. Immobiles rerum etc.) Refert Eustathius tit. 40. cap. 3. de temporibus.

25 const. Hæc etiam epitome sumpta est ex eadem collectione, ex qua cæteræ.

28 const.) Hæc quoque constitutio sumpta est ex eadem collectione. Refert sententiam Photius tit.

(tius tit.2.cap.1.nomocanonis
lib.1.tit.3.const.29.) sumpta est hæc constitutio
ex eadem collectione Græca. Relata est a52.
Græca constitutione huius tituli, et a Photio
tit.xi.cap.iii. nomocan.
35. constit.) Ex dicta collectione Græca hæc epi-
tome sumpta est. Refert Photius tit.8.cap.1.
nomocanonis.
p.24.ver.14.Tomensium vrbs) De eius vrbis, et
Odessi Episcopo vide Nou.120.
p.c.ver.16. Item Leontopolis) Huius nominis
mentio fit Nou.28.et Nou.31.
38.const.) Hæc etiam epitome sumpta est ex ea-
dem collectione, de qua supra. Refert Photius
tit.11.cap.4.nomocan.
39. constit.) Ex eadem collectione hæc quoque
epitome est.
41. constit.) Est etiam hæc constitutio ex eadem
collectione Græca constitutionum eccleſia-
sticarum. Refert hanc Nou.123.
p.26.v.4.irreprehensibiles) Paul.1.ad Timoth.
p.27.v.10.prohibemus) Hæc refert const.47.
Græca huius tituli, et Paul. Diacon.lib.16.
rer.Romanar.
p.28.v.26.orphanotrophiorum, et brephotro-
phiorum) viden.Iulian.Nou.7.cap.1.
p.29.ver.11.xenodocho, nosocomo, prochotro-
pho, aut orphanotropho) De his viden. Iulia.
de.Nou.7.cap.1.

p.30.v.12.neq.chorepiſcopus,neq.periodeutes) Chorepiſcopi mentio fit in canone 2. Chalcedon.de hac eadem re, licet Gratianus nomẽ id reticuerit, atque etiam Epiſcopi.1.q.1.c.8. ſi quis Epiſcopus. Viden.Burchar.lib.1.c.112. Iuo parte 5.cap.118.decreti,et lib.3.tit.9.c.3. Panormiæ, et Anſel.Lucen.lib.6.cap.81.Sed Gratianus diſtinct. 68. refert Epiſcoporum, et chorepiſcoporũ differentiam relatis verbis beati Leonis epiſt.86. et Damaſi epiſt.4.vide Anſel. lib.7.cap.114. et 115. De periodeute canone 56.Laodiceno mentio fit,eum viſitatorem appellat Grat.diſt.8. cap.5. nõ debere, a circumeundo ita dictus eſt. Ambo munera quædã pro Epiſcopis in vicis adminiſtrabant. Modeſtinus medicum periodeutem appellat c.6.de excuſationibus,quaſi circum foraneũ.

p.e.v.25.per ſuffragium) Suffragium olim mercenariam ſuffragationem appellabant legib. Imperatorum non prohibitam. Vide Codice de ſuffragio.

p.31.v.16.ab Archonte, ſiue Exarcho) vide epitomẽ conſt.14.Græcæ ſub titulo de hæreticis. 42.conſtit.) Ex eadem collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum ſumpta eſt.

p.32.v.20.aſcendentes Antiſtites) hoc eſt Conſtantinopolim venientes, ſiue propter altitudinem Imperij, ſiue propter regionis qualitatem.deſcendentes quoque dicebantur, qui in pro-

prouincias ibant vrbem relinquentes. sic p.33. ver.8. et alibi.

43. constit.) Ex dicta collectione, vt superiores. Videnda Nou.123. circa finem.

p.34.ver.14. conuersari) συναναστρέφεσθαι simul viuere, aut habitare.

p.35.v.9. Ad negotia) τὰ πραγματα. Hinc apocrisiarius dicitur, horum negotiorum gestor. Vide const.29. Græcam huius tituli

p.37.v.12.xv. KAL.) alij habent.v. KAL.

Constit.44.) Ex collectione, de qua supra, hæc etiam sumpta est.

p.37.v.16. sacræ regulæ) Apostolorum canõ 26. Chalcedon.14. Carthag.16. Græcus. Viden. Gratian. distinct.32.

const.45.) Ex eadem collectione sumpta est. Eius partem priorem refert Photius tit.2. cap.1. nomocanonis.

p.39.v.24. neque etiam xenodochus sit, qui eum ordinet) Græca verba mendosa sunt; hæc etiã Latina non placent. Sed videtur significare, quod antea dictum est, vt si xenon intra annum perfici nequeat, domus conducatur, vbi ægroti curentur; huic rei xenodochus præficiendus erat, de quo nunc agit.

p.40.v.1. gerontocomia etc.) Viden. Iulianus Nou.7. cap.1. de horum verborum interpretatione.

p.v.14. veteribus legibus) Lege XII. tabularum,

et lege Falcidia. Vide Dig. ad L. Falcid. cap. 1. et in Instit. eo tit. in princ. et Nou. 1.

p. 40. ver. 10. paramonariós) παραμονή Græcis est permissio, quo nomine fortasse loca quædam pia dicebantur, et qui ea curabant paramonarij. Sic μονὴ mansio est, et monasterij eiusdem vtitur eo nomine cap. ij. concilij Chalcedon. quod minus plene refert Grat. q. 1. c. 8. si quis Episcopus. Vide quæ adscripsimus 4. const.

p. 41. ver. 5. quos antea scripsimus etc.) in alijs libris est ptochotrophos, nosocomos, xenodochos, orphanotrophos, brephotrophos, gerōtocomos, œconomios, paramonarios, aut dispensatores.

p. 42. v. 8. Atq. vt maiori etc.) Partem hāc huius constitutionis relatā inuenies in Instit. tit. de action. p. itē mixta. et p. in duplō. et p. sed furti. videetiā p. vlt. de oblig. quę quasi ex cōtractu. Refert Eustath. titu. 4. cap. 8. de temporibus.

p. 42. v. 22. cum morientur.) viden. p. post mortem. in Instit. de legatis.

p. 43. v. 2. Si vero iam nui etc.) Hanc partem relatā videbis constit. 59. huius tituli.

p. 43. ver. 3. vel ascetrijs, aut diaconissis.) Harum officium, et differentiam non facile explicare possumus. Ascetriæ tamen in ascetrijs religiosam vitam degebāt, similes sanctimonialibus nostri temporis: diaconissę in ecclesia munera quædam obibāt, tum in baptismo puellarū, cū in oblationibus, aut alijs ministerijs; ne inter

mulieres clerici versarētur, vt testatur Beatus Clemēs lib.2.c.30.et lib.3.c.15.et lib.8.c.34. constitutionum Apostolic.viden.Iulianus, et quę de verborū eius interpretatione dicta sūt:

46.const.) Ex eadem collectione Græca sumpta est. Refertur Nou.v.in fine.quæ in lib. Auth. est sub titulo de monachis.p. de ordinatione.

47.const.) Hæc quoque est ex eadem collectione Græcarum constitutionum ecclesiasticarum.

p.46.ver.22.de qua re extat nostra constitutio) superuacanea videntur esse hæc verba.est autem constitutio 41.sub hoc eodem titulo.

52. const.) Ex dicta collectione hæc etiā sumpta est constitutio.

p.47.v.11.neq.curialem,neq.cohortalem) Multis iuris locis apparet curialē virū dici decurionē a curia singulorum municipiorū.cohortalem a cohorte Prætoria apparitorem magistratus populi Ro.vtraq.condicio multis onerib.obnoxia fuit:peiore tamen loco erāt cohortales.

p.48.v.6. legem posuimus) Hanc desiderari credimus sub titulo Quando, et quibus quarta pars debeatur,eiusq.mētionem fieri Nou.38.

p.48.v.27.cōstitutionē. Hæc est 21.const.Latina, cuius initiū est Ad similitudinē,sub hoc eodē tit.et sub tit.de decurionib.60.incipit nullus.

p.49.v.3.constitutionem) viden.const 39.tit.2. lib.16.Codicis Theodosiani.

p.49. ver.22.legem) 29. Græcam sub hoc titulo constitutionem intellige.

p.50.v.16.a nobis sancitum) fortasse illa constit.

quam desiderari diximus sub titulo Quãdo, et quibus quarta pars debeatur.

p.51.v.6.Præterea illud &c.) Refert Photius tit. 2.cap.1.et tit.11.cap.1. nomocanonis.

p.c.v.23.Illud quoque etc.) Huius constitutionis mentio fit 54.constit. sub hoc eo dem titulo, cuius initiũ est, Deo nobis.et Nou.22.Auth. de nuptijs.p.distrahuntur.

p.52.ver.7.Vxor tamen etc.) Refert Eustath.tit. 24.cap.9.de temporibus.

55.constit.) Ex eadem collectione, ex qua superiores, sumpta est.

p.52.v.22.constitutionis) Ea est Græca 45.const. sub hoc titulo.

lib.1.tit.4.const.14.) Ex dicta collectione eccle. siasticarum constitutionum sumpta est. Videatur 33. const. Græca sub hoc eodẽ titulo, et epitome constit.vlt.Græcæ de nuptijs,et 7. de spectaculis.

p.56.ver.1.siue thymelicus fuerit) Thymele orchestræ pars fuit suggesti instar, in qua citharœdi,tibicines,symphoniaci,alijue cantores, aut musici canebant, quos thymelicos appellabant. de his in Digestis cap.4.de ijs,qui notantur,et 10.de pollicita.et dicta constit.7.de spectac.et constit.34.sub hoc eodem titulo

p.56.ver.7.mimis, aut choris) Mimos appellat quoscumque histriones,siue fabulas agerent comœdiarũ,siue Atellanarum,siue mimorũ,

siue

siue etiã tragici forent. chori appellatione vti tur pro musicis quibus cumq. qui scenæ, aut theatro seruirent, quales thymelicos fuisse diximus. Vide cap. 14. de ædil. edicto, et c. 19. de legat. 3. incip. si chorus. A mimis pantomimi dicti sunt, qui omnia imitabãtur gestu potius, quam voce, de quibus Digestis aliquot locis.

17. constit.) Epitome sumpta est ex eadem collectione, de qua supra.

p. 56. v. 14. Sitonæ) Præfecti frumẽto emendo ita Græce appellantur, et munus id Sitonia. Vide titulum vt nemini liceat in emptione speciem rum se excusare, eo de munere Sitoniæ.

p. 56. v. 16. xxx. libris, L. libris alij habent.

18. constit.) Epitome ex dicta sæpius collectione sumpta est.

p. 56. v. 22. sederis, siue stationibus.) Viden. Theophilus in instit. de militari testam. p. 1. qui rectius vtitur eo verbo, quam Latini libri, in quibus est in suis ædibus pro in suis sedibus. sic constit. vlt. de restit. milit.

20. const.) Epitome hæc etiam sumpta est ex eadem collectione. Refert Nou. 109. Authen. de priuil. dotis hæret. mulier. in prin.

22. constit.) Ex eadem collectione sumpta est. simi lis fuit sub titulo de custodia reorum cõstitutio sexta Græca.

p. 58. v. 3. quarta puta, etc.) Refert Eustath. tit. 3. cap. 5. de temporibus.

p. 2. v.

p.e.v.11. nostra consti tutio) Hanc arbitror desiderari sub titulo de custodia reorum.

23.constit.) Hæc quoque constitutio ex eadem collectione sumpta est. Similis fuit constit. 2. de priuatis carceribus.

25.constit.) Sumpta est ex eadem collectione. Videnda const.1. Græca de aleæ lusu, quæ male ab alijs ult. de relig. osis conscripta est.

26.const. Ex eadem collectione sumpta est hæc etiam constitutio.

p.59.ver.23.singulis annis) Refert Eustath.tit. 24.cap.vlt.de temporibus.

p.60.v.11.calculū feret ψῆφον ποιήσεται signi ficare videtur redditis rationibus liberationē.

p.61.v.4.Si quis autem etc.) Similis fuit const.1. Græca publicæ lætitiæ, vel consulum nuntiatores etc. et vide const. Græcam 4. de decurionibus, quæ huic multis in rebus consentiens est.

p.e.v.26.Consulū processiones) Vide Nou.105. Authen.de Consulibus.

p.62.ver.19.produlia) sunt qui prudolia legant, eaque interpretentur bales statuarium, quæ ἐδέσματα dicuntur. alij ad seruitutē immissi idij, vel cloacæ pertinere existimant, alij proluuia scribunt, alij proludia. Nos idem vel bium reperimus dicta constit.4.de decurionibus.

p.63.ver.15.Si vero dubitauerint etc. Similis est constit.2.de sportulis Græca.

p.6 .v.3.nostra cōstitutione)eadē 2.de sportulis.

p.e.v.14. neue descriptio erat) Vide n. similis const. publicæ lætitiæ et eadē quā ante diximus.

p.64.v.20. de metatorum exactione) Vide titulū de metatis, et epidemeticis. Metatores olim hospitia militibus parabant, et castrorum metatores dicebātur. Eo prætextu nōnnūquam municipia vexabant, dictaque metata sunt ea onera præbendorum hospitiorum. constit. Ex eadē collect. hæc quoq. sumpta est.

p.65.v.19 non esse locum appellationi a majorib. nostris constitutū est) His constitutiones existimo nos non habere: easq. intelligere oportet salua sedis Apostolicæ Romanæ auctoritate, ad quā licet omnibus appellare, idq. Nicæno concilio statutum fuisse multi testātur: Iulius in epist. ad orientales cap.18. et 19. et 41. Zosimus in commonitorio relato in cōcilio Carthagin. Græco, et Carthag. 6 c.3. Latino, et in epistola eiusdem concilij ad Bonifaciū papam. Felix ij. epistola, Leo epist. Idem statutum est in concilio Sardicensi cap. 4. et 5. Græcis, et 6. et 7. Latinis. Vide libro 13. in concilio Later. cap. 5. quod est cap. 23. de priuileg. et Grat. 2. quæst. 6. et 3. q. 6. multis capitibus.

p.66.v.17. ex lege præstari) constit. 2. Græca de sportulis.

p.e.v.24. referatur appellatio) Si causa delegata est a Patriarcha Constantinopolitano, et commissa inferiori Metropolitano, aut etiam Primati, vel Patriarchæ; et prouocetur a sen-

tentia lata ab eodem inferiore: non dubiū est, quin idem delegans appellationis ordinarius iudex sit. At si appelletur a Patriarcha Alexandrino, vel Antiocheno: non Constantinopolitanus, sed Romanus iudex erit. Quod si Patriarcha inferior sit, quos rectius Primates appellant; ab eius sententia iure ad Patriarcham superiorem prouocatur. Is enim parum a Metropolitano ab est, vt hac eadē constitutione paulo post expressum est.

30. const.) Hæc etiam sumpta est ex eadem collectione Græca constitutionum ecclesiasticarū: eius mentio fit sub titulo de Atiliano tutore in Instit.

32. constit. Epitome sumpta est ex eadem collectione.

p. 69. v. 19. triennio post) Refert Eustath. tit. 25. cap. 13. et tit. 26. c. 3. de temporum intervallo.

33. constit.) Ex eadem collectione sumpta est.

p. 69. v. 24. Sacram constitutionem) vt de nuptijs Græcam. vide etiam 14. Græcam sub hoc eodem titulo, et 7. de spectaculis.

p. 70. v. 1. in scenam, aut in orchestram) in scena versabantur histriones; in orchestra musici canebant; hi etiam thymelici dicebantur, illi mimi. Vide, quæ diximus dicta 14. const.

p. ea. ver. 27. quinto libro constitutionum huius Codicis nostri nominis) Hæc constitutio data est Iustiniano quartum Consule, quo tempore

altera

altera editio Codicis facta est, et in ea editione per multæ constitutiones tam Græcæ, quam Latinæ adiectæ sunt, in quib. hæc non adiecta solum, sed etiam tum primũ conscripta fuit. Et ex hoc loco facile apparet has constitutiones in Codice desiderari; illamq. quinto libro positam fuisse, quam diximus fuisse postremã sub titulo de nuptijs.

34. constit.) Ex eadem collectione, ex qua superiores, hæc quoque sumpta est.

p. 71. v. 14. generali Patriarchæ) Vide, quæ const. 7. Græca de summa trinit. dicta sunt.

p. 72. v. 9. a nobis plerumq.) vide tit. de aleæ lusu, & sub eo duas Græcas constitutiones.

p. ea. ver. 21. qui cum bestijs in theatris pugnant) Malim in amphitheatris ex Cassiodoro lib. 5. epist. 42. variarum. Sed fortasse theatrum generis nomen est. Vtriusq. nominis mentio fit cap. 3. de operibus publicis in Digestis.

p. 73. v. 3. Sancimus itaque etc.) Refert Photius tit. 9. cap. 27. nomocanonis.

p. e. v. 6. creationibus) χειροτονίαις consecrationibus fuisset fortasse scribendum.

lib. 1. tit. 5. const. 6.) Hæc Græce, & Latine edita est. eam ex tertia synodo generali Ephesina descripsimus. Latinam inuenies lib. 16. tit. 5. Codicis Theodosiani const. vlt. eodem initio, quo in Codice Iustiniani (Dãnato) Quæ ante id verbũ hic sunt, desunt in vtroque Codice.

p.79.v.4. Propterea sancimus etc.) Hæc vsque ad verbum Quemadmodum desiderantur in vtroque etiam Codice, quamuis aliqua ex his postea dicantur.

p.e.ver.9. Ariani) In Codice Iustiniani mendose scriptum est (Arriani ab Arrio.) neque enim ea sententia est constitutionis; sed eos Porphyrianos esse vocãdos. A Græcis Arius, & Ariani a Marte dicũtur, non geminata canina littera.

Ibid. lege Diuæ memoriæ Constãtini. Hæc constitutio extat apud Socratem. lib.1. eccleſiast. histor. Viden. Photius tit.12.cap.3. nomocan.

p.e.v.11. Porphyrij nominantur) In codice Theodosiano additur, Sic vbiq. participes nefariæ sectæ Nestorij Simoniani vocentur etc. Id rectius est, quam quod in Iustiniani codice editum est, Sic vbiq. participes nefariæ sectæ Nestorij Nestoriani vocentur.

p.e.v.19. Hoc enim etc.) In vtroque codice deest hæc periodus.

p.e.v.24. aliter, quam Simonis nomine) In Codice Theodosiano aliquam supra dicto nomine. In Cod. Iustiniani aliquam supradicti nominis: vtrumq. mendosum est, quamquam hoc posterius retineri potest. Sed quæ edidimus, plerumq. sunt.

p.80.v.2. Sublimis etc.) Hæc in vtroq. Codice desunt.

p.e.v.7. DAT. III. NON. AVG.) In Codice Iustiniani est III. KAL. AVG. nos secuti

sumus Codicis Theodosiani scripturam: 7
p.e.v.9.et qui fuerit nūtiatus) adde Cos. in codice Iustiniani est, et Valentiniano. I V. A A. Cos. nos etiam Theodosiani codicis scripturam retinuimus. Sæpe autem fiebat, vt ignoraretur Constantinopoli, quis Consul Romæ esset. nam tunc alter Consul tantum Romæ, alter C. P. fiebant propter imperij consortiū. Quærendū vero est, cur Augusto mēse ignoraretur Consul, qui *Kal.* Ianuarijs inibat Consulatū.

9.const.) Hæc epitome sumpta est ex collectione Græca constitutionū ecclesiasticarum. Refert Theodorus Balsamon in scholijs ad Photium tit.12.cap.2.nomocanonis.

11.const.) Ex ead. collectione hæc quoq. epitome sumpta est. Refert idē Theodorus d.cap.2. et index Basilicorum ordine litterarū littera M.

12.constit.) Epitome sumpta est ex eadem collectione. Refert hanc constit. Nou.109.Auth. de priuileg.dotis hæret.mulier.et Theodorus Hermopolita lib.1.tit.1.cap.4.Basilicorum.

p.81.v.8. ex genere cohortalinorum) hoc est ex genere eorum, qui in cohorte Præsidis, vel alicuius magistratus vt apparitores militabant.

p.e.v.16. fœderati fiunt) Erat id genus militiæ, vt Nou.116.117.et.130.

p.e.v.17.Contendentibus parentib.etc) Refert Phot.tit.12.cap.13.nomocanonis. Hoc fortasse initium est epitomes 13.constit.

p.c.ver.23. Si parentes &c.) Præter Theodorum Hermopolitam d. cap. 4. refert Theodorus Balsamon in scholijs ad Photium tit.12.cap. 2.nomocan.

13.const.) Ex eadem collectione hæc quoque epitome sumpta est,ex qua superiores.

14. const.) Hæc etiam epitome ex eadē sumpta est.Refert Theod.Balsamon d.cap.2

p.82.v.19.parasynaxes) Vtitur hoc verbo const. 8. sub hoc titulo, quæ Latina est,cuius initiū est Quicumque. Significat autem malorum hominum cœtum, siue cōuentum sacrorum causa coactum. vide epit.const.20.Græcæ.

p.c.v.20.neque creationes) χειροτονίας intellige ordinationes, vel consecrationes presbyterorum,aut Episcoporum.

p.c.v.21.Exarchos) Vtitur hoc nomine const.41. Græca de Episc.& clericis.

15.const.) Ex sæpius dicta collectione prior epitome sumpta est,posterior ex collectione Basilicorum ordine litterarum.

16. const.) Ex eadem collectione const.ecclesiasticar.sumpta est hæc epitome.

p.83.ver.25.Qui libros etc.) Refert Photius tit. 12.cap.3.nomocan.

17.const.) Hæc etiam epitome sumpta est ex ead. collectione. Refertur Nou.129.& 144.

18.constit. Epitome sumpta est ex eodem libro.

p.85.v.8.Similiter cōiugum etc.) Refert Photius tit.12.

tit.12.cap.13.nomocan.

20.constit.) Ex eadem collectione hæc quoque epitome sumpta est.

pag.85.ver.24.synaxis) Vide adscripta epit.14. constit. Vtitur hoc verbo Dionysius Areopagita in ecclesiast. hierarchia pro sacra communione.

p.86.ver.1.ergasteria) officinas, vel tabernas intellige.

p.e.v.8.honoraria munera) Refert Theod. Hermopolita lib.1.tit.1.cap.5.Basilicor.

lib.1.tit.9.const.2.) Hæc epitome sumpta est ex iam dicta collectione constitutionum ecclesiasticar. Refert Eustath.tit.3.cap.6.de temporibus præter duo loca Digestorum, quæ retulimus.

tit.10.constit.2.) Prior epitome sumpta est ex eadem collectione. Refertur const.54. quæ incipit Deo nobis. de Episc. & cler. et a Mich. Ataliota tit. 35. prochiri, et a Iosepho Tenedio in prochiro ordine litterarum littera I, et X. Posterior epitome est collectionis Basilicorum ordine litterarũ. Deesse constitutionis sententiam titulus indicat.

tit.11.const.9.) Hæc epitome sumpta est ex collectione constit.ecclesiasticar.vt superiores.

p.87.v.23.principalium largitionum publicarũ largitionum habent quidam libri.

tit.12.const.3.) Epitome sumpta est ex dicta col-

lectione, eiusq. sententiam refert Photius tit. 5. cap. 2. nomocanonis, et Theod. Balsamon ibid. in scholijs, atque idem Photius tit. 9. cap. 27. Verba constitutionis inuenies in tertia synodo generali Ephesina, et lib. 9. tit. 45. Codicis Theodosiani, a quo sumpta est inscriptio. In eodē codice Græce, et Latine cōscripta est.

p. 91. ver. 25. Pareant. etc.) Hoc initium est huius cōstitutionis in Codice Theodosiano, et fuisse idem initium in Codice Iustiniani Græci interpretes auctores sunt. Multa tamen in Theodosiano detracta sunt, multa etiā aliter Latine, quam Græce dicuntur.

p. 92. ver. 10. vt quæ intra etc.) Refert Theodor. Hermapolita lib. 5. tit. 1. cap. 11. Basilicor.

p. c. v. 12. siue in domibus) in Cod. Theod. siue in cællulis, siue in domibus, Græca tamen const. ἢ ὀικίαις tantum habet. vide p. 93. v. 25.

p. c. ver. 13. siue in aulis, atrijsve) in eod. C. T H. aut eis Lat. Græce ἢ κώλαις: Ephes. synodus habet εἴτε ἐν αὐλαῖς.

p. c. ver. 17. quæ parum absunt etc.) Vide l. quæ religiosis. Dig. de rei vind.

p. c. v. 28. habitare, aut comedere, aut dormire) In Cod. Theod. non recte scriptum est, mane, vel vespere cubare: sed scribendum est, manere, vel vesci, vel cubare: cum Græce sit μενεῖν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν.

p.93.v.22.ærea arma, aut ex alia materia) Cod. Theod. in quouis telo, ferro, vel specie. Sed Græce ἐν σιδήρῳ ἢ ἐν ἑτέρῳ. in Ephes. additur εἴδει.

p.e.ver.25.cænaculis) Cod.Theod.cællulis, sed Græce διαιτῶν. in Ephes.syn. καὶ ἑλῶν.

p.e.ver.26.atrijs) C. TH. areis, & Græce αὐλῶν.

p.95.v.29.deo purgatione cōcessa) Cod. Theod. apud deum, et Episcopū causa purgata. Græce est καὶ τῶν ἐπισκόπων τῷ θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης quæ verba significant tam Imp. quam Episcopos excusationem apud deum habituros.

p.96.v.1.ab armatis etiam hominib. se euellēdos nouerint) Cod.Theod.armatis, si ita res exegerit, intromissis, trahēdos se, abstrahendosq. esse cognoscant, Græce paucioribus verbis hæc dicuntur, ἐν ὁπλῶν εἰσπεμφθέντων ἀποσπασθήσονται. in Ephes. synodo est καὶ παρ' ἐν ὁπλῶν εἰσχωρουμένων ἀποσπασθήσονται.

p.e.v.2.omnibusque pœnis subiciendos) C.TH. et omnibus casibus esse subdēdos. Græce pro casibus est συμφοραῖς, quod verbum calamitates significat, et damna, quæ casu etiam accidere possunt. Hic vero significat passuros illos eas pœnas, quibus ob crimina, propter quæ confugerunt, obnoxij fuerant.

p.e.v.12.aut etiam nostrorum iudicum) C.TH.

nec sine nostra, siue iudicum. Græce ἢ ἡμῶν, τῶν τε δικαστῶν Ephes. syn. ἢ καὶ ἡμῶν τῶν δικαστῶν.

p.97.ver.9. Proposita indict. etc.) Hoc sumpsimus ex Ephes. syn. deest in Cod. Theod. in quo est D A T. X. K A L. etc. et illud prius scribēdum erat, cum prius datæ fuerint litteræ, et postea propositæ, atque editę. Pharmut autem mensis ab Aegyptijs, Aprilis a Romanis, Xanticus a Macedonibus, Nisan a Iudæis dicitur Plutarcho in Romulo, et Iosepho lib.2.cap.13. antiquitat. restibus.

7.const.) Hæc epitome sumpta est ex collectione Græca ecclesiasticarum constitutionum.

8.constit.) Ex eadem collectione sumpta est hæc quoque epitome.

lib.1.tit.17.const.2.) Hæc constitutio Græca, et Latina lingua edita est, et vtraq. extat in Pandectis Florentinis, Græcæ mentio fit ab eodē Iustiniano in ea constitutione, quæ ante Digesta posita est, cuius initium est Omnem.

pag.98.ver.14. I E S V) In Florentino libro est I H E S V et hoc, et alijs locis; siue quia ea scriptura Græcæ scripturæ esset propior, quæ hęc est I H Ξ O Y, et eadem E litteram non tenuē esse significatur: siue quod aspirationis nota tollat vim priori vocali, ne cohæreat in eandem syllabam cum proxima, quod multi pecca-

peccatum admittunt non aliter proferentes, quam Iunonem, Iouem, maiestatem. Cum eadem nota scriptum est in eisdem Pandectis Iohannes, vt ab alijs scribitur incohare; quod ita fortasse vocales distinguerēt. Id nos nimis putidum esse putamus, et sequendum esse elegantiorum scriptorum vsum.

p.e.v.23. Parthica) Persarum mētio fit hoc loco, et in fine huius constitutionis in Græca. Sed Parthi Persarum imperium tunc obtinebant, et vtroque nomine idem significabatur.

p.99.v.10. mille & quingentos) Quid in Græca constitutione scriptū fuerit, ignoramus: quia prima pagina in Etruscis Pandectis propter vetustatem legi multis in locis non potest. At in Latina mendum hoc est (mille et quadringenquingentos.) Vnde alij quadringentos, vt Florentini ediderunt, alij quingentos descripserūt. Ab historicis accepimus Consulatum tertiū Iustiniani Imp. quo tempore hæc constitutio edita est, anno post vrbem Romam conditam fuisse 1285. Rectius igitur scriberetur, mille & trecentos. nam quod ad hunc numerum deest, in verbo pæne intelligitur.

p.e.v.26. cum alijs viris) Verbum viris superuacaneū est. Sequitur enim prudentissimis viris.

p.100.v.1. recte) Floren. ediderunt erecta. Græce vtrumque deest, et omnia illa verba, hoc numine etc. redigebat.

p.e.v.9.postea vero etc.)Hæc periodus,et multa ex sequēti desunt in Græca const. aut breuius dicuntur,vsque ad illa verba duo pæne milia.

p.ea.ver.14.suggestum est,duo)Flor.editum est, suggestum,et duo

p.e.v.16.trecentiens decem milia) tricies cētena milia quidam scripserunt multo elegantius. Tamen hic Græcismus ferendus est.

p.e.v.23.nullo seditioso) nullo otioso quidam. sed Græce est στασιαζομένου.

p.e.v.24.quia omnes)varia scriptura est in Flor. Pand.qui omnes,vel quia omnes.

p.e.ver.26.in sinus suos)in sinus Flor.ediderunt ex varia scriptura eiusdem libri.

p.101.v.9.eis)ei,ex varietate scripturę Pand.Flor.

p.e.v.11.quoddam inuenitur vmbilicum) magis placet, quod frequentius reperitur, quidam inuenitur vmbilicus, illud tamen est Florētiæ in archtypo.Refert Nonius Marcellus pleraque Latina nomina, quæ modo hoc, modo illo genere vsurpantur.Scriptorem opinor secutum fuisse Græcam linguam; dicitur enim ὄμφαλος καὶ ὀμφάλιον,sic vmbo,& vmbilicum dici posse credidit.

p.e.v.22.multum distantia)multo distantia,editum est Florentiæ.

p.e.v.25.post duos)post duo Flor.editum.quale illud est, Si duo præterea tales Idæ tulisset Terra viros.

p.102.

p.102.v.9.nobis) vobis,ex varietate Pand.Flor.

p.e.v.12, dictum est) dictum Florent.editum ex varietate eiusd.libri.

p.e.v.15.quam vt legatis quidem) recte notatum est in editione Flor. Pand. vt superuacaneum esse. In Græca constit.additur his verbis & fidei commissis,quod vix probo.

p.e.ver.23 superuacuas) superfluas,ex varietate Pand.Flor.

p.e.v.24.diuersitates) διαφορὰς τε καὶ κοινωνίας quæ diuersa,& cõmunia sunt in Græca const.

p.e.v.26. Sed et in his) Sed in his Flor.editum.

p.e.v.28.et tristibus) et tristis Pand.Flor.

p.e.v.29.nostris remaneat) nostris maneat Flor. editum est.

p.103.ver.3.periculis posuit) ex varietate Pand. Flor. victori periculis superposuit. quod ineptum est. Græca constitutio habet, cum his temporibus deus nobis pacem dederit, vt ageremus,tam intra,quam extra vrbem; et cũ bellum gerere opus est, facile ipso temporis momento hostibus imperamus.

Ibid. ne luctuosum etc.) Hæc desunt in Græca constit.

p.e.v.8.et adfinitatibus) deest etiam hoc in ead. constit.

p.e.v.13.multitudinem) confusionem, & ambiguitatem Græce.

p.e.v.17.eorum insidijs) hominum improbitate Græce.

p.e.v.

p.c.v.28. de bonorum detentionibus, et venditionibus) de bonorum separatione, et creditorum possessione, et venditione, et de rerum addictione, atq. curatione Græce. Hæc magis consentanea fuut titulis libri xlij. Digestorũ, modo pro verbo separatione scribatur cessione.

p.104.ver.4.item) iterum Pand. Flor.

Ibid. (sexta pars) cui præest titulus de bonorũ possessionibus. Græce additur.

p.c.v.20.vel conceduntur) hoc est remittuntur. nam Græce est ἢ συγχωρήσεως.

p.c.v.24. de municipalibus) ad municipales Flor. editum.

p.c.v.29. recepit quinquagẽsimus etc.) in Græca const. est. Hæc omnia extremus liber cõtinet, qui huius quidem partis, cuius initium est de stipulationibus, sextus est, si eius tãtum initij, et partis ratio habeatur: sed quinquagẽsimus etc.

p.105.ver.2. confecta sunt) recte, et ad nostram iussionem apte additur in ead. const. Græca.

Ibid. virum excelsum) glorioſissimum Græce.

p.c.v.9 virum Illustrem) magnificentiſſ. Græce. et v.13. et v.16. et v.22. et p.106.v.1.

p.c.v.18. Berutẽsium) Pand. Flor. Verutiensium. Græce Βηρυτίων. sic v.22. (Berutẽses) Pand. Flor. Verutienses. Græce παρὰ Βηρυτίοις.

Huius

Huius Berytensis coloniæ mentio fit cap.1. 7.et 8.de censibus.

p.e.ver.28 Præfectorium) Præfectorem Pand. Flor.Græce tamen ἀπὸ ὑπάρχων.

p.106.v.3.Antecessorem) In Græca const.legum interpretẽ, licet paulo ante ipso Antecessoris nomine vsa fuisset. Sic Iulianus Nouellarum interpres Iulianus Antecessor Constantinopolitanus in veteribus libris nuncupatur, quem non nemo Patricium vocat.

p.e.v.12.et cum omnes etc.)Hæc periodus deest in Græca constit.

p.107.v.23.viro excelso) glorioſissimo Græce.

p.e.v.25.viris Illustribus) magnificentiſſ.Græce.

p.108.v.10.Institutionũ) quæ Instituta appellari decreuimus,Græce.

Ibid.eandem emendationẽ)eadem emendatione Floren.editum est.

p.e.v.21.id est Institutionum etc.)Hæc nomina librorum non sunt in Græca constit.

p.e.v.24.sperari) separari Floren. editum ex varietate archetypi.

p.e.ver.27.pietati) deitati Florentini ediderunt propter eandem varietatem.

p.109.v.1.tam instanti,quam posteriori)tam anteriori,quam nostro,et futuro tẽpori Græce.

p.e.v.27.oportuerat) oporteat Flor.editum.

p.110.v.1. perfectissime visiones) perfectissimæ visiones Flor.editum. Diximus alio loco visiones

siones significare θεωρίας.

p.110.19. adprehendere) Hoc quidem Florent. Pand. habent, sed magis placet verbum reprehendere.

p.e.ver.21. dein) deinde, ex varia lectione eiusd. libri.

pag.ea.ver.25 prægrauari) prægrauare Florent. editum.

p.e.v.29. lites perferebant) causæ iudicabantur Græce.

p.111.v.2. inscientiam) inscitiam malim scribere. Græce pluribus verbis dicitur, partim quod plurimis laboribus inuenire non poterãt, quę vtilia forent.

Ibid. et voluntate etc.) Hæc desunt in Græca constit.

p.e.v.12. vir excellentiss.) glorioss. Græce.

p.e.ver.27. innodata) innouata. Flor. editum est.

p.112.v.5. legum, et Edicti perpetui suptilissimus conditor) Græce omnium præclarissimorum legislatorum sapientissimus.

pag.ea.ver.6. in suis libris) hæc desunt in Græca const.

p.e.v.7. inueniatur) inuenitur Flor. editum. ex varietate archetypi.

p.e.ver.9. sed et diuus Hadrianus etc.) In eadem Græca constit. ita scriptum est. Ad hæc piæ recordationis Hadrianus, cũ ea, quæ Prætores singulis annis statuebãt, in breuem quendam librum

librum coëgit, optimum virum Iulianũ huic operi præficiens, in ea oratione, quam in vrbe veteri Romana edidit, scripsit etc.

p.113.v.2.qui eis) qui eorum. varietas notata in Pand. Flor. editis. qui ei. varietas notata a me in archetypo.

p.e.v.3. accommodabit) accommodauit, vel patiatur. varietas Pand. Flor.

p.e.ver.7. inscribi) in Græca constit. est. quæ post hãc sacram constitutionẽ nostram conscribi iussimus; vt omnes cognoscere possint, quæ fuerit veterum prius incertitudo, et confusio; et quid a nobis inuentum sit.

p.e.v.11. opere erant) opere fuerant ex varietate Pand. Flor.

p.e.v.14. cuidam) et si hoc Florẽtiæ in Pandectis illis sit, malo quoquã, ut in Codice Iustiniani est.

p.e.ver.23. neque postea) neque qui postea Flor. editum. Sed verbum qui nõ est in archetypo, vt illic notatur. Non male alij scribũt nec qui postea.

p.e.v.24. fuerint) fierent in Pand. Flor.

p.e.v.27. voces) voce Florent. editum.

p.e.ver.28. et si quid) et si qui ex varietate Pand. Floren.

p.114.v.8. producentes) post hoc verbum est in Pand. Flor. contrahentes, idque deletum. in Græca constitut. id non est.

ibid

ibid. detraxerunt) malim traxerunt. nam Græcè est ἐκτραξῆναι. Sunt, qui scribant distraxerũt, quod non displicet.

p.c.v.18. condere) et condere Flor. editum.

p.c.v.20. siglorũ) τίγγλας. Græca const. Veteres notas appellabant, vnde notarij dicti, qui eis vterentur. Hæ litteræ non erant, sed litterarũ vicem obtinebant. Erat etiam aliud scribendi genus; cum singulæ litteræ verba quædam significabant, vt cum S.C. Senatus consultum, R.P. rempublicam, P.R. populum Romanũ scribebant: huic non inepte singularũ nomen cõueniret; vnde detracta littera singlę fortasse dictæ sunt, et postea sigla maiore mutatione facta. Vtrumque genus scribendi arbitror his verbis improbari.

p.c.v.29. sua parte) sui parte magis placet.

p.115.v.7. et in Latina constitutione, et in Græca) Hæc verba deleta sunt in Pand. Flor. solo excepto verbo constitutione. In Græca tamen constit. hæc sunt. Alijs constitutianibus, quæ de his rebus positæ sunt, conscripsimus, tum ijs, quæ Latina, tum ea quæ Græca lingua præcesserunt. Hanc Græcam constitutionẽ hodie non habemus.

p.c.v.9. nostras, quas) nostras, quæ in Pand. Flor. non sine mendo.

ibid. Institutionum seu Elementorum) Græce Insti-

Institutor, quod Institutorum significat, qui titulus a Græcis vsurpatur, a quibus hac in re libenter dissentio.

p.e.v.17. siue in) siue quæ in Flor. editum.

p.e.v.21. voluimus) volumus Florentini ediderũt.

p.e.ver.25. bella Parthica abolita sunt) Pax cum Persis confirmata est, Græce.

p.116.v.3. suscipiant) suspiciant ex varietate Florentinæ editionis. Græce est suscipientes.

p.e.v.5. vir excelsus) glorioſiſſ. Græce.

p.e.v.6. tribus excelsis) tam excellentissimo, & præclarissimo nostro Magistro, quam glorioſiſſimis, & laudatissimis.

p.e.v.7. Illyricis, nec non Libycis) In Pand. Flor. est Illuricis, necnon Libucis.

p.e. v.9. manifestare) Additur in Græca constit. vt ad omnium subditorum nostrorum indubitatam perueniant notitiam.

p.e.v.12. Ter Consule) Tertium consule scribendum est ex errore interpretationis notarum. In Græca est III. Consule. Quæ sit harum scripturarum differentia notat Gellius. Aliud autem est dicere Agrippam ter Consulẽ fuisse; aliud in tertio Consulatu templum condidisse, aut litteras scripsisse; quod posterius explicatur his verbis, Tertium Consul hoc, aut illud fecit, aut Tertiũ Consule hoc, aut illud factum est.

lib.1.tit.14.constit.2.p.117.ver 16.Nou.XVII.) Authen. de mandatis principum.

p.e.v.18.) in Digestis) l. solent in fine.de offic Procons.l.eos.de ritu nupt.

tit.39.const.13.) Vide const.vlt.de crimine sacril.

tit.51.constit.13.p.118.v.13.Nou.60.) Authen. vt defuncti,seu funera.p.illud etiã.vide Nou. 82.cap.1.Auth. de iudicibus in prin.& const. vlt.de pedan.iudic.et titulũ qui pro sua iurisd.

lib.2.tit.12 constit.27.)Eustath.tit.10.cap.5.de temporibus.

lib.3.tit.2.constit.2.p.120.v.5.Institutionum)p. tripli.& p.sed hæc quidem.de action.

p.~.v.25.scriptum est)p.quadrupli.eod.tit.

Ibid.Græcis paratitlis)in collectione Græca constitutionum ecclesiasticar.lib.1.tit.4.Codicis.

p.121.v.7. Nouella VIII.XVII.&c.) Authen. de mãdatis princ.p.tertio.& de iudicib.p.nullo.

tit.3.const.6.p.121.v.12.Nouella LXXXII.)Auth. de iudicibus in prin.

tit.10.cõst.I.p.122.v.3.Institutionum.) p.hodie. de except.

p.e.v.15.alio loco) p.sed hæc quidem. de action.

p.e.v.18.postea.) p.si minus.eod tit.

p.123.v.1.Prochiri.) Viden.Ioseph.Tenedius in prochiro ordine litterarum littera π.

tit.12.const.9.) Hanc epitomen censeo non esse huius Græcæ const.sed potius epitomẽ const. 3.Latinæ de Episc.audien. quam etiam refert Phot.tit.7.cap.1.nomocanonis.

tit.43.const.1 & 2.) Epitome harum constitutionum extat lib.60.tit.8.cap.5.& 6.Basilicorũ.

& apud Photiũ tit.13.cap.29.nomocanonis.

p.123.v.23.luſus) vſus alij.

p.c.v.24.pugnantibus) pugnatoribus alij.

p.124.v.1.milia)multa milia alij.

p.c.v.2.nominationum) nationum alij.

Ibid.nec ludentes) ludentes alij.

p.c.v.3. nec ſcientes ludum) nec ludum ſcientes, alij elegantius.

Ibid.nominationũ tantũ ſed numerationetantũ alij rectius.forte,ſed numerationem tantũ.

p.c.v.5.lapidum) lapidibus alij.

p.c.v.8. prouidere cupientes) proſpicientes alij.

p.c.ver.10.ſeu priuatis)vel priuatis domibus,vel locis alij plenius.

Ibid.neq.ĩ genere,neq.ĩ ſpecie)neq.ĩſpicere alij.

p.c.v.15.a Patribus) ab eorum procuratoribus, vel patribus alij.

Ibid.eis non) repetit fiſcus non alij.

p.c.v.16. demum aliquatemporum,niſi) niſi alij

Ibid.quinquaginta annnorũ) Refert Euſtath. rit.44.cap.1.de temporibus.

p.c.v.18.inquirentibus)prouidentibus alij.

p.c.v.19.tomonobolon etc.)Reiecimus barbara nomina,quæ in alijs libris legũtur,comonobolon,comodaulõ,regindalia,Kempon,et reipuſara. quorũ interpretationem facere multi agreſſi ſunt,potuit nemo.Nos ex Photio ſumpſimus nomina,ex Theodoro Balſamone interpretationem.

p.c.v.21.Sed nemini) Sed nec alij

p.v.22.etiam his)etiam in his alij.
p.e.v.24.ſolum bella) bella ſoluimmodo alij.
p.e.v.25.ordinauimus)ordinamus alij.
ibid.& res ſacras)ſed & res ludicras alij.
Ibid.ſed iſta) iſtam alij.
p.e.v.28.ſanandi)ſedandi alij.
conſt.2.pag.125.ver.3.Sed ſi qui)Sed ſi quid.alij & ſi quis.
Ibid.vicerunt)vincatur alij.
p.e.v.4. ipſum recuperetur) ipſe recuperet alij.
p.e.v.6.dederit) dedit alij.
p.e.v.9.puniri) comprimi alij.
p.e.v.11. in Paratitlis) Hæc ſunt lib.1.tit.4.Codicis in collectione Græca conſtitutionum eccleſiaſticarum. Videndæ conſtit.25.& 34. Græcæ de Epiſc.audien.
p.126.v.24.Horũ ludorum &c.) Viden.cap.2. de aleatorib. in Digeſtis. Si quis certet haſta, vel pilo iaciendo, vel currendo, ſaliendo, luctando,pugnando &c.
lib.4.tit.20.conſt.15.) Refert Ioſeph.Tenedius in prochiro ordine litterarum littera A.
tit.21.conſt.11.) In lib.11.tit.39.conſt.5.Codicis Theodoſiani ita ſcriptum eſt. Pars actorum habitorũ apud Imp. Iulianum Aug. Mamertino,& Neuitta Cos.x.Kal.April.C P.in conſiſtorio,adſtante Iouio viro clariſſ.Quæſtore, Anatolio Magiſtro officiorũ ,Felice Comite ſacrar. largitionum &c. Imp. Iulianus Aug. dixit.

22.const.) Refert Ioseph.Tenedius in prochiro littera A.

p.131.v,8.Quod si is &c.) Viden.constit.21.sub hoc titulo,cuius initium Cum quis.

lib.5.tit.1.const.6.) De proxeneticis vide lib.50. tit.14.Digest.Refert sententiam huius const. Prochiron trium Imperator. tit.3. cap. 4. & Ioseph.Tenedius littera r.

tit.4.constit.29.) Ex paratitlis lib.1.tit.3. & 4. Codicis in collectione constitutionum ecclesiasticarum.

tit.9. constit,11.) Refertur, vt opinor, Nou.2. Auth.de non eligendo secundo nub.coll.1.

tit.17.const,12.)Ex lib.28.tit.7.cap.14.Basilicor. Refert.Nou.22.cap.8.vide Prochiron trium Imperat. tit.4.cap.20. & Harmenop. lib.4. tit.4.prochiri.

lib.6.tit.4.constit.4,p.134,v.15.Institutionum) p.sed nostra.de succes.libertor.

p.136.v.9. alio loco) de bonor.poss.p.cumque antea.

p.e.v.24. codē libro) p.placebat,de legit,adgn, succes.

p.137.v.6. Et postea) de seruili cognat,in princ.

P.138.ver.1.In paratitlis) Refert Photius tit.13. cap.5.nomocanonis.

tit.23.p.138.v.28.Institutionum)p.ante heredis. de legat.vide const.24.Latinā sub hoc titulo.

p.139.v.9.alio loco)de testam p.legatarijs.

p.c.v.29.Institutionum) p.legari.& sequentib. delegatis.

p.140.v.3.olim relinqui cõcessum erat)relinqui possunt Theophilus, qui alia quoque verba in præsens tempus ex præterito mutat.

p.c.ver.23.antea legabatur) legamus Theophil.

p.c.v.25.inter suos)suus,idem Theoph.tam hoc loco,quam in tit.de honor.possess.in prin.

p.c.v.27.Sed nec huiusmodi etc.)Sed hæc quidẽ omnia olim. Sed extat constitutio nostri Imperatoris in ipso Codice posita, quæ hæc omnia incertarum personarum capita mire corrigit Theophil.

p.141.ver.10.possessionibus) adde in princ.vbi Theophilus addit quis sit alienus postumus. hoc est is, qui si nascatur, suus heres futurus non est illi, cui alienum esse dicimus.

p.ea.ver.19.a Græcis) Hoc inuenies in paratitlis lib.1.tit.3.Codicis in collectione constitutionum ecclesiasticar.

p.c.v.22.Et alio loco) Phot.tit.2.c.1.nomocan.

p.142.ver.6.In calce &c.)Ex Photio d.cap.1.

tit.49.p.142.ver.16.Institutionum)p.sed quia. de fideicom.hered.

p.c.v.18.retulimus) p.quintus.

Ibid.N.1.) Authen.de hered.et Falc.p.etenim.

p.c.ver.26.in Institutionibus)Tit.quib.ex caus. man. non licet,in fine.

lib.8.tit.10.const.12.) Hanc Græcam reperimus in bi-

in bibliotheca Bessarionis Cardinalis Venetijs in libro Nouellarū Iustiniani, alterū exēplū habuimus ex Laurētiana bibliotheca Florētiæ. Refert Iustinian' cōstitutioneproxima, & Nouella 43. & 163. Authen. deoperis nouinunt.

p. 144. v. 2. constitutionem) Hāc const. Leonis desideramus.

p.e.v.7. Nos vero iubemus &c.) Refertur hæc sententia a tribus Imperatoribus tit. 26. cap. 4. & alijs prochiri, & a Constan. Harmenop lib. 2. tit. 4. & a Michaële Ataliota tit. 34. prochiri, & a Iosepho Tenedio littera K.

p.e.v.24. Iubemus etc) Refertur hæc sententia a collectore iudicis Basilicorum ordine literarum littera K. & a trib. Imperat. d. tit. 26. c. 5. & ab Harmenop. d. tit. 4. prochiri.

p.145.v.10. Hortorū &c.) Harmenop. d. tit. 4. refert Papinianum lib. i. j. quæstionum vltima quæstione respondisse montium prospectum neminem impedire posse.

p.e.v.13. Nemini &c.) Referunt tres Imperat. d. tit. 26. cap. 9.

p.e.v.23. si vero vetus &c.) Referunt ijdem Imperat. cap. 10. eiusd. libri, & Ataliota. d. tit. 34.

p.147.v.19. solaria siue mæniana) σωλάρια ἤτοι ἐξώστας ex hoc loco constitutio vndecima huius tituli emendanda est.

p.146.v.27. Βασιέρνια) Basternas Sarmatiæ gentem fuisse ex Strabone, & Liuio lib. xl. didici.

eodem nomine vehiculi genus dicitur Palladio,& Seruio. Hic ædificij forma est ex vsu illius gentis sumpta.

p.148.v.11.a miliario ad capitoliũ) De miliario vide l.mille passus.Dig.de verb. sign. vt Romæ, ita Constantinopoli, quæ noua Roma dicta est,& miliarium,& capitolium fuit. Videndus incertus scriptor de regionibus vrbis CP.

p.149.ver.25.consultatio)de hac lib.7.Codicis titulo de appellationibus & consultationib. videndus Iulianus Nou.23 cap.2.& Nou.62. cap 1.

p.151.v.8.xiiii. DE OPERIS) Titulus de operis noui nuntiatione neque in veteribus Latinis libris extat,neque in Græcis;ideo hęc constitutio collocanda est sub titulo de ædificijs priuatis.

tit.47.constit.12.)Refert præter indicem Basilicorum ordine litterarum, Ioseph. Tenedius in prochiro littera A. viden. Harmenop. lib. 4.tit.6.prochiri.

p.151.v.19.a peregrinis) παρὰ ξένοις,quod verbum hospites,& aduenas significat; non male etiam prouinciales hoc loco intelligi possent.

lib.9.tit.4.const.6.) Prior epitome sumpta est ex paratitlis lib.1.tit.3.& 4. Codicis, quæ sunt in collectione constitutionum ecclesiasticarum.

p.153.

p.153.v.2.Episcopus vero &c.) Refert Eustath. tit.3.cap.5.& tit.10.cap.1.de temporibus.

p.e.v.10.non capitali,nec cædis) nō cædis Græce,sed illud magis placet.

p.e.v.11.Si capitale &c.) Refert Eustath.tit.11.c.5.

p.e.ver.15.Si vero de cæde &c.) Refert idem tit. 19.cap.13.& 17.cuius verba apertius declarāt hoc caput; quamobrem ea postea retulimus.

p.e.v.19.ab alijs accusatus reus scriptus sit) ἐγγραφάμενος, hoc est,sub inscriptione a priuatis accusatus ex Eustathio.

p.e.v.25. Additur in Basilicis) Sumpsimus hæc ex interpretatione Iacobi Cuiacij lib.60.tit. 35.cap.22.qui Græca verba non edidit.

p.154.v.4.Ex Eustathio)dicto titulo 11.& 19.

tit.5.const.2.) Prior epitome sumpta est ex paratitlis lib.1.tit.3.& 4.Codicis, quorum antea mentionem fecimus.

p.155.v.1. Ex Theodoro Hermopolita) lib.3.tit. 1.cap.4.Basilicorum.Eandem sententiam reperies lib.60.tit.55.c.2.Basilicor.& in indice ordine litterarū littera φ.& apud Harmenop. lib.6.tit.14.prochiri, & Mich.Ataliotam tit. 35.prochiri,& Ioseph.Tenedium littera φ.

tit.11.const.2.)Referūt tres Imperat.tit.27.c.43. prochiri,a quo sumpsit Harmen.lib.6.tit.2.

tit.16.constit.4.) Hanc existimo esse epitomen const.1.Latinæ sub titulo quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare, & in confe-

ctione Basilicorum insertam fuisse hoc loco.
p.157.v.9.Præstat enim &c.)Cicero pro Milone.
Silent enim leges inter arma; nec se spectari
iubent,cum ei, qui spectare velit, ante iniusta
pœna fuenda sit,quam iusta repetenda.
tit.18.constit.9.)Refert Ioseph. Tenedius in pro-
chiro littera M.
tit.19.constit.2.) Referunt tres Imperatores tit.
27.cap.7.prochiri. Huius nulla mentio fit in
paratitlis lib.1.tit.12.Codicis in collectione
ecclesiasticarum constit. Vereor. ne non hæc
addicta sint in confectione Basilicorum, aut
mutata pœna const.6.d.tit.12. cuius initium
præsentis quod in alijs animaduerti.
tit.36.const.1.)Refert Theodorus Balsamon in
scholio ad Photium tit.9.cap.36.nomocan.
viden.Ioseph.Tenedius littera X.
tit.37.constit.2.) Est lib.60.tit.25.cap.4. & in
prochiro trium Imperat.tit.27.cap.52. vnde
sumpsit Harmenop.lib.6.tit.5.in fine, Mich.
Ataliota tit.55.prochiri, Iosephus Tenedius
littera A. Mihi tamen videtur in his pœnas
fuisse in editione Basilicorum immutatas.
tit.47.constit.26.) Prior epitome sumpta est ex
paratitlis lib.1.tit.3.Codicis,quæ sunt in col-
lectione Græca constit.ecclesiasticarum.
p.179.ver.15.in propugnaculum Gypsi, vel alia
præsidia) Huius loci mentio fit.N.22.& 142.
Authen.de nuptijs.p.quod autem.& videtur
insulam

insulã significare, in qua gypsum effoderetur. Nam cum de ijs, qui in metallum damnantur, verba faceret Iustinianus d. Nou. 22. addidit, quale hodie est in Præconeso, siue Proconeso (vtrumque enim legi in veteribus libris) & in ea, quæ vocatur Gypsus. quæ etiam verba reperies lib. 28. tit. 4. cap. 46. Basilicorũ. Apud Stephanum insula in Aethiopia est Gypseis, quæ iuxta Aethiopiam, quæ sub Aegypto est, & in Arabico sinu constituitur Ptolemæo, dicta ab eo Gypsitis, vel vt in Græcis libris est mendose, ni fallor, Gythites. Est & Gypsara, vel Gypsaria portus in Mauritania Cæsariẽsi, & in Arabia Petræa vrbs Gypsaria eidem Ptolemæo; atque Proeconnesus insula in Propontide, quam Stephanus Proconesum appellat. Plinius ad extremum libri quinti ait insulam esse in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesum, vnde Cyzicenum marmor, eandem Neurin, & Procõnesum dictam. Ex hoc loco Plinij apparet marmor effodi, aut cædi, Procõnensi, vt in latomijs Syracusis, & alijs locis. p. 160. v. 4. in superiori titulo de custodijs) Hæc verba non ad proximum titulũ referuntur; est enim quartus huius libri titulus de custodia reorũ in Cod. Iustiniani, & in Basilicis 35. lib. 60. sed intellige superiorẽ longo interuallo. p. e. v. 12. & in Oasin mittere) Græcus interpres Basilicorum Oasin locum esse ait in Aegypto

Nilo circundatum culicibus,& muscis infestum relegatis; in eumq. Magnũ Athanasium relegatũ fuisse ab Imp. Constantio. Vlpian. cap. 7 de interdictis, & relegatis. Est quoddam genus quasi in insulam relegationis in prouincia Aegypto in Oasin relegare. Quod verbum v una littera addita mẽdosum est in Pand. Floren. est enim in Ouasin. Vnde Oasenam deportationem appellant Honorius, & Theodosius constit. singulari de Nili aggerib. lib. 9. tit. 32. Codicis Theodosiani, quod verbum dedita opera, an casu omissum est sub eod. titulo lib. 9. Codicis Iustidiani. Oasam mendose scriptum bis reperio apud Hieronymum in vita Hilarionis in editione Romana cereroquin elegantissima. Mendose idem nomen scriptum est in fine voluminis Chalcedonensis concilij, dum Petrum quendam Antiochenum pseudo Episcopũ a Leone Imp. fuisse Oosam, siue Oasam deportatũ refertur. At Liberatus Carthaginensis diaconus in breuiario de Nestorianis cap. 6. in fine, quod secundo volumine cõciliorum extat, refert Socratem affirmare Nestorium Oasim missum in exilium. Longum esset referre, quę singuli historici de eodem oppido scripserint, Theodoritus, Socrates, Sozomenus, Euagrius, Zonaras, Nicephorus, Anastasius, in ecclesiastica historia, & Procopius lib. 1. belli Persici. Apud hos Oasis parui oppidi nomen, & deserti cuiusdam in Aegypto est. Ptolemæus lib. 4. cap. 5. de Marmarica,

& Ae-

& Aegypto differens, in Oasitis Oasin parua, & Oasin magnam statuit. In quibusdam tamen libris Oasi scriptum est.

p.e.v.25. constitutioni subiectas) Quænam hæ fuerint, incertum est.

tit.49.const.11.) Prior epitome sumpta est ex Eustathio de temporibus, altera ex indice Basilicorum ordine litterarum.

p.161.v.2. affectatæ tyrannidis) perduellionis potius, quam maiestatis, si veterum Romanorū memoriam repetamus. In declamationibus ex Græcorum more affectatæ tyrannidis.

p.e.ver.7. Si quis &c.) Est lib 60.tit.52.cap.vlt. Basilicor. & refert Mich. Ataliota tit.35. prochiri, & Ioseph. Tenedius litteris Δ, & Τ.

lib.10.tit.1.const.11. Horum trium postremor. librorum Græcas constitutiones sumpsimus ex libris Iac. Cuiacij, paucis exceptis, quarum mentionem faciemus.

tit.2.p.162.ver.3. Refertur a Græcis) Id reperies in paratitlis lib.1.tit.3. Codicis in collectione const.ecclesiasticar.

tit.11.p.163.ver.3. Neque Comes &c.) Ex Theodoro Hermapolita li.6.tit.1.c.104. Basilicor. & ex indice eorundem littera *K*.

const.8.p.e.v.20. Seruus autem &c.) Refertur ab eodem indice Basilicorum dicta littera *K*.

p.164.v.21. intra triginta dies) Refert Eustathius tit.3.cap.13. de temporibus.

p.165.v.23.octauam partem) Refert index Basilicorum ordine litterar, & Ioseph. Tenedius littera M.

tit.19.constit.9.) Hæc appellatur a quibusdam const. 18. & initium eius fuisse dicitur Sancimus. Viden Iulianus Nou.128.cap.6.

p.170.v.14.vnius mensis) Refert Eustath.tit.11. cap.17.de temporibus.

38.const.) Ex paratitlis lib.1.tit.12.Codicis, quæ sunt in collectione ecclesiast.constitutionũ.

tit.27.const.2 p.175.v.11.Sitona &c.) Ex paratitlis lib.1.tit.3.Codicis in eadem collectione conscriptis.

4.constit.) Ex eisdem paratitlis eiusdem tituli.

tit.30.constit.4. p.177. ver.15. lucra dicta &c.) Græca verba tortalle portoria significant, & transmissionis vectigalia. vide Nou.128.

p.e.v.23. Si tamen &c.) Refertur in indice Basilicor.ordine litterarum littera A.

p.178.v.26.προσβύλεια) viden.const.26.Græca de Episc. aud. quæ huic multis in locis similis est,& quæ illic de hoc verbo scripsimus.

lib.11.tit.1.constit.1.p.182.ver.8.aut lumina) τὰ φῶτα suspicor hoc verbum referri posse ad baptismi sacri celebritatem,aut ad locũ,quod baptisteriũ vocant.Nam φώτισμὸς καὶ φωτίζειν a Dionysio,& Clemente, & alijs ad baptismum refertur,

tit.17.

tit.17.const.3.) Præter indicem Basilicorum ordine litterarum refert Iosephus Tenedius in prochiro littera O.

tit.41.const.7.) Ex lib.60.tit.38.cap.2.Basilicor. Videatur constit.14.Græca de Episcop. audientia,& illic addita.

tit.48.const.18.) Refertur constit.23. & ab Eustathio tit.41.cap.9.de temporibus.

tit.54.const.2.p.185.ver.2.reddentur) Post hoc verbum additur a quibusdam: castigati, si liberi,xx.libris mulrentur.

lib.12.tit.33.const.8.p.185.primam constitutionem huius tituli)videndum est,an hæc verba referantur ad collectionem Basilicorú, vel an scribendum sit pro primam quintam.

tit.37.const.19.p.189.v.9.In paratitlis)Sunt hęc in libro constit.eccleſiast. lib.1.tit.3.Codicis.

tit.47.constit.3.p.c.v.19.Biarchus) Hieronym. in Epist.61.ad Pammachium. Finge aliquem Tribunicię potestatis suo vitio regradatū per singula militiæ equestris officia ad tironis vocabulum deuolutū:numquid ex Tribuno statim fit tiro?non.Sed ante Primicerius,dein de Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, eques,dein tiro.

tit.63.const.2.)Viden.const.26.Græca de Episc. audien.

p.192.v.24.ex Paratitlis)Ea sunt lib.1.tit.3.& 4. Codicis in dicta collectione const. eccleſiast.

Men-

pag. 2. vers. 2. συμφωνούσας
2.17. λέγειν
3.1. πλεονακτήσασθαι
3.10. οἰωδήποτε
5.7. αὐτοῦ
5.23. διδάγμασι
5.24. ἔχωμεν
6.25. οὔτε
7.1. τριάς, τούτων
7.2. τοίνυν οὕτως
7.3. αἵρεσιν
8.6. ἀξιωθῶσι
8.15. πάντων
9.2. διδαχθῆναι
9.19. βασιλείας
10.12. αὐτοῦ
10.22. τοῦ
10.24. τριὰς
11.3. πάντας ἢ
11.4. κυρίου
12.6. ἡμῖν
14.16. νοεῖν ἢ
15.9. ἡμῖν τὸν
15.24. ἐκκλησίας. πάντων γὰρ οἱ ἱερεῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, καὶ
18.4. πιστοῖς τῆς
18.13. ἐπιχείρησιν
21.20 διηγητικοὶ οἶκον
23.13. ὑποκειμένου
23.24. ὑπομνήμασι
26.14. ὑφεξαιρεῖ
28.8. δίδωσι
28.15. ἐρημώσεις
29.15. φανῇ
29.16. αὐτεπιτήδειος
29.21. εἰς τὸ ἐνοίκιον
29.22. καλοποδίου
30.10. ὑφ' ἑαυτὸν
31.25. ἀποτροφὴν
31.26. αὐτὰ προχωρεῖν. εἰ δὲ
33.1. κακεῖσε
33.15. LAMP.
36.20. ἐπισκοπὴν
37.9. θεόφιλε
38.24. κέρδος

39.19. καταλελειμμένων
42.26. et 43.1. κατὰ τόπον
45.5. εὐμενείας
46.19. αὐτῇ
46.22. ὑπ' αὐτῇ
46.23. τούτων
47.23. πειραθήσεται
48.15. μεμαθήκασιν
49.2. διαιτᾶσθαι
49.22. γὴν ᾧ
55.21. LAMP. ETORE. VV. CC.
60.13. αὐαζητεῖν
61.1. πειραθείη
62.15. ἠθροισμένων
62.25. φυλαχθήσεται
63.4. καταλελειμμένων
63.15. τοιούτοις
66.11. ἐκ τοῦ
68.13. SEP. CP.
72.22. οἰανοῦν
72.23. ἢ τὸν
75.12. οἰκεῖα
76.11. μείνειε
76.12. εἴτινες
76.21. πληγὴν
83.5. περιβλέπτων
84.20. τῆς
85.6. X. ΚΑΙ.
86.18. ἡμεῖς
88.1. δεσπότην
88.2. θεῖος
93.9. μητάτων
94.1. πρῶτον
94.3. ὑπόπτων
94.4. παρ' οἷς
100.4. ἐμφυτευτὴς
100.12. γὴν δημοῦντος
100.24. τοῖς
107.17. ἠθισκόποις. & 111.20.
110.15. ἠθιμελὲς
115.4. προσαγορεύονται
115.21. οἰκίαν
122.17. οἵτινες
123.17. κόμης
130.8. ἱκέτας
131.1. προστάττομεν
131.2. προειρημένῳ

132.

132.16.μᾶλλον
132.19.φθάσειεν
137.4.ἄξια
137.14.ὑμῶν
137.15.πόλιν
138.4.πεποιημένων
139.14.βασιλείαν
140.9.καὶ τὴν τῆς
141.6.τοῦ τὰς τῶν
141.8.ταῦτα εἰς
141.13.ἀριθμῶν
141.20.τέταρτον
141.22.ἡ ὑποθηκαρεία
ὀυ πόῤῥω που
143.14.γάμων
144.14.ὑποθήκαμεν
145.22.ἐν γεγονότας
146.7.Tertulliani
146.8.Orfitianin
147.3.καὶ τῆς τῶν
147.23.ἐγγύης
149.5.εἰς ὑπὲρ
150.11.ἀοίδιμον
150.22.ἀντικάνσορα
151.1.κόμητος
152.4.μετατεθείκαμεν
152.10.ἄτε
152.18.ἐνδοξοτάτῳ
153.5.συνθεῖναι
153.6.στοιχεῖα
153.15.ἰσχὺν.et 160.9.
154.13.προκειμένοις γε
155.15.παρεχόμενον
157.20.ἤδη
158.3.συνῆγε
159.3.μόνων
162.18.ἐνστιτούτων
162.25.συμπολιτ.
163.23.ἐνδοξότατος
163.25.ἐνδοξοτάτοις
164.15.δυστυχίου
166.9.περὶ
Ibid.πρόσωπον
169.22.βήματι
170.12.διὰ τῶν ὁπῶν
173.21.παρεχέτω
175.9.καθ᾽ ὧν
175.24.βασιλεῖ δὲ
179.13.μέρος τῆς ἀπο-
τομῆς τῆς
180.5.

180.5.ἀδιαθέτου
183.3.εἰ σύμφωνον
184.9.τὸ γὰρ τῶν κάπαν
184.10.τῶν διγνώδων
185.3.δώδεκα
186.5.μετὰ ταῦτα
187.2.βλάπτοιεν
187.13.ἀντικρὺ ὄντων
188.1.ςενωτέρου γίνεσθαι
Ibid. τὸν ςενωπὸν
188.17.καταθήσει
188.20.ἐξελαθήσεται
189.14.σὰ φρονήσει
192.23.ὁ τοῦτο
193.22.τοῖς ἔξω
193.23.διὰ θέσεως
195.6.τὸν τόπον
195.14.κρίνειν αὐτοὺς
195.18.φόνου
196.13.ἐπισταθέου. et 200.1.
202.15.τούτοις
203.9.κώμης.et 205.20
204.1.κατέχειν
205.20.ὑπομνησθεὶς
207.1.ἀληθὲς
208.1.ἐν τῇ
212.7.αὐθεντίαν
212.15.παραφυλάξει
219.25.ὑποκειμένου
220.21.πιπράσκειν
221.21.μέλλων
222.1.ἐκ τοῦ αὐτοῦ νζ. βιβλίου
227.16.βοήθειαν *
227.22.τοιοῦτο
230.18.εἴτε τὸ
237.10.ὅρκον παρεχομένον
245.11.αὐτῆς
246.7.ἰδίᾳ χρώμενος
247.15.ἀφανισμῷ
253.15.ἐπηρεάζ(ειν) ἐπηρεάσθαι
254.13.καταθέμενος
257.10.μηδαμοῖς
262.10.in quo
264.4.142.25.
264.18 litteris
275.1.dele totum versi

Pag.16. LIB.I. TIT.II.
16.23.Byzantij
17.2.peribus ; cum de
18. 28. Constantinopolitana
20.24.Antiochi
25.15.Epitome
29.21. sed etiam
30.6.aliæ
59.3.sancita
60.28.primis illis
63.9.competat
64.8.huiusmodi
72.21.in theatris
72.24.mysterijs ipsi
73.9.a moyentur
80.1.imitatur
80.2.esse multandum
80.8.A.xv.
80.19.xii.eiusd.
84.13.eiusdem
85.24.baptismata
86.8.seruos
87.11.possederit
91.28.superioris
93.21.decore
99.26. prudētissimis viris
105.8.studiosissimos
107.22. ideo Triboniano
116. numerus pag. mutetur
116.4.præcipue
117.inscr.pag.DE OFF. RECTOR.
117.2. P.P.
118. inscr. pag. LIB. II. TIT.XII.
118.17.earum
118.23.alijs
118.29.spatijs
119.10.absit: si
119. 12. LIB. III.TIT.I.
120.inscr.pag. LIB.III.
121.28.Theodosianam
122. inscr. pag. LIB. III. TIT. X.
122.20.pertineat
122.27. Harmenopulum. & 132.9.
124.inscr.pag. LIB.III.
126. inscr. pag. LIB. III. TIT. XLIII.
127. 19. TIT. XLIV. DE RELIGIOSIS
LIB. IIII. TIT. XX. De TESTIB.
128. inscr. pag. LIB. IV. TIT.XXI.
128.20.his nihil
129.14.is,qui
130. inscr. pag. LIB. IV. TIT.
131.17.Pigneraticia
131.25.Traiecticiam
132. inscr. pag. LIB. V. TIT. I.

133.23.

133.23.consensum
134.2.repetitio
134.15.Institutionũ.& 139. 29.
136.numerus pag. mutetur,& inscr. pag.TIT. IV.
137.inscr.pag. DE BONIS LIBERT.
137.27.ex eadem
138.26.titulus
140.18.veluti
142.15.Pegasiani
144.5.ambigue
144.22.ædificare
144.28.obseruando. Atq.
145.18.eaque
146.29.quamuis
149.18.omni
149.22.prohibebatur
150.inscr.pag.TIT.X.
151.11.Basilicorum
151.8.rei seditionis
154.6.fideiussorem
156. inscr. pag. TIT.XVI.
157.3.Græcæ
157.6.cuiuis
157.12. MALEFICIS
158.inscr.pa.TIT.XXXVII.
158.5. Harmenop.& v.16.
160. inscr. pag. LIB. IX. TIT. XLVII.
164. numerus mutetur
164.5.constitutas
166. inscr. pag. TIT. XI.
168.1.prouincia
168.13.deminutio
169.8.ij,qui
170.19.hisque
172.17.publica
174.4.in iusti
174.23.in re
174.25.Alexandrinæ
175.7.Huius constit.
178. numerus mutetur
178.29.alijsve
179.numerus mutetur
179.7.pœnis.Liceat
184.10.adscripticij,& eorum
184.11.vero tempore
189.7. Eiusdem constit.

BIBLIOTECA VATICANA ROMA

Digitized by Google